Quarta pars librorũ diui Aurelij Augustini quos iam episcopus edidit:

est conv. [illegible] de urbe [illegible]
nunc est [illegible] Jesu Mariæ

Ioannes Amorbachius Basiliensis/indyto lectori. S.p.d.

En optime lector/sanctissimi patris Aurelij Augustini omni semp ueneratione nominandi/operũ quartam partem tibi fœliciter exhibemus: ut animaduertas quantum spiritusancto instigãte in ipso sui sanctissimi episcopatus initio catholicæ ecclesiæ profuerit: cũ totis ingenij uiribus contra pestifera hæresceorũ dogmata decertarit. Huius autem partis perinde ac ornatissimæ domus pulcherrimũ frontispicium esse uoluimus beatissimi patris epistolam sancto Simpliciano mediolanensi episcopo transmissam: ut intelligant lecturi/quanta benignitate/comitate/animi dulcedine/humilitate sese in episcopatu gesserit: & minime se ociosum in sua põtificia dignitate præstiterit: & qualem se normã et uiuidũ exhibuerit exemplar tempestatis nostræ episcopis: quos omnes uita sanctissima/uerbo ueritatis et doctrina ædificauit. Quobrẽ lector amice/si omnem diui Augustini episcopi doctrinam assequi nõ possumus: pietatem/dulcedinem/humilitatem/inæstimabilẽ charitatem/cæterarũq; uirtutũ suarum/ clarissimũ fulgorem pro posse imitemur. Reliquos huius partis libros ante in tergo assignauimus. Quæ in hac parte desunt opuscula (ut supra diximus) inueniri non potuerunt/sunt: Contra partem donati: Libri duo. Propterea littera. l. alphabeti dimissa est: Item/Contra hilarium tribuniciũ: Liber unus: pro quo omissa est littera. r. signatoria secũdi alphabeti. Vale.

Diui aurelij Augustini Hipponēsis episcopi ad Simplicianū mediolaneñ. ecclesię episcopū: litteras ipsi⁹ plenas bonorū gaudiorū se accepisse asserētis: de solutiōe q̃ quarundā questiūcularum quas sibi enodari petit/ satisfacere spondentis: Epistola.

d Omino beatissimo & inenarrabiliter sincerissima charitate amplectēdo patri simpliciano/ Augustin⁹ in domino salutē. Plenas bonorū gaudiorum litteras q̃ sis memor mei meq; ut soles diligas magneq; gratulatiōi tibi sit quicquid in me donorū suorum dominus conferre dignatus est misericordia sua/ non meritis meis: missas munere sanctitatis tuę accepi: in quibus affectum in me paternum tuo benignissimo corde nō repentinum & nouum hausi: sed expertum sane cognitumq; reperi domine beatissime & uenerabiliter sincerissima charitate amplectende. Vnde autem tanta exorta est fœlicitas litteratori labori nostro: quo in librorū quorundam conscriptione sudamus: ut a tua dignatione legerētur: nisi quia domin⁹ cui subdita est anima mea consolari uoluit curas meas: & a timore reuocare: q̃ me in talibus opibus necesse est esse sollicitum: nec ubi forte indoctior uel incautior q̃uis in planissimo campo ueritatis offendā. Cum enim tibi placet qđ scribo/ noui cui placeat: q̃m quis te inhabitet noui. Idem qp pe omnium munerum spiritualium distributor atq; largitor per tuam sententiam confirmabit obedientiam meam. Quicquid em̄ habent illa scripta delectatione tua dignū in meo ministerio/ dixit deus: Fiat: et factum est: in tua uero autē approbatione: Vidit deus/ quia bonū est. Questiunculas sane quas mihi enodandas iubere dignatus es/ & si mea tarditate implicatus nō intelligerem/ tuis meritis adiutus aperirem. Tm̄ id quęso/ ut pro mea infirmitate depreceris deum: & siue in his quibus me exercere benigne paterneq; uoluisti: siue in alijs quęcūq; nostra in tuas sanctas manus forte peruenerint: quia sicut dei data/ sic etiam mea errata cognosco: ut non solum curam legentis impendas/ sed etiam censuram corrigentis assumas. Vale. A B

Explicit epistola.

Eiusdem aurelij augustini hipponensis episcopi/ i libros de diuersis questionib⁹ ad Simplicianū: argumentum ex secūdo libro retractationum.

A

In. li. de pre/ destinatione sctoz. ca. 4.

Librorū quos episcopus elaboraui: primi duo sunt ad simplicianū ecclesię mediolanēsis antistitem qui beatissimo successit ambrosio de diuersis questionib⁹: quarū duas ex epistola pauli aplī ad romanos in primū librū contuli. Harū prior est de

Roma. 7. b. eo qđ scriptū est: Quid ergo dicemus? lex pctm̄ est? Absit: usq; ad illđ vbi ait: Quis me liberabit de corpore mortis hui⁹? gratia dei per iesum christum dominū nostrū. In qua illa apostoli verba: Lex spiritalis est/ ego autē carnalis sum ⁊c. quibus caro contra spiritum confligere ostenditur: eo modo exposui/ tanq̃ hō describatur adhuc sub lege/ nōdū sub gratia constitut⁹. Longe enim postea ⁊ spiritalis hominis/ ⁊ hoc probabilius esse posse illa verba cognoui.

Posterior in hoc libro questio est/ ab eo loco vbi ait: Nō solū autē illa sed ⁊ rebecca ex vno cōcubitu habēs isaac patris nostri/ B Roma. 9.
vsq; ad illđ vbi ait: Nisi domin⁹ sabaoth reliquisset nobis semen/ sicut sodoma facti essemus/ ⁊ sicut gomorra similes fuissemus. In cui⁹ q̃stionis solutione/ laboratū est quidem pro libero arbitrio voluntatis humanę/ sed vicit dei gratia: nec nisi ad illud potuit peruenire vt liquidissima veritate dixisse intelligatur apostolus: Quis 1. Cor. 4. b.
enim te discernit? Quid autem habes qđ non accepisti? Si autē accepisti/ quid gloriaris quasi nō acceperis? Qđ volens etiā martyr cyprian⁹ ostendere/ hoc totum ipso titulo definiuit/ dicēs in nullo gloriandū/ quādo nostrū nihil est. In scđo libro tractant cęterę questiones/ et ꝑ nostra quantulacūq; facultate soluūtur: quę sunt om- C
nes de scriptura quę regnorū appellatur. Harū prima est de eo qđ scriptū est: Et in- 1. Reg. 10. et. 16.
siluit spiritus domini in saul/ cum alibi dicat: Et spirit⁹ domini malus in saul. Quā cum exponerem dixi: Quāuis sit l cuiusq;

potestate qd velit/nō est tñ in cuiusq̃ pote
state qd possit. Qđ ideo dictū est: quia nō
dicim⁹ esse i potestate nr̃a/ nisi qđ cū volu/
m⁹ fit/ vbi pri⁹ et maxie est ip̃m velle. Sine
vllo q̃ppe iteruallo tp̃is/ p̃sto est voluntas
ip̃a cū volum⁹: sed hanc q̃z ad bene viuen/
dum desuper accipim⁹ potestatē/ cū prępa
D ratur volūtas a domino. Scđa questio ē:
1. Reg.15.c. quō dictū sit: Penitet me q̄ constituerim
1. Reg.28. regem saul. Tertia/ vtrum immūdus spi/
ritus qui erat i phytonissa potuerit agere
vt samuel a saule videret/ t loq̄ret cum eo.
2. Reg.7.c Quarta de eo qđ scriptū est: Intrauit rex
dauid t sedit ante dn̄m. Quinta de eo qđ
3. Reg.17.d. dixit helias: O dn̄e testis hui⁹ viduę cū q̄
ego inhabito apud ip̃ā tu male fecisti oc/
cidere filium eius.

Explicit argumentū.

Questio prima **Annotatio questionū p̄mi libri.**
De eo qđ scriptū est in epistola beati pau/
Roma.7.b. li ad Romanos: Quid ḡ dicem⁹? Lex pec/
catū ē? Absit tc̃. vsq̃ ad illđ/ vbi ait: Quis
Questio secunda me liberabit de corpore mortis huius?
De eo qđ apostolus ait: Nō solū aūt sara
Roma.9.b. sed t rebecca ex vno cōcubitu habēs isaac
patris nostri tc̃. vsq̃ ad illud vbi ait: Nisi
dn̄s sabaoth reliquisset nobis semen tc̃.

Diui aurelij augustini hippo/nensis ep̃i ad simplicianū medio/lanensis ecclesię ep̃m/ de solutiōe quarūdā questionū ex ep̄la pauli ad Romanos: liber p̄m⁹ incipit.

A Prefatio. Gratissimā plane atq̃ suauissimā interrogatio/
nū tuarū dignationē mihi pa
ter simpliciane misisti: quib⁹
nisi respondere conarer/ non
solum contumax/ verūetiā ingratus existe
rem. Et illa quidē quę de paulo apostolo
dissoluenda p̄posuisti/ iam a nobis erant
vtcunq̃ discussa litterisq̃ mandata. Sed
tamē eadē ip̃a verba apostolica tenorēq̃
sententiarum/ nō contentus inquisitione
atq̃ explicatione pręterita: ne qd in ea ne/
gligentius/ pręterissem attentiusq̃ rima/
tus sum. Nō enim tu ea percontanda cen/
seres/ si eorum intellectus facilis atq̃ ex/
peditus foret. Nam ex eo loco vbi scriptū
Questio prima est: Quid ergo dicemus? Lex peccatū est?
Roma.7.b. Absit: vsq̃ ad eū locū vbi ait: Igit lex vo/
lenti mihi bonū est: t cętera/ credo vsq̃ ad
illđ: Miser ego homo/ q̄s me liberabit de
corpore mortis huius? Gratia dei per iesū
christum dominum nostrum: primam nos
voluisti enodare questionem. Quo loco 2. Retrac.b
videtur mihi apostolus transfigurasse in
se hominē sub lege positum: cuius verbis
ex p̄sona sua loquitur. Et quia pauloan/
te dixerat: Euacuati sumus a lege mortis Roma.7.b.
i q̄ detinebamur/ ita vt seruiam⁹ in noui/
tate spiritus t nō in vetustate litterę: atq̃
ita vt per hęc v̄ba quasi reprehēdisse legē
possit videri/ subiecit statim: Quid ergo
dicemus? Lex peccatū est? Absit. Sed pec
catum non cognoui/ nisi per legem. Nam
concupiscentiā nesciebam/ nisi lex diceret:
Nō cōcupisces. Hic rursus mouet: Si lex Exodi.20. Deut.5.
non est peccatum/ sed inseminatrix pecca/
ti/ nihilominus his verbis reprehenditur:
quare intelligendum est legem ad hoc da/
tam esse/ nō vt peccatum insereretur neq̃
vt stirparetur: sed tm̄ vt demonstraretur
quo animam humanā quasi de innocētia
securā ip̃a peccati demonstratione ream
faceret. Ut quia peccatum sine gratia dei
vinci nō posset/ ip̃a reatus † sine sollicitudi Al. non hz † sine
ne ad percipiendam gratiam cōuerteret.
Itaq̃ non ait: Peccatū nō feci nisi per le/
gem: sed peccatum nō cognoui nisi per le/
gem. Neq̃ rursus ait: Nam cōcupiscentiā
nō habebā/ nisi lex diceret: Nō ꝯcupisces:
sed ait: Cōcupiscētiā nesciebā nisi lex dice/
ret: Nō concupisces. Unde apparet cōcu/
piscentiam per legē nō insitam/ sed demō/
stratam. Cōsequēs autem erat: vt quoniā B
nōdum accepta gratia concupiscentię resi
sti nō poterat/ augeretur etiā: quia maio/
res vires habet ꝯcupiscentia crimine pręua/
ricationis adiuncto: cum etiā contra le/
gem facit/ q̄z si nulla lege prohiberet. Cō/
sequenter itaq̃ subiungit: Occasione au/ Roma.7.b.
tem accepta/ peccatum per mandatū ope/
ratum est in me omnē cōcupiscentiā. Erat
enim t ante legē: sed nō omnis erat/ quan
do crimen pręuaricationis adhuc deerat.
Unde alio loco dicit: Ubi em̄ non est lex Roma.4.c.
nec pręuaricatio. Qđ autē adiūgit: Sine
lege enim peccatū mortuū est: pro eo po/
situm est ac si diceret/ latet: hoc ē mortuū
putatur: qđ paulopost euidentius dictu/
rus est: Ego autē inquit viuebā sine lege
aliquādo: id est nllā ex peccato morte ter/

rebar: quia nõ apparebat/ cum lex nõ eẽt.
Roma.7.b Aduenięte autẽ mãdato/ peccatũ reuixit:
hoc est apparuit. Ego autẽ mortuus sum:
id est mortuum me esse cognoui: vel quia
reatus p̄uaricationis certũ mortis suppli
cium cõminatur. Sane q̄ ait: Peccatũ re-
uixit adueniente mãdato/ satis significa-
uit hoc modo aliquãdo vixisse peccatum:
Gen. 2.et.3. id est notum fuisse: sicut arbitror in preua
ricatione primi hominis: qui et ipse manda-
1.timoth.2.d. tum acceperat. Nã et alio loco dicit: Mu-
lier autem seducta in preuaricationẽ facta
Roma.5.c. est. Et iterũ: In similitudinẽ p̄uaricatio-
nis adę/ qui est forma futuri. Non enim
Al. reui-uiscere potest †reuirescere nisi qđ vixit aliquãdo.
Sed mortuũ fuerat: id est occultatum/ cũ
mortales nati sine mãdato legis homines
viuerent/ sequentes cõcupiscentiã carnis
sine vlla cognitione: quia sine vlla p̄hibi
tione. Ego inquit viuebam sine lege ali-
quando: Unde manifestat: nõ ex persona
sua proprie/ sed generaliter ex persona ve-
teris hominis se loqui: Aduenięte autem
mandato peccatũ reuixit. Ego autẽ mor-
Roma.7.b. tuus sum: et inuentũ est mihi mandatum
qđ erat in vitam/ hoc esse in mortem. Mã-
dato enim si obediat/ vtiq̃ vita est. Sed
inuentum est esse in mortẽ/ dũ fit ↄtra mã-
datum: vt nõ solum peccatũ fiat qđ etiam
ante mandatum fiebat: sed hoc abundan-
tius et perniciosius/ vt iã a sciente et preua
ricante peccetur. Peccatum enim inquit
occasione accepta per mãdatũ fefellit me/
et per illud occidit. Peccatum nõ legitime
vtens lege/ ex prohibitione aucto deside-
rio dulcius factum est/ et ideo fefellit. Fal-
lax enim dulcedo est/ quã plures atq̃ ma-
iores penarum amaritudines consequun
tur. Quia ergo ab hominibus nõdum spi
ritalem gratiam percipientibus suauius ad
mittitur qđ vetat: fallit peccatũ falsa dul-
cedine. Quia vero etiã accedit reatus pre
uaricationis/ occidit. Itaq̃ lex quidẽ san-
cta/ et mandatum sanctũ/ et iustum et bonũ.
C Iubenda enĩ iubet/ et p̄hibenda prohibet.
Qđ ergo bonũ est mihi: factum est mors/
Absit. In male vtente q̃ppe vitiũ est: nõ
1.timoth.1.b. in mandato ipso qđ bonum est: Quoniã
bona est lex/ si quis legitime vtatur. Ma-
le autem vtitur lege/ qui nõ se subdit deo
pia humilitate: vt per gratiã lex possit im-
pleri. Itaq̃ ad nihil aliud accipit legem q̃
non ea legitime vtitur/ nisi vt peccatũ eius
qđ latebat ante p̄hibitionẽ/ apparere in-
cipiat per p̄uaricationem. Et hoc sup mo-
dum: quia iam nõ solum peccatum fit/ sed
etiã contra mandatum: Sequitur ergo et
adiungit: Sed pctm̃ vt appareat pctm̃: p Roma.7.c.
bonũ mihi operatũ est mortẽ/ vt fiat super
modum peccator/ aut peccatũ per manda-
tum. Unde manifestat quo sensu dixerit
superius: Sine lege enĩ peccatum mortuũ
est: nõ quia non erat: sed quia nõ appare-
bat. Et quomodo dictũ sit: Peccatũ reui-
xit/ nõ vt esset qđ erat et ante legẽ: sed vt
appareret q̃uiã fiebat cõtra legem: quan-
do quidem hoc loco ait: Sed peccatũ vt
appareat peccatum/ per bonum mihi ope-
ratum est mortem. Non enĩ ait: vt sit pec-
catum/ sed vt appareat peccatũ. Deinde D
subiungit causam cur ita sit. Scimus enĩ
inquit quia lex spiritalis est: ego autẽ car-
nalis sum. In quo satis ostendit/ non pos-
se impleri legem nisi a spiritalibus: qui nõ
fiunt nisi per gratiam. Spiritali enim legi
quanto fit quisq̃ similior: id est quãto ma
gis et ipse in spiritalem surgit affectum: tã-
to eam magis implet. Quanto ea magis
delectatur/ iam nõ sub eius onere afflictus:
sed eius lumine vegetatus: quia p̄ceptum Ps.18.
domini lucidũ est illuminãs oculos: et lex
domini immaculata conuertens animas:
Gratia donante peccata: et infundente spi
ritũ charitatis: †quo et non sit molesta/ et Al. † quę
sit etiam iocunda † iusticia. Sane cũ dixis- Al. † iusta
set: Ego autẽ carnalis sum/ cõtexuit etiã
q̃lis carnalis. Appellati sunt enĩ ad quen-
dam modum carnales/ iam etiam sub gra-
tia constituti: iam redempti sanguine dñi
et renati p fidem: Quibus idẽ apostolus
dicit: Ego fratres non potui loqui vobis 1.Cor.3.a.
quasi spiritalibus/ sed quasi carnalibus: tã-
q̃ paruulis in christo lac vobis potũ de-
di: nõ escam. Qđ dicens/ vtiq̃ ostendit iã
renatos fuisse per gratiam qui erant par-
uuli in christo et lacte potandi/ et tamen
eos adhuc carnales vocat. Qui autẽ non- E
dum est sub gratia sed sub lege/ ita carna-
lis est: vt nondũ sit renatus a peccato: sed
venundatus sub lege a pctõ: qm̃ precium
mortiferę voluptatis amplectitur dulcedinẽ
illam qua fallitur: et delectatur etiam con-

tra legem facere: tum tanto magis libet:
quāto minus licet. Qua suauitate frui nō
potest quasi precio cōditiōis sue: nisi coga
tur tanq̄ emptum mancipium seruire libi
dini. Sentit enim se seruum dominantis
cupiditatis: qui ꝓhibetur / et se recte ꝓhi
beri cognoscit: et tamē facit. Qđ enim ope
ror / ait / ignoro: nō ita hic dictū est / igno
ro / quasi peccare se nesciat. Nam contrari
um erit qđ dixit: Sed peccatum vt appa
reat peccatū / per bonum mihi operatū est
mortem. Et illud superius: Sz peccatū nō
cognoui nisi per legem. Quomodo enim
apparet / aut quomodo cognouit qđ igno
rat? Sed ita dictum est / quō dictur⁹ est do
Matth.7.c minus impijs: Nō noui vos. Neq̄ enim
Ps.33. aliquid deum latet: quando vultus do
mini super faciētes mala: vt perdat de ter
ra memoriā eorum. Sed dicimur aliquan
do ignorare / qđ non approbamus. Ita er
Roma.7.c. go ait: Qđ em̄ operor ignoro: id est nō ap
probo. Qđ consequēter ostendit dicens:
Non enim quod volo hoc ago: sed quod
odi illđ facio. Quod ergo ait / odi: hoc ait /
ignoro: quia et quibus dicturus est domi
Ps.5. nus: Nō noui vos / de his illi dicitur: Odi
sti domine omnes qui operantur iniquita
Roma.7.c. tem. Si autem qđ nolo hoc facio: consen
tio legi q̄m bona est. Hoc em̄ nō vult qđ et
lex: Nam hoc vetat lex. Consentit ergo le
gi / non inquantum facit qđ illa prohibet:
sed inquantū non vult qđ facit. Uincitur
enim nondum per gratiam liberat⁹: quā
uis iam per legem et nouerit se male facere
et nolit. Qđ vero sequit̄ et dicit: Nūc au
tem iam nō ego operor illud: sed id qđ in
habitat in me peccatū: nō ideo dicit / quia
non ɔsentit ad faciendū peccatū / cū uis legi
2. Retrac. ca. ɔsentiat ad hoc cōprobandū. Loquit̄ enī
1. a. et de ꝑde adhuc ex persona hois sub lege ɔstituti / nō
stinatione san dum sub gratia: qui ꝑfecto trahit̄ ad ma
ctorū. ca. 4. le operandū ɔcupiscētia dn̄ante atq̄ fallē
te dulcedine peccati ꝓhibiti: q̄uis ex par
te noticia leg̃ hoc improbet. Sed propte
rea dicit: Non ego operor illud: quia vict⁹
operat̄: Cupiditas quippe id operat̄: cui su
F peranti cedit̄. Ut aut̄ nō cedat̄ sitq̄ mens
hois aduersus cupiditatē robustior / gra
tia facit: de qua post dicturus est. Scio em̄
inquit / quia non habitat in me / hoc est in
carne mea bonū: ex eo qđ sat ɔsentit legi:

ex eo autem qđ facit cedit peccato. Qđ si
querit aliq̄s: vnde hoc scit q̄ dicit habita
re ī carne sua / nō vtiq̄ bonū: id ē peccatū et
vn̄ nisi ex traduce mortalitatis et assiduita
te voluptat̄. Illud est ex pena originalis
peccati: hoc ex pena frequentati peccati.
Cū illo in hanc vitam nascimur: huic viuē Al' hoc
do addim⁹. Que duo. s. natura et ɔsuetudo
coniūcta / robustissimā faciūt et inuictissimā
cupiditatē quā vocat peccatū: et dicit ha
bitare in carne sua: id ē dn̄atū quendā et q̄
si regnū obtinere. Unde est illud in psal
mo: Elegi abijci in domo dn̄i magis q̄ ha Ps.83.
bitare in tabernaculis peccatoꝝ: quasi nō
habitet / q̄uis ibi sit qui abiect⁹ ibi est vbi
cunq̄ sit: vnde insinuat habitationē cum
quodā principatu intelligendā. Si autē p
gratiā fiat ī nob qđ alio loco dicit: Ut nō Roma.6.b.
regnet peccatū in nostro mortali corpore
ad obediēdū desiderijs eius: iam nec habi G
tare ꝓprie dicit̄. Uelle em̄ inqt adiacet mi Roma.7.d.
hi: ꝑficere aūt bonū nō īuenio. His v̄bis vi
det̄ nō recte intelligentib⁹ velut auferre li
berum arbitriū. Sed quō aufert / cum di
cat: Uelle adiacet mihi? Certe em̄ ipsū vel
le in potestate est / q̄m adiacet nobis: sed q̄
ꝑficere bonū nō ē ī potestate / ad meritū pti
net originalis peccati. Non em̄ est hec pri Cōcot. 3. scīr
ma natura hois / sed delicti pena / per quā dis. 15. ca. tra
facta est ipsa mortalitas q̄si secūda natu dit
ra / vnde nos gratia liberat conditoris sub
ditos sibi per fidem. Sz iste nūc voces sūt
sub lege hois constituti: nondum sub gra
tia. Non em̄ qđ vult facit bonū qđ nondū
est sub gratia / sed qđ non vult malum hoc
agit superante ɔcupiscētia: non solum vin
culo mortalitat̄ / sed mole ɔsuetudinis ro
borata. Si autem qđ non vult hoc facit:
iam nō ip̄e operat̄ illud / sed qđ habitat in
eo peccatū: sicut superius dictū est et expo
situm. Inuenio ergo inquit legē mihi vo
lēti facere bonū: q̄m mihi malum adiacet:
id est inuenio legem / bonū mihi esse cū vo
lo facere qđ lex habet: q̄m mihi malum ad
iacet ad faciendū: quia superius q̄ ait: Uel
le adiacet mihi: ad facilitatē dixit. Quid
em̄ facilius hoi sub lege constituto q̄ vel
le bonū et facere malū? Nā et illud sine dif
ficultate vult: q̄uis non tam facile faciat
q̄ facile vult: et hoc qđ odit facile habet:
q̄uis id nolit: sicut ꝑcipitat⁹ sine difficul

tate venit in profundum: q̃uis id nolit atq3 oderit. Hoc dixi propter verbũ qđ ait: Adiacet. Perhibet igitur testimoniũ legi q̃ bona sit/ homo sub ea positus ꝛ nondum gratia liberatus. Perhibet omnino eo ipso q̃ se reprehendit facere contra legem/ ꝛ inuenit eam bonum sibi esse: volens facere qđ illa iubet: ꝛ concupiscentia superante non valens/ atq3 ita se preuaricationis reatu implicatum videt ad hoc vt gratiam liberatoris im-
h ploret. Cõdelector enim inquit legi dei
Ro.7.d. fm interiorem hominem. Et vtiq3 legi
Exo.20.c. que dicit: Non concupisces. Video autem inquit legem aliam in mẽbris meis repugnantem legi mentis mee ꝛ captiuantem me sub lege peccati que est i mẽbris meis. Legem appellat in membris suis/ onus ipsum mortalitatis: in
2.Cor.5.a. quo ingemiscimus grauati. Corpus em̃
Sap.9.d. quod corrumpitur/ aggrauat animam. Per quod fit etiam sepe/ vt iuuet delectet qđ non licet. Quam sarcinam prementem ꝛ vrgentem ideo legem appellat: quia iure supplicij diuino iudicio tributa ꝛ imposita est ab eo qui premonu-
Gen.2.c.3. it hominem dicens: Qua die manducaueritis/ morte moriemini. Nec lex repugnat legi mentis dicenti: Non concupisces: cui condelectatur homo fm interiorem hominem: Et anteq̃ sit quisq3 sub gratia/ ita repugnat: vt et captiuet eum sub lege peccati: id ẽ sub semetipsa. Cũ
Ro.7.d. enim dicit: Que est in membris meis: hanc ostendit eandem esse de qua superius ait: Video aliam legem in membris meis. Hoc autem ideo dicit/ vt demonstretur homini captiuo non esse presumendum de viribus suis. Unde iudeos arguebat tanq̃ de operibus legis superbe gloriantes: cum traherentur concupiscentia ad quicquid illicitum est: cum lex de qua gloriabant dicat: Non concupisces. Humiliter ergo dicendum est homini victo damnato captiuo: et nec saltem accepta lege/ victori: sed potius preuaricatori humiliter exclamandum est: Miser ego homo: quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei p iesum christum dominũ nostrum. Hoc enim restat in ista mortali vita libero arbitrio: non vt impleat homo iusticiam cum voluerit/ sed vt se supplici pietate cõuertat ad eum cuius dono eam possit im-
plere. In hac ergo tota quam tractaui- i
mus apostolici cõtextione sermonis/ quisquis putat sensisse apostolum q̃ mala
sit lex/ quoniam dicit: Lex subintrauit/ Ro.5.d
vt abundaret delictum. Et ministratio 2.Cor.3.b
mortis in litteris figurata lapideis. Et 1.Cor.15.g.
virtus peccati lex. Et mortui estis legi Ro.7.
per corpus christi/ vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit. Et passiones peccatorum que per legem sunt/ operabantur in membris nostris vt fructum ferrent morti: Nunc vero et euacuati sumus a lege mortis/ in qua detinebamur/ ita vt seruiamus in nouitate spiritus ꝛ non in vetustate littere: Et alia si qua huiusmodi apostolum dixisse inuenimus: attendat ideo esse ista dicta: quia lex auget cõcupiscentiam ex prohibitione et reum obligat ex preuaricatione: iubendo que implere homines in infirmitate non possunt: nisi se ad dei gratiam pietate conuertant: Et ideo sub illa esse dicuntur quibus dominatur. Eis autem dominatur quos punit. Punit autem preuaricatores omnes. Porro qui acceperunt legem/ preuaricant eam: nisi per gratiã consequantur posse quod iubet. Ita fit vt non dominet eis qui iam sub gratia sunt implentibus eam per gratiam qui
erant sub eius timore damnati. Nam k
si illa que dicta sunt mouent vt putetur apostolus legem reprehẽdere: quid agimus ex eo quod dicit: Cõdelector enim legi dei fm interiorem hominem: hoc enim dicens/ legem vtiq3 laudat. Quod cum illi audiunt: respondent/ hoc loco apostolum de alia lege dicere: id est lege christi/ non de illa que dicta est iudeis. Querimus ergo ab eis/ de qua lege dicat: Lex autem subintrauit vt abũdaret delictum? Respondent de illa procul dubio/ quam iudei acceperunt. Vide ergo vtrum ipsa sit de qua dicitur: Occasione accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: q̃ id quod ibi est: Ut abũdaret delictum. Vide quoq3 vtrum cõsonet etiam illa sententia: Ut fiat super

modũ peccator aut peccatum per man/
datum: hoc est enim/ Ut fiat super mo/
dum peccatum : qd est / Ut abundaret
peccatum. Si igitur ostenderimus bo/
num esse mandatum/ unde occasionẽ ac
cepta peccatum operatũ est omnem cõ/
cupiscentiam vt fieret super modum: si/
mul ostendemus bonam esse legem que
subintrauit vt abundaret delictum: id ẽ
vt operaretur peccatum omnem cõcupi/
scentiam/ et fieret super modum. Audi/
ant ergo eundem apostolum dicentem:
Ro.7.b. Quid ergo dicemus? Lex peccatum est?
Absit. Hoc inquiunt de lege christi di/
ctum est: hoc est de lege gratie. Respon/
deant itaq de qua intelligant illud qd
sequitur: Sed ego peccatum non cogno
ui nisi per legem. Nam concupiscentiã
nesciebam: nisi lex diceret: Non concupi
sces. Occasione autem accepta/ peccatũ
per mandatum operatum est in me cõ/
cupiscentiam. Ecce verborum ipsa con/
textio satis indicat de qua lege dixerit:
Lex peccatum est. Absit: de illa scilicet:
per cuius mandatum occasio fuit pecca/
to vt operaretur omnem concupiscenti/
am. De illa ergo que subintrauit vt abũ
daret delictum: quam putant illi malã.
Sed qd apertius q̃ id qd paulopost ait:
Itaq lex quidem sancta et mandatum
sanctum et iustum et bonum? Hoc rursus
dicunt non de illa lege que iudeis data
est: sed de euangelio dictum est. Mani/
cheorum est tam ineffabilis ceca ista per/
uersitas: Non enim attendunt qd aper
tissimum et manifestissimum sequitur.
Qd ergo bonũ est mihi factũ est mors?
Absit. Sed peccatum vt appareat pecca
tum per bonum mihi operatum est mor
tem: vt fiat super modum peccator aut
peccatum per mandatum. Hoc est per
mandatum sanctum et iustum et bonũ:
qd tamen subintrauit vt abundaret pec
catum: hoc est: vt fieret super modum
2.Cor.3.b. peccatum. Cur ergo ministratio mortis
dicitur/ si bona est lex? Quia peccatũ vt
appareat peccatum per bonum mihi ope
ratum est mortem. Nec mireris cum de
ipsa predicatione euangelij dictum sit:
2.Cor.2.b. Christi odor bonus sumus deo: in his q
salui fiũt: et in his qui pereũt. Alijs qui/
dem odor vite in vitam: alijs autẽ odor
mortis in mortem. Ad iudeos enim di/
cta est ministratio mortis/ ad quos et in
lapide scripta est ad eorum duriciam fi/
gurandam: non ad eos qui per legem et
charitatem implent. Plenitudo enim Ro.13.c.
legis charitas. Ipsa enim lex que in lit/ Deut.5.b
teris est figurata lapideis/ dicit: Nõ adul/
terabis/ non homicidium facies/ non fu/
raberis/ non concupisces etc. Quam le/ Ibi.a.
gem dicit apostolus impleri p charita/
tem/ ita loquens: Qui enim diligit pro/
ximum/ legem impleuit. Nam non adul
terabis/ non homicidium facies/ non fu
raberis/ non concupisces. Et si quod est
aliud mandatum: in hoc sermone reca/
pitulatur: Diliges proximũ tuũ/ tanq̃
teipsum: quia et hoc in eadem lege scrip/
tum est. Cur virtus peccati lex/ si lex bo 1.Cor.15.g.
na est? Quia peccatum per bonum ope
ratum est mortẽ/ vt fiat super modum: h
est maiores vires ex preuaricatione con
cipiat. Cur mortui sumus legi per cor/ Ro.7.
pus christi/ si bona est lex? Quia mortui
sumus legi dñanti/ liberati ab eo affectu
quem lex punit et damnat. Usitatius enim
vocatur lex/ quando minatur/ et terret
et vindicat. Itaq idem preceptum ti/
mentibus lex est/ amantibus gratia est.
Inde est illud in euãgelio: Lex per moy/ Ioh.1.b.
sen data est: gratia per iesum christũ fa/
cta est. Eadem quippe lex que per moy/
sen data est/ vt forma daretur: gratia et
veritas per iesum christum facta est/ vt
impleretur. Sic ergo dictum est: Mor/
tui estis legi: ac si diceret: Mortui estis
supplicio legis per corpus christi: per qd
sunt delicta donata que legitimo suppli/
cio constringebant. Cur passiones pec/
catorum que per legem sunt/ operaban/ Ro.7.
tur in membris nostris vt fructificarent
morti/ si lex bona est? Quia illas hic vo/
luit intelligi peccatorum passiones: de
quibus sepe iam dictum est: Augmentũ
concupiscentie/ de prohibitione et reatu
pene/ de preuaricatiõe: hoc est/ quia per
bonum operatum est mortem vt fiat su/
per modum peccator aut peccatum per
mandatum. Cur liberati sumus a lege
mortis/ in qua detinebamur: ita vt ser/
uiamus in nouitate spiritus et nõ in ve/

tustate littere/ si lex bona est? Quia lex lit
tera est eis qui non eam implent per spi
ritum charitatis: quo pertinet testamē
tum nouum. Itaq mortui peccato libe
rantur a littera: qua detinentur rei qui
non implent qd scriptum est. Lex enim
quid aliud ꝙ sola littera est eis qui eam
legere nouerūt/ et implere non possunt?
Non enim ignoratur ab eis quibus cō/
scripta est: sed quoniā intantū nota est/
inquantum scripta legitur/ non inquan
tum delecta perficitur. Nihil est aliud ta
libus nisi littera/ que littera nō est adiu/
trix legentium/ sed testis peccātium. Ab
eius ergo dñatione liberantur: qui per
spiritum innouanť: vt iam non sint ob/
ligati littere ad penam/ sed intellectu p
2. Cor. 3. b. iusticiam copulati. Inde est et illud: Lit/
tera occidit/ spiritus autem viuificat.
Lex enim tm̄modo lecta et non intelle/
cta vel non impleta/ vtiq occidit: tunc
Ro. 13. c. enim appellatur littera. Spiritus autē
Ro. 5. a. viuificat: quia plenitudo legis est chari
tas: que fusa est in cordibus nostris per
spiritūsanctū/ qui datus est nobis.

Questio. ii. A
Sed iam vt arbitror tempus est ad
aliam transire questionem/ quā sic
Ro. 9. b. pposuisti: vt ab eo qd scriptum est: Nō
solum autem illa/ sed et rebecca ex vno cō
cubitu habens isaac patris nostri. Cum
enim nondum nati essent/ neq aliquid
egissent bonum aut malum: vsq ad id
qd scriptum est: Nisi dñs sabaoth reli/
quisset nobis semen/ sicut sodoma facti
essemus: et sicut gomorra similes fuisse/
mus. Tota ipsa contextio disseratur: Et
profecto est latebrosior. Sed certe qua/
lem te erga me noui/ iubere mihi vt ape/
rirem/ ista non possem/ nisi a dño depre/
B carerer vt possem. Quo adiutorio fidē/
tior factus/ aggredior. Et in primo inten
tionem apostoli que per totam epistolā
viget tenebo/ quā consulam. Hec est au/
tem/ vt de operum meritis nemo glorie
tur de quibus audebant israelite gloria
ri ꝙ date sibi legi seruissent: et ex h euā/
gelicam gratiam tanꝙ debitam meritis
suis percepissent/ quia legi seruiebant:
vnde nolebant eandem gratiā dari gen
tibus tanꝙ indignis/ nisi iudaica sacra/
menta susciperent. Que orta questio/ in
apostolorum actibus soluitur: Non eni Act. 15.
intelligebant/ quia eoipso ꝙ gratia est
euangelica/ operibus nō debetur: Alio Ro. 11. a.
quin gratia iam non est gratia. Et mul
tis locis hoc sepe testatur fides: gratiā
preponens operibus/ non vt opera ex/
tinguat: sed vt ostendat non esse opera
precedentia gratiam/ sed consequentia:
vt scilicet non esse quisq arbitretur iō
percepisse gratiam/ quia bene operatus
est: sed bene operari non posse/ nisi per
fidem perceperit gratiam. Incipit autē
homo percipere gratiam/ ex quo incipit
deo credere: vel in terna vel ex ter/
na admotione motus ad fidem. Sed in
terest quibus articulis temporū vel ce/
lebratione sacramētorum gratia pleni/
or et euidentior infundatur. Non enim Act. 10. a.
cathecumini non credunt: aut vero cor/
nelius non credebat cum elemosynis et
orationibus dignum se preberet cui an/
gelus mitterēť: sed nullo modo ista ope
raretur/ nisi ante credidisset. Nullo mo/
do autem credidisset/ nisi vel secretis per
visa mentis aut spiritus vel manifestio/
ribus per sensus corporis admonitioni
bus vocaretur. Sed in quibusdam tan/
ta est gratia fidei: quāta non sufficit ad
obtinendum regnum celorum: sicut in
cathecuminis: sicut in ipso cornelio an/
teꝙ sacramentorum participatione in/
corporaretur ecclesie. In quibusdā ve/
ro tanta est vt iam corpori christi et san
cto dei templo deputentur. Templū 1. Cor. 3. b.
enim dei sanctum est inquit apostolus
qd estis vos. Et ipse dominus: Nisi qs Ioh. 3. a.
natus fuerit ex aqua et spiritusancto: nō
intrabit in regnum celorum. Fiunt ergo
inchoationes quedam fidei conceptio/
nibus similes: non tamen solum conci/
pi/ sed etiam nasci opus est/ vt ad vitam
perueniatur eternam. Nihil horum ta/
men sine gratia misericordie dei: quia
et opera si qua sunt bona/ consequentur
vt dictum est/ illam gratiam/ non prece/
dunt. Quam rem persuadere apostolus C
volens: qr sicut alio loco dicit: Non ex Eph. 2. b.
nobis/ sed dei donū est: non ex operibus
ne forte qs extollat: de his q nōdū nati
erāt/ documētū dedit. Nemo eni posset
dicere ꝙ opib⁹ pmeruerat deū iacob nō/

dũ natus: vt diuinit⁹ diceref: Et maioꝛ
Ro.9.b. Geñ.18.b. seruiet minoꝛi. Ergo nõ solũ inq̄t isaac
ꝓmissus est/cũ dictũ est: Ad hoc tempus
veniã et erit sarę filius: quia vtiq; nul/
lis operib⁹ promeruerat deũ vt nascitu/
rus ꝓmittereẜ: vt in isaac vocareẜ semẽ
abrahę: id est illi pertinerẽt ad sortẽ san/
ctoꝝ quę in chꝛisto est: qui se intellige/
rent filios pꝛomissionis/nõ supbiẽtes d̄
meritꝪ suis/sed gratię vocationi deputã
tes ꝙ coheredes essẽt chꝛisti. Cũ eñ pro
missũ est vt essẽt: nihil vtiq; meruerãt q̄
nõdũ erãt. Sȝ et rebecca ex vno ꝯcubitu
habens isaac patris nr̄i. Vigilãtissime
ait: Ex vno concubitu: gemini eñ concę
pti erãt: ne vel paternis meritꝪ tribuere/
tur: si quisq; foꝛte diceret: ideo talꝪ nat⁹
est filꝪ/quia pater ita erat affect⁹ illo tẽ/
poꝛe quo eũ seuit ĩ vtero matris: aut ita
mater affecta cum eũ concępit. Simul
eñ amboꝝ vno tempoꝛe ille seuit: eodẽ
tempoꝛe illa ꝯcępit. Ad hoc cõmendan/
dum ait: Ex vno ꝯcubitu: vt nec astrolo
gis daret locum/ vel eis poti⁹ quos ge/
nethliacos appellauerũt: qui de natalib⁹
nascentium moꝛes ⁊ euenta coniectãt.
Quid eñ/dicant/cur vna ꝯcęptione sub
vno vtiq; tempoꝛis puncto/eadẽ dispo/
sitione cęli et siderũ: ⁊ diuersa singulꝪ an/
notari omnino nõ posset: tãta ĩ illis ge/
minis diuersitas fuerit/ ꝓrsus non inue/
niũt: et facile aĩaduertunt si volunt: re/
sponsa illa quę miseris vęndicant: nulli⁹
artis expositione sed foꝛtuita suspitiõe
ꝓferri. Sed vt de re quę agitur potius
loq̄mur ad frangendam atq; deijciendã
superbiã hominũ ingratoꝝ gratię dei/ ⁊
D audientiũ gloꝛiari de meritꝪ suis ista cõ
Ro.9.b. memoꝛanẜ. Cum enim nondum nati fu
Geñ.25.b. issent: neq; aliq̄d ęgissent bonũ aut ma/
lũ: non ex operib⁹/sed ex vocante dictũ
est: et q2 maioꝛ seruiet minoꝛi. Vocan/
tis est ergo gratia: ꝑcipientis v̄o gratiã
consequenẜ sunt opera bona: nec q̄ grati
am pariant/sed quę gratia parianẜ. Nõ
eñ vt ferueat calefacit ignis/sed qui fer/
uet. Nec iõ bñ currit rota vt rotũda sit/
ſ; quia rotũda ẽ: sic nemo proptera be/
ne operaẜ vt accipiat gratiam/ sed quia
accępit. Quomodo eñ potest iuste viue
re qui nõ fuerit iustificat⁹? Quomodo
sancte viuere: q̄ nõ fuerit sctificat⁹? Vel
omnino viuere/q̄ non fuerit viuificat⁹?
Justificat autẽ gratia/vt iustificat⁹ pos/
sit viuere iuste. Pꝛima est igiẜ gratia: se/
cũda opa bona: sicut alio loco diċ: Ei au Ro.4.a.
tem qui operaẜ/ merces non imputatur
ſm gratiã/sed ſm debituȝ: sicut illa imoꝛ
talitas post opa bona: si tñ vel ipa ex de
bito poscitẜ: Sicut idẽ ait: Bonũ certa/ 2.timoth.4.b
mẽ certaui/cursũ cõsũmaui fidẽ seruaui:
de cętero supest mihi coꝛona iustię quã
reddet mihi dñs in illa die iustus iudex.
Foꝛte eñ q2 dixit: Reddet/iam sit ex de
bito: cũ v̄o ascendit in altum captiuauit Eph.4.b.
captiuitatẽ/ nõ reddidit sed dedit dona
hominib⁹. Vñ eñ ipse apostolus tanq̄
debitũ reddi sibi pręsumeret/nisi prius
indebitã gratiam percępisset / qua iusti/
ficatus bonũ agonem certaret? Fuit eñ
blasphem⁹ ⁊ persecutoꝛ ⁊ iniuriosus: sed 1.timoth.1.c
misericoꝛdiã ꝯsecut⁹ est: vt ipsę testaẜ: cre
dens vtiq; in eũ qui iustificat/non pium Ro.4.a.
sed impiũ/ vt iustificãdo piũ faciat. Nõ Ro.9.
ex operib⁹ inquit/sed ex vocante dictum
est ei: Quia maioꝛ seruiet minoꝛi. Ad h̄
ptinet qđ ait: Cum eñ necdum nati fu/
issent/neq; aliq̄d ęgissent bonũ aut ma/
lum: vt posset dici: Nõ ex operibus/ sed
ex vocãte. Vñ occurrit animo quęrere:
cur dixerit: Vt ſm electionem ꝓpositũ E
dei maneret: Quõ est eñ iusta: aut q̄lis/
cunq; omnino electio vbi nulla distãtia
ẽ? Si eñ nullo merito elect⁹ est iacob nõ
dũ natus ⁊ nihil operatus/nec oĩo eligi
potuit nulla existẽte differentia qua eli/
gereẜ. Item si nullo merito impꝛobat⁹
est esau: quia et ipse nõdum natus ⁊ ni/
hil operat⁹ erat/ cum diceref: Et maioꝛ
ſuiet minoꝛi: quomodo eius impꝛoba/
tio iusta dici potest? Qua ergo discretio
ne/quo ęq̄tatis examine qđ sequiẜ intel/
ligim⁹: Jacob dilexi/ esau autẽ odio ha/
bui? Qđ quidẽ scriptum est in prophe/ Malach.1.a
ta/ qui longe posterioꝛ ꝓphetauit q̄ il/
li nati ⁊ moꝛtui sint: sed tamẽ illa sentẽ/
tia videẜ cõmemoꝛata qua dictum est:
Et maioꝛ seruiet minoꝛi: et anteq̄ nati
et aliq̄d opari essent: Vnde igiẜ ista ele/
ctio/ vel q̄lis electio si nõdũ natis/nõdũ
q; aliq̄d opatꝪ nulla sũt momẽta merito
rũ? An foꝛte sũt aliq̄ naturarũ? quis hoc

intelligat/ ex vno patre / et ex vna matre/ ex vno concubitu/ et ex vno creatore? An quemadmodum ex eadem terra idem creator produxit diuersa animantiū atq; gignentium: ita ex eodem hominū coniugio atq; cōplexu ꝓduxit in geminis diuersam prolē: vnā quā diligeret / alterā quā odisset? Nulla ergo electio ē anteq; esset qđ eligeretur. Si enim bonus factus est iacob vt placeret: vnde placuit anteq; fieret vt bonus fieret? Non itaq; electus est vt fieret bonus: sed bonus factus eligi potuit.

F

h. Retrac. ca. 22. c. et. 1. sen. dis. 41. ca. opinatı

An ideo fm electionem: quia omniū deus prescius etiam futuram fidem vidit in iacob nondum nato? Et quis non ex operibus suis iustificari quisq; mereatur: qm quidem bene operari nisi iustificatus non potest: tamen quia ex fide iustificat gentes deus. Nec credit aliquis nisi liberā voluntate hanc ipsam fidei voluntatem futurā preuidens deus/ etiam nondū natum prescientia quā iustificaret elegit.

Gal. 3. b

Si igitur electio per ꝓscientiā: presciuit autem deus fidem iacob: vnde probas quia iam non ex operibus elegit eum: sed propterea quia nondum nati erat: et nondū aliquid egerant bonum seu malum: ita etiam nondū crediderat aliquis eorum: sed sicut prescientia vidit crediturū/ ita prescientia videre poterat operaturū. Et quomodo dicit electus propter fidem futuram quam ꝓsciebat deus: sic alius possit dicere: propter futura opera potius electum: que nihilominus presciebat deus. Quapropter vnde ostendit apostolus/ non ex operibus dictum esse: Maior seruiet minori: sed qm nondū nati erant. Non solum non ex operibus/ sed nec ex fide dictum est: quia vtrūq; deerat nondū natis. Non igitur ex prescientia voluit intelligi factam electionē minoris vt maior ei seruiret. Volens enim ostendere nō ex operibus factam: propterea intulit dicens: Cum enim nondū nati fuissent: neq; aliquid egissent bonum seu malum: Alioquin poterat ei dici: sed iam sciebat deus: quis quid esset acturus.

G

Quobrem vnde illa electio facta sit queritur: quia si non ex operibus que non erant in nondum natis: nec ex fide quia nec ipsa erat. Vnde igitur? An dicendum est q nulla electio fuerit: nō existente aliqua diuersitate in vtero matris/ vel fide/ vel operū/ vel quorūlibet omnino meritorum? Sed dictū est: Vt fm electionem propositū dei maneret: Et ideo querimus: quia dictum est: nisi forte sic est distinguenda sententia: non vt intelligamus tanq; ideo nō ex operibus/ sed ex vocāte dictum ē: Maior seruiet minori: vt fm electionem propositū dei maneret: sed ita potius/ vt hoc de nondum natis ꝛ nondū aliquid operatis exemplū datum accipiatur: ne aliqua electio hic possit itelligi. Cū enim nondum nati essent: neq; aliqđ egissent/ siue bonū siue malum: vt fm electionem propositū dei maneret: id est neq; aliquid egissent bonū aut malum: vt propter ipsam actionem electio aliqua fieret eius qui bene egerat. Cum ergo nulla esset electio bene agentis/ fm quā maneret propositum dei: non ex operibus sed ex vocante: id est ex eo qui vocando ad fidē gratia iustificat impium/ dictū ē: et quia maior seruiet minori. Non ergo fm electionem propositum dei manet/ sed ex proposito electio: id est nō quia inuenit deus opera bona in hominibus que eligat/ ideo manet ꝓpositum iustificationis ipsius: sed quia illud manet vt iustificet credentes/ ideo inuenit opera que iam eligat ad regnū celorum: Nam nisi esset electio/ non essent electi: nec recte diceret: Quis accusabit aduersus electos dei? Non tamen electio precedit iustificationē/ sed electionē iustificatio. Nemo enī eligitur nisi iam distans ab illo qui reiicitur. Vnde qđ dictū est: Quia elegit nos deus ante mūdi cōstitutionē: non video quomodo sit dictum nisi prescientia: Hic autem qđ ait: Non ex operibus sed ex vocante dictum est ei: quia maior seruiet minori: non electione meritorum que post iustificationē gratie proueniūt/ sed liberalitate donorum dei voluit intelligi: ne qs de operibus extollatur. Gratia enī dei salui facti sumus: et hoc non ex operibus/ sed dei donū est: non ex operibus/ ne forte qs extollatur.

Roma. 9. c.

Roma. 8. f.

Eph. 1. a.

Roma. 9. c.

Eph. 2. b.

H

In li. de ꝑseuerantia. ca. 59. et. 60. 61.

Queritur autem/ vtrum vel fides mereatur hominis iustificationem? an vero nec fidei merita precedant misericordiam dei: sed ꝛ fides ipsa inter dona gratie numeretur: qr ꝛ hoc loco cū dixisset: Nō ex operibus: nō ait / sed ex fide dictum est ei: quia maior seruiet minori. Ait autē/ sed

ex vocante. Nemo enim credit qui non vocatur: Misericors autem deus vocat/ nullis hoc vel fidei meritis largiens: quia merita fidei sequuntur vocationem potius quam precedant. Quomodo enim credent ei quem non audierunt? Roma.10.c.
Et quomodo audient sine predicante? Nisi ergo vocando precedat misericordia dei/ nec credere quisquam potest: vt ex hoc incipiat iustificari et accipiat facultatem bene operandi. Ergo ante omne meritum est gratia: Etenim christus pro impijs mortuus est. Roma.5.a. Ex vocante igitur minor accepit: non ex vllis meritis operum suorum/ vt maior ei seruiret: vt etiam quod scriptum est: Jacob dilexi/ ex vocante sit deo: Malach.1.a. non ex operante iacob. Roma.9.c. Quid deinde esau quod seruit minori: et quod scriptum est: Esau autem odio habui: quibus malis suis hoc meruit/ cum et ipse nondum natus fuisset: neque aliquid egissent boni aut mali quando dictum est: Et maior seruiet minori? An forte quemadmodum illud de iacob nullis meritis bone actionis dictum est: ita esau nullis meritis male actionis odiosus? Si enim quia presciebat deus futura eius opera mala: propterea eum predestinauit/ vt seruiret minori: propterea predestinauit et iacob vt ei maior seruiret/ quia futura eius bona opera presciebat: et falsum est iam quod ait: Non ex operibus. Si autem verum est/ quod non ex operibus: et inde hoc probat/ quia de nondum natis nondumque aliquid operatis hoc dictum est: vnde nec ex fide/ que in nondum natis similiter nondum erat quo merito esau odio haberetur antequam nasceretur. Quod enim fecit deus ea que diligeret/ nulla questio est. Si autem dicamus eum fecisse que odisset/ absurdum est: Sap.11.d. occurrente alia scriptura et dicente: Neque enim odio habens aliquid constituisses: et nihil odisti horum que fecisti. Quo enim merito sol factus est sol/ aut quid offendit luna vt tanto illo inferior: vel quid promeruit vt sideribus ceteris tanto clarior crearetur? Sed hec omnia bona creata sunt queque in genere suo. Non enim diceret deus: Solem dilexi/ lunam autem odio habui: aut lunam dilexi/ stellas autem odio habui/ sicut dixit: Jacob dilexi/ esau autem odio habui: Malach.1.a Roma.9. sed illa omnia dilexit/ quamuis excellentie diuersis gradibus ordinata: quia vidit deus quia bona sunt/ cum dicto eius sunt instituta: vt autem odisset esau nisi iniusticie merito iniustum est. Quod si concedimus: incipit et iacob iusticie merito diligi. Quod si verum est: falsum est/ quod non ex operibus. An forte iusticia fidei: quid ergo te adiuuat? Cum enim nondum nati fuissent: quomodo quidem in nondum nato nec iusticia fidei poterat esse. Uidit itaque apostolus quid ex his verbis posset animo audientis vel legentis occurrere/ statimque subiecit: Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas est apud deum? Absit. Roma.9.c. Et quasi docens quomodo absit. Moysi enim dicit/ inquit: Misereboi cui misertus ero: et misericordiam prestabo cui misertus fuero. Exodi.33.d. Quibus verbis soluit questionem: an potius artius colligauit: idipsum est enim quod maxime mouet: si miseretur cui misertus erit/ et misericordiam prestabit cui misericors fuerit: cur hec misericordia defuit esau/ vt etiam per illam bonus fieret: quemadmodum per illam bonus factus est iacob? An ideo dictum est: Miserebor/ cui misertus ero: et misericordiam prestabo / cui misericors fuero: quia cui misertus erit deus vt eum vocet/ misericors miserebitur eius vt credat: et cui misericors fuerit vt credat/ misericordiam prestabit: hoc est faciet eum misericordem vt etiam bene operetur? Unde admonemur: nec ipsis operibus misericordie quemquam oportere gloriari et extolli: quod eis quasi suis deum promeruerit: quia quidem vt haberet ipsam misericordiam ille prestitit: qui misericordiam prestabit cui misericors fuerit. Quod si eam credendo se meruisse quis iactitat: nouerit eum sibi prestitisse vt crederet/ qui miseretur inspirando fidem: cuius misertus est et adhuc infideli vocationem impertiret. Jam enim discernitur fidelis ab impio: Quid enim habes inquit quod non accepisti? 1.Cor.4.b. Si autem accepisti/ quid gloriaris quasi non acceperis? Recte quidem hoc: Sed cur hec misericordia subtracta est ab esau vt non sic vocaretur/ et vocato inspiraretur fides/ et credens misericors fieret vt bene operaretur? An forte quia noluit? Si ergo iacob ideo credidit quia voluit: non ei deus donauit fidem/ sed eam sibiipse volendo prestitit: et habuit aliquid quod non accepit? An quia nemo potest credere/ nisi velit: Nemo velle/ nisi vocetur: Nemo autem sibi potest prestare vt vocetur. Uocando deus prestat et fidem: quia sine vocatione non potest quisque credere / quamuis nullus credat inuitus. Quomodo enim credent ei quem non audierunt? Roma.10.c.

Aut quō audient sine prędicante? Nemo
itaqꝫ credit non vocatus: sed non oīs cre/
Matth.20.b dit vocatus. Multi eñ sunt vocati/pauci
autē electi. Utiqꝫ hi qui vocantē non ꝯtē/
pserunt/sed credendo secuti sunt: volentes
L autem sine dubio crediderūt. Quid est er/
Roma.9.c. go qđ sequit: Igit non volentis neqꝫ cur/
rentis sed miserētis ē dei? An quia nec vel
le possumus nisi vocati: et nihil valet vel/
le nostrū/nisi vt pficiamus adiuuet deus?
Opus est ergo velle ꝛ currere. Non eñ fru
Luc.2.b. stra diceret: Et in terra pax hoibus bonę
1. Cor.9.d. volūtatis. Et sic currite vt cōphendatis.
Non tamē volētis neqꝫ currentis/ sed mi/
serentis est dei: vt qđ volum⁹ adipiscamur
ꝛ quo volumus pueniam⁹. Noluit ꝙ esau
ꝛ non cucurrit: sed etsi voluisset ꝛ cucurris/
set/dei adiutorio peruenisset: qui ei etiā vel/
le ꝛ currere vocando pstaret: nisi vocatio/
ne contempta reprobus fieret. Aliter eni
deus pręstat vt velimus: aliter pręstat qđ
voluerim⁹; vt velim⁹ eñ ꝛ suū esse voluit ꝛ
nostrū: suū vocādo/nostrū sequendo. Qđ
aūt voluerim⁹ solus pręstat: id est posse be
ne agere: et semper beate viuere. Uerūta/
men esau nondū natus/nihil horū posset
velle seu nolle: Cur ergo in vtero positus
improbat⁹ est? Redit eñ ad illas difficul/
tates: nō solū sua obscuritate/sed etiā no/
stra tam multa repetitione molestiores.
Cur eñ est improbat⁹ esau nondū natus:
q nec credere poterat vocāti/nec ꝯtemne/
re vocationē/nec boni vel mali aliqđ ope/
rari sine pscientia dei futurę malę volūtatis
eius? Cur non ꝛ iacob pscientia dei appro/
batus est futurę bonę volūtatis eius? Qđ
si semel concesseris potuisse queꝙ vel ap/
pbari vel improbari ex eo qđ nondū in il
lo erat/sed quia deus futurū esse pscieb at:
conficit eum potuisse etiam ex operib⁹ ap/
probari/quę in illo deus futura esse pscie/
bat: quis nondū esset aliqđ operat⁹: et oi/
no te nihil adiuuabit ꝙ nōdum nati erāt:
Roma.9.c. cū dictum esset: Et maior seruiet minori:
vt hinc ostēdas non ex operib⁹ dictum: qꝛ
M nondum quicꝙ erat operatus. Illa etiam
verba si diligent attendas: Igitur nō ē vo
lentis neqꝫ currentis/sed miserētis est dei:
non hoc apls propterea tm̄ dixisse videbi/
tur ꝙ adiutorio dei ad id qđ volumus per/
ueniam⁹: sed etiam ex illa intentione qua
Phil.2.b. et alio loco dicit: Cū timore ꝛ tremore ve/
strā ipsoꝝ salutem operamini: Deus eñ ē
qui operatur in vobis et velle ꝛ operari p
bona volūtate. Ubi satis ostendit etiam
ipsam bonā voluntatē in vobis operante
deo fieri: Nā si ppterea solū dictū est: Nō 2.sen.dis.16.
volentis neqꝫ currentis/ sed miserētis est ca. voluntatē
dei: quia volūtas hois sola non sufficit vt
iuste recteqꝫ viuam⁹/ nisi adiuuemur mise/
ricordia dei: potest et hoc modo dici: Igit
non miserētis est dei/ sed volētis est hois:
quia miscdia dei sola non sufficit/nisi con/
sensus nostrę volūtatis addat. At illud ma
nifestū est: frustra nos esse velle/nisi de⁹ mi
sereat. Illud autē nescio quō dicat: frustra
deum misereri nisi nos velim⁹. Si eñ de⁹
misereat/ etiā volum⁹: ad eandē quippe mi/
sericordiā pertinet vt velim⁹. Deus eñ est Phil.2.b.
qui operat in nobis et velle ꝛ operari pro
bona volūtate. Nam si queram⁹/vtrū dei
donū sit voluntas bona: mirum si negare
quisꝙ audeat. At eñ quia nō pcedit volū
tas bona vocationē/sed vocatio bonā vo/
luntatē: propterea vocāti deo recte tribui/
tur ꝙ bene volum⁹: nobis xo tribui non
potest qđ vocamur. Non igit ideo dictum
est/ putandū: nō volētis neqꝫ currētis/ sed
miserētis est dei: qꝛ nisi eius adiutorio non
possum⁹ adipisci qđ volum⁹: sed ideo poti/
us: qꝛ nisi ei⁹ vocatione nō volum⁹. Sed si N
vocatio ista ē effectrix bonę volūtatis/ vt
oīs eā vocat⁹ sequat/ quō verū erit: Mul/ Matth.20.
ti vocati/pauci electi? Qđ si verū est/ꝛ nō
ꝯsequent vocationi vocatus obtemperat:
atqꝫ vt obtēperet in ei⁹ est positū volūta/
te/recte etiā dici potest: Igit nō miserentis Roma.9.
dei sed volētis atqꝫ currētis est hois: qꝛ mi
sericordia vocātis non sufficit/ nisi vocati
obediētia ꝯsequat. An forte illi q h modo
vocati nō ꝯsentiūt/possent alio modo vo/
cati accōmodare fidei volūtatē: vt ꝛ illud
verū sit: Multi vocati/pauci electi. Ut ꝙ/
uis multi vno modo vocati sint: tm̄ qꝛ non
oēs vno modo affecti sūt: illi soli sequant
vocationē/qui ei capiēdę reperiūt idonei:
et illud nō min⁹ verū sit: Igit nō volentis
neqꝫ currētis sed miserētis est dei: q h modo
vocauit/quō aptū erat eis q secuti sūt vo/
cationē? Ad alios aūt vocatio qdē puenit:
sed qꝛ talis fuit qꝛ moueri non possent: nec
eā cape apti essent: vocati qdē dici potue/
rūt sed nō electi: et nō iam simulit verū est:
Igit si miserētis dei/sed volētis atqꝫ currētis ē

bois: qm̄ non potest effect⁹ miſcđie dei eſſe
in bois poteſtate / vt fruſtra ille miſereat̄ ſi
homo nolit: quia ſi vellet etiam ipſoꝝ mi-
ſereri / poſſet ita vocare / quō illiſ aptū eſſet
vt et mouerent̄ ⁊ intelligerēt et ſeq̄rentur.
Matth.20.b Vez ē ergo: Multi vocati / pauci vo ele-
cti. Illi eñ electi q̄ ꝯgruent vocati: illi aūt
q̄ nō cōgruebāt neq̄ cōtempabant voca-
tioni: nō electi qꝛ non ſecuti / q̄uis vocati.
Roma.9.c. Item verū eſt: Nō volētis neq̄ currentis
ſed miſerentis eſt dei: quia etiā ſi multos
vocet / eoꝝ tamen miſereť quos ita vocat
quō eiſ vocari aptum eſt vt ſequant̄. Fal-
ſum eſt aūt ſi quis dicit: Igit̄ nō miſeren-
tis dei / ſed volentis atq̄ currētis eſt bois:
quia nullius deus fruſtra miſereť: Cuius
aūt miſereť / ſic eum vocat quō ſcit ei con-
Q gruere / ⁊ vocātem non reſpuat. Hic dicet
aliquis: Cur ergo eſau non ſic eſt vocatus
vt vellet obedire? Videm⁹ eñ alios aliter
iiſdem rebus demonſtratis vel ſignificatiſ
ad credendū moueri. Sicut exēpli gratia:
Luc.2.d. Simeon in dñm noſtrū ieſum chriſtum ad
huc infātem paruulū credidit / ſpiritu ei re-
uelante cognoſcēs. Nathanael ad vnam
Joh.1.g. ſententiā quā ab illo audiuit: Prius q̄ te
philippus vocaret / cum eſſes ſb arbore fici
vidi te: reſpondit: Rabbi: tu es filius dei:
tu es rex iſrael. Qđ tanto poſt quia cōfeſ-
Matth.16.c. ſus eſt petrus / meruit audire / ꝙ beatuſ ſit /
et ꝙ ei darent̄ claues regni celoꝝ. Mira-
culo facto i chana galilee: qđ initiū ſigno-
Joh.2.b. rum iohānes euāgeliſta cōmemorat / aqua
in vinū conuerſa: crediderūt in eum diſci-
puli eius: multos loquēdo inuitauit ad fi-
dem: multi nec ſuſcitatis mortuis credide-
runt: de cruce atq̄ morte eius ꝯterriti etiā
Luc.23.f. diſcipuli titubarūt: et tamen latro tūc cre-
didit / cum eum non ꝑſtantiorē videret in
operibus / ſed ꝯſortio crucis equalem. Vn⁹
Joh.20.g. eñ de numero diſcipuloꝝ poſt eius reſur-
rectionē / nō tam viuentib⁹ membris q̄ re-
centibus cicatricib⁹ credidit. Multi ex eo-
rum numero a quib⁹ crucifixuſ eſt / qui vi-
dentes eum miracula facientē contempſe-
Act.2.et.4. rant: diſcipulis cum predicantib⁹ ⁊ in no-
mine eius talia facientib⁹ crediderūt. Cū
ergo alius ſic / alius autem ſic moueat̄ ad
fidē / eadē q̄ reſ ſepe alio modo dicta moue
at / alio mō dicta nō moueat / aliū q̄ moue-
at / aliū nō moueat: q̄s audeat dicere defu-
iſſe modū vocandi / q̄ etiā eſau ad eā fidem

mentē applicaret volūtatē q̄ ꝯiūgeret / in q̄
iacob iuſtificat⁹ eſt? Qđ ſi tāta q̄ poteſt eē D
obſtinatio volūtatis / vt contra omēſ mo-
dos vocationis obdureſcat mentis auer-
ſio: querit̄ eñ vtrū de diuina pena ſit ipſa
duricia? Cum eñ deus deſerit / non ſic vo-
cando / quō ad fidem moueri poteſt? Quis
etiam dicat modum quo ei perſuaderetur
vt crederet etiam omnipotentiā defuiſſe?
Sꝫ q̄d hoc querim⁹ / cū ipſe ſubiūgat apls:
Dicit eñ ſcriptura pharaoni: quia ad hoc Roma.9.d.
te excitaui / vt oſtendam i te potentiā me- Exodi.9.d.
am / et vt annūcieť nomē meum in vniuer-
ſa terra? Hoc aūt ſubiecit apls documētū:
quo probaret qđ ſupra dixerat: Igit̄ non
volentis neq̄ currentis / ſed miſerentis eſt
dei: tanq̄ eñ ei diceret̄: Vnde hoc doces?
Dicit eñ ſcriptura inquit pharaoni: quia
ad hoc te excitaui vt oſtendā in te potenti
am meā / ⁊ vt annūcieť nomē meū in vni-
uerſa terra: vtiq̄ hinc oſtendit ꝙ non vo-
lentis neq̄ currētis ſed miſerentis eſt dei:
concluditq̄ ita: Ergo cuius vult miſereť:
⁊ quem vult obdurat / cū ſupi⁹ non vtrūq̄
ſit. Neq̄ eñ quō dictū eſt: Nō volētiſ neq̄
currētis ſed miſerentis ē dei: ſic etiā dictū:
Nō nolētis atq̄ ꝯtemnētis ſed obduran-
tis eſt dei. Vñ dat̄ itelligi qđ infra vtrūq̄
poſuit: Ergo cui vult miſereť: ⁊ quem vult
obdurat: ita ſententie ſuperiori poſſe con-
gruere: vt obduratio dei ſit / nolle miſere- 1.ſenten.diſ.
ri / vt nō ab illo irrogeť aliq̄d q̄ ſit hō dete- 41.ca.1.
rior: ſed tm̄ q̄ ſit melior non erogetur. Qđ
ſi ſit nulla diſtinctione meritoꝝ / q̄s nō erū-
pat i illam vocē quā ſibiipſe obiecit apls?
Dicis itaq̄ mihi: quid adhuc cōqueritur?
Nam voluntati eius quis reſiſtit? Conq̄ri
tur eñ deus ſepe de hoibus / ſicut per innu-
merabiles apparet ſcripturarum locos: ꝙ
nolint credere et recte viuere. Vñ fideles
et faciētes voluntatē dei conuerſari dicū-
tur ſine querela / ꝙ de illis non queratur
ſcriptura: ſed quid conqueriť ait: Nam vo
luntati eius quis reſiſtit: quando cui⁹ vult
miſereť: et quem vult obdurat? Et tamen
intueamur ſuperiora: ⁊ inde noſtrā quātū
ipſe dñs adiuuat ſententiā dirigam⁹. Ait Q
eñ paulo ante: Quid ḡ dicemus? Nunq̄d
iniq̄tas eſt apud deū? Abſit. Sit igitur h Concluſio q̄-
fixum atq̄ immobile in mente ſobria pie- ſtionis
tate atq̄ ſtabili fide / ꝙ nulla eſt iniquitas
apđ deū: atq̄ ita tenaciſſime firmiſſimeq̄

credat id ipsum: ꝙ deus cuiꝰ vult/ miseretur:
et quē vult/obdurat: hoc est cuiꝰ vult/ mise/
retur: et cuiꝰ vult/non miseret: esse alicuius
occultę/atq; ab humano modulo inuestiga
bilis ęquitatis: quę et in ipsis rebus huma
nis terrenisq; contractibus/animaduerten
da est. In quibus nisi supernę iusticię quę/
dam impressa vestigia teneremus / nunq; in
ipsum cubile ac penetrale sanctissimū atq;
castissimū spiritaliū pręceptorū nostrę infir
mitatis suspiceret atq; inhiaret intentio.
Matth.5.a Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam: qm̄
ipsi saturabunt. In ista igitur siccitate vitę
conditionisq; mortalis / nisi aspergeretur de/
super velut tenuissima quędā aura iusticię:
citius aresceremus q̄ sitiremus. Quapro/
pter cū dando et accipiendo inter se homi/
num societas connectatur: dentur autem/ et
accipiant debita vel non debita: quis non
videat iniquitatis argui neminē posse/ qui
quod sibi debet/exegerit: nec eum certe qui
quod ei debetur/donare voluerit? Hoc aūt
non est in eorū qui debitores sunt: sed in eiꝰ
cui debet arbitrio. Hęc imago velut supra
dixi/vestigium negocijs hominum de fasti/
gio summo ęquitatis impressum est. Sunt
igitur omnes homines: quandoquidem et
1.Cor.15.c. apostolus ait: In adam omnes moriuntur:
a quo in vniuersum genus humanū/ origo
1 sentē.dis.4. ducitur offensionis dei: vna quędam mas/
11.his tamen. sa peccati supplicium debens diuinę sum/
męq; iusticię/ qđ siue exigatur: siue donetur
nulla est iniquitas: A quibꝰ autem exigen/
dum/et quibus donandū sit/superbię indi/
cant debitores: Quēadmodum conducti
Matth.20.b. ad illam vineam iniuste indignati sunt: cū
tantundem alijs donaretur/quantum illis
R redderetur. Itaq; huius impudentiā quę/
Roma.9.c. stionis ita retundit aplūs: Homo tu quis
es/qui respondeas deo? Sic enim respon/
det deo / cū hoc displicet quod de peccato/
ribus conqueritur deus: quasi quemq; deus
peccare cogat: sed tm̄modo quibusdā pec/
cantibus misericordiam iustificationis suę
1.sentē.dis.4. non largiatur: et ob hoc dicatur obdurare
ca.cūq; pdesti peccantes quosdam: quia non eorū misere/
natio/circa fi. tur: non quia impellit vt peccent: eorū au/
tem non miseretur / quibus misericordiam
non esse prębendam ęquitate occultissima
et ab humanis sensibus remotissima iudi/
Roma.11.d. cat. Inscrutabilia enim sunt iudicia eius: et
1.sentē.dis 41 inuestigabiles vię ipsius. Conqueritur au/
ca his tamē. tem iuste de peccatoribꝰ / tāq; de his quos
peccare ipse nō cogit. Simul etiā vt hi quo/
rum miseretur/hanc quoq; habebant voca
tionem: vt dum conqueritur deus de pec/
catoribus/cōpungantur corde/atq; ad eius
gratiam conuertantur. Iuste ergo conque/
ritur et misericorditer. Sed si hoc mouet/ ꝙ
voluntati eius nullus resistit: quia cui vult/ Roma.9.d.
subuenit: et quē vult/deserit: cum et ille cui
subuenit/et ille quem deserit ex eadē massa
sint peccatorū: et q̄uis debeat vterq; sup/
plicium/ab vno tamen exigatur/ alteri do/
netur. Si hoc ergo mouet. Homo tu quis
es/qui respondeas deo? Arbitror enim sub
eadem significatione positum/ qđ dictū est/
homo: sub qua et illud dicitur: Nonne homi 1.Cor.3.a.
nes estis/et sm̄ hominem ambulatis? Ibi
enim carnales et animales notantur hoc no
mine/quibus dicitur: Nō potui loqui vo/ Ibidem
bis quasi spiritalibus/ sed quasi carnalibꝰ.
Et illud: Nōdum enim poteratis / sed neq;
adhuc potestis. Adhuc enī estis carnales.
Et illud: Animalis autem homo non perci 1.Cor.2.d
pit quę sunt spiritus dei. His ergo dicitur: S
Homo tu quis es q̄ respondeas deo? Nun/ Roma.9.d.
quid dicit figmentum ei qui se finxit: quare
me sic fecisti? Aut non habet potestatem
figulus luti ex eadem conspersione facere/
aliud quidem vas in honorē/ aliud in con/
tumeliam? Eo ipso fortasse satis ostendit se
homini carnali loqui: quoniam hoc limus
ipse significat/ vnde primus homo forma/
tus est: Et quia omnes vt iam commemo/
raui/sm̄ eundem apostolū/ in adam mori/ 1.Cor.15.c.
untur: vnam dicit esse cōspersionē omniū.
Et q̄uis aliud vas fiat in honorem / aliud
in contumeliam: tamen et illud quod fit in
honorem/necesse est vt carnale esse incipi/
at: atq; inde in spiritalem consurgat ętatē.
Quandoquidē iam in honorem facti erāt:
et in christo iam nati erant: Sed tamē quo/
niam paruulos adhuc alloquitur/etiam ip
sos carnales appellat/dicens: Nō potui lo/ 1.Cor.3.a.
qui vobis quasi spiritalibus/sed quasi car/
nalibus: Quasi paruulis in christo lac vo/
bis potum dedi/non escam: Neq; enim po
teratis: sed neq; adhuc quidē potestis. Ad/
huc enim estis carnales. Quis ergo carna/
les eos esse dicat: tamē etiam in christo na/
tos/et in illo paruulos/ et lacte potandos.
Et quod adiungit: Nec adhuc quidem po/
testis/ostendit proficiētes futurum esse vt
possint: quia iam in eis spiritaliter renatis/
gratia fuerat inchoata. Ergo iam vasa erāt
in honorem facta: quibus adhuc tamen re/
cte diceretur: Homo tu quis es/qui respon/

deas deo? Et si talibus recte dicitur: multo
rectius eis q̄ vel nōdū ita regenerati sunt/
vel etiā in cōtumeliam facti. Illud tn̄mo/
Ibidem.c. do inconcussa fide teneat/ꝙ non sit iniqui/
tas apud deum: qui siue donet/ siue exigat
debitum: nec ille a quo exigit / recte potest
de iniquitate eius conqueri: nec ille cui do/
nat/debet de suis meritis gloriari. Et ille
enim nisi qd̄ debetur/non reddit: et ille non
T habet/nisi quod accepit. Sed enitendū est
hoc loco si dominus adiuuet videre/quem/
admodum et illud verum sit quod scriptū
Sap.11.d. est: Nihil odisti eorum que fecisti. Et illud:
Roma.9.c. Iacob dilexi/esau autē odio habui. Si eñi
Malach.1.a. propterea esau odio habuit/q2 vas factum
erat in contumeliam: et aliud vas in hono/
rem/aliud in contumeliam idem figulus fa
cit: quomodo nihil odisti horum que feci/
sti? Ecce eñi odit esau quod vas ipse fecit
in contumeliam. Qui nodus ita soluit: Ut
intelligamus omnium creaturarū esse artifi
1.timoth.4.b cem deum: Omnis autem creatura dei bo/
na est: et omnis homo inquantū homo est/
creatura est: non inquantum peccator est.
Est ergo creator deus/ et corporis ꝛ animi
humani: Neutrum horū malum: et neutrū
odit deus: Nihil enim odit eorū que fecit.
Est autē animus prestantior corpore: De⁹
vero ꝛ animo ꝛ corpore/vtriusqꝫ effector et
conditor: nec odit in homine/ nisi peccatū.
Peccatū ho/ Est autem peccatum hominis/inordinatio
minis quid sit atqꝫ peruersitas: id est a prestantiore condi
tore auersio/et ad condita inferiora conuer
sio. Non igitur odit deus esau hominē/ sed
odit deus esau peccatorem. Sicut dicit de
Ioh.1.a. domino: In sua propria venit: et sui eū nō
Ioh.8.f. receperunt. Quibus item ipse dicit: Uos
propterea non audistis: q2 nō estis ex deo.
Quomō sui/ quomodo nō ex deo? Nisi q2
illud dictū est de hominibus/quos ipse do/
minus fecerat: illud de peccatoribus quos
ipse dominus arguebat: ijdem tamē et ipsi
homines et peccatores: sed homines de cō
ditione/ peccatores propria voluntate. Qz
ergo iacob dilexit/ nunqd peccator nō erat?
Sed dilexit in eo nō culpam quā delebat/
Roma.5.a. sed gratiam quam donabat. Nam christus
pro impijs mortuus est: non tamen vt im/
pij mortui permanerēt/sed vt iustificati ab
Roma.4.a. impietate conuerterentur: credentes in eū
qui iustificat impium. Odit enim deus im/
pietatē. Itaqꝫ in alijs eam punit per dam/
nationē: in alijs adimit per iustificationē/
quemadmodum ipse iudicat esse faciendū
illis iudicijs inscrutabilibus. Et ꝙ ex nu/
mero impiorum / quos non iustificat/facit
vasa in contumeliam: non hoc in eis odit
quod facit: quippe inquantum impij sunt/
execrabiles sunt: inquantum autem vasa
fiunt/ad aliquem vsum fiunt: vt per eorū
ordinatas penas/ vasa que fiūt in honorē/
proficiant. Nō itaqꝫ odit deus/nec inquan
tum hoies sunt/ nec inquantum vasa sunt:
id est nec quod in eis facit creando / nec qd̄
in eis facit ordinando: Nihil enim odit eo/ Sap.11.d.
rum que fecit: Sed tamen vt vasa eos facit
perditionis/ ad vsum correctiōis aliorū fa/
cit: Odit enim in eis impietatē/ quā ipse nō
fecit. Sicut enim iudex in homine odit fur/
tum/ sed non odit qd̄ datur ad metallum:
illud enim fur/hoc iudex facit: Ita deus ꝙ
ex conspersione impiorū facit vasa perditi/
onis: non odit quod facit: id est opus ordi/
nationis sue/in pena debita pereuntibus:
in qua occasionem salutis illi quorū mise/
retur/inueniant. Sic pharaoni dictum est:
Ad hoc te excitaui/vt ostēdam in te poten/ Roma.9.c.
tiam meam: vt annuncietur nomen meum Exo.9.d
in vniuersa terra. Hec demonstratio poten/
tie dei/ et annūciatio nominis eius in vni/
uersa terra/prodest eis vt timeant: vt vias
suas corrigant: quibus vocatio talis con/ V
gruit. Sic consequenter dicit: Si autē vo/ Roma.9.c.
lens deus ostendere iram / et demonstrare
potentiam suam/attulit in multa patiētia
vasa ire/ que perfecta sunt in perditionem:
subaudit: Tu quis es/qui respōdeas deo?
Ut recurrente sententia ad v̄ba superiora/
iste sit sensus: Si volens de⁹ ostendere irā/
attulit vasa ire: tu quis es qui respondeas
deo? Non autem solum volens ostendere
iram/et demōstrare potentiam suam/attu/
lit in multa patientia vasa ire/que perfecta
sunt in perditionem: sed etiam quod sequi/
tur: Ut notas faceret diuitias glorie sue in
vasa misericordie. Quid eñi prodest vasis
pfectis in perditionem/ ꝙ ea patiēter deus
sustineat/ vt ordināter disperdat/ vtaturqꝫ
illis † in instrumentū salutis aliorū/ quorū Al.tm̄
misereat? Sed illis vtiqꝫ prodest/ ad quorū
salutem istis sic vtitur. Ut sicut scriptū est:
Iustus manus lauet in sanguine peccato/ Ps.57.
ris: id est mundetur ab operibus malis per
timorem dei/cum videt supplicia peccator.
Qz ergo volens deus ostendere iram/ attu
lit vasa ire: valet ad vtilem alijs prestandū
timorem: ꝛ vt notas faceret diuitias glorie
sue in vasa misericordie que preparauit in
gloriā. Etem obduratio illa impiorū vtrūqꝫ
demōstrat: ꝛ qd timēdū sit/ vt qlqꝫ pietate

conuertaꝛ ad deum: et quantę sint gratię
misericordię dei/ qui in alioꝝ pęna qd alijs
donet ostendit. Si autem illa quã de alijs
exigit non est iusta pęna/ nihil donat alijs
a quibꝰ eam non exigit. Quia vero illa iusta
est: et nulla est iniquitas apud deum/ quis
sufficiat agere gratias ei qui hoc remittit?
Qd̓ si vellet exigere/ nemo se recte diceret
Roma.9.c. non debere. Quos et vocauit nos inquit
non solũ ex iudęis/ sed etiam ex gentibꝰ: id
est vasa misericordię quę pręparauit i glo/
riam. Non eñ oĩes iudęos/ sed ex iudęis:
nec omnes oĩno hoĩes gentiũ/ sed ex genti
bus. Una est eñ ex adam massa peccatoꝝ
et impioꝝ/ in qua et iudęi et gentes remo/
ta gratia dei ad vnam pertinẽt conspersio
nem. Si eñ figulus luti ex eadem ꝯspersio
ne facit aliud vas in honorẽ/ aliud in con/
tumeliam: manifestum est autem ꝙ ex iu/
dęis sunt alia vasa in honorẽ/ alia in con/
tumeliã/ sicut ex gentibꝰ: sequiꝛ vt ad vnã
conspersionẽ omnes ptinere intelliganꝛ.
Deinde icipit reddere attestationes ꝓphe
tę singulis generibꝰ conuerso ordine. Pri/
us eñ dixit conuersos ex iudęis/ posterius
ex gentibꝰ: Priꝰ eñ reddit testimoniũ pro
Roma.9.c. gentibꝰ/ deinde pro iudęis. Etenĩ sicut in
Osee.1.d. osee dicit: Uocabo nõ plębem meã/ plębẽ
1. Petri.2.b. meam: et non dilectã meam/ dilectã meã:
et erit in loco vbi dictũ est: non populus
meus vos: ibi vocabunꝛ filij dei viui: de
gentibꝰ intelligiꝛ dictũ: quia non habebãt
destinatũ vnũ sacrificioꝝ locum/ sicut iu/
dęi in hierusalẽ. Missi sunt autem ad gen/
tes apostoli: vt in loco suo quiqꝫ crederẽt:
et vbicũqꝫ credidissent/ ibi sacrificiũ laudis
Joh.1.a. offerrent: quibꝰ dedit potestatẽ filios dei
Roma.9.f. fieri. Esaias autẽ inquit clamat pro israel:
ne rursus oẽs israelitę in perditionẽ isse
credanꝛ: docet et inde facta alia vasa in ho/
Esaię.10.c. norem/ alia in cõtumeliã: Si fuerit inquit
numerus filioꝝ israel quasi arena maris:
reliquię salue fient. Cętera ergo turba/ va
sa perfecta ad perditionẽ. Uerbũ eñ con/
sũmans et breuians inquit faciet dñs sup
terram: id est vt compendio fidei per gra/
tiam saluos faciat credentes/ non per innu/
merabiles obseruatiões: quibus illa mul/
titudo seruiliter onerata premebatur. Per
gratiam quippe nobis verbum ꝯsũmans et
Matth.11.d. breuians fecit super terram/ dicens: Jugũ
meũ leue est/ et sarcina mea suauis est. Qd̓
et paulopost hic diciꝛ: Prope est verbũ in Roma.10.b.
ore tuo et in corde tuo: hoc est verbũ fidei Deut.30.c.
qd̓ prędicamꝰ: quia si ꝯfitearis in ore tuo/
quia dñs est iesus: et credideris i corde tuo
quia deus illum suscitauit a mortuis/ saluꝰ
eris. Corde eñ crediꝛ ad iusticiã: ore autẽ
confessio fit ad salutẽ. Hoc est verbũ ꝯsũ/
mans et breuians qd̓ fecit deus sup terã: q̃
ꝯsũmatione atqꝫ breuitate/ latro iustificatꝰ
est: qui defixis in cruce omnibꝰ membris/ et
habens libera hęc duo: corde credit ad iu/
sticiam: ore cõfessus est ad salutẽ: statimqꝫ
audire meruit: Hodie mecũ eris in paradi/ Luc.23.f.
so: Consequerenꝛ eñ bona opera eiꝰ/ si per
cepta gratia diu inter hoĩes viueret. Sed
tñ non ea ꝑcesserãt/ vt eãdẽ gratiã mereref
ex latrocinio fixus in cruce/ ex cruce in pa/
radisum trãslatus. Et sicut pręd̓ixit inquit Roma.9.f.
esaias: Nisi dñs sabaoth reliquisset nobis Esaię.1.c.
semen/ sicut sodoma facti essemus: et sicut
gomorra similes fuissemꝰ. Qd̓ h̓ ait: Reli/
quisset nobis semen: hoc ibi: Reliquię sal/
uę fiant. Cęteri autẽ tanqꝫ ꝑditionis vasa
debito supplicio perierũt. Et non oẽs peris
sent sicut in sodoma et gomorra/ non meri/
tũ eorũ fecit sed gratia dei. Reliquistis se/
mẽ vnde alia messis toto orbe cõsurgeret:
Hoc et paulopost: Sic ergo inquit et in h̓ Roma.11.a.
tpe reliquię per electionẽ gratię saluę factę
sunt. Si aũt gratia iam non ex operibus:
alioqn gratia iam nõ est gratia: Quid er/
go? Qd̓ quęrebat israel/ hoc non est ꝯsecu/
tus: electio autem consecuta est: cęteri vero
excęcati sunt. Consecuta sunt vasa miseri/
cordię: excęcata sunt vasa irę: ex eadem ta/
men ꝯspersione/ sicut in plenitudine gen/
tium. Est locus quidam scripturę ad ꝛem
de qua nũc agimꝰ maxime necessariꝰ/ eadẽ
quę tractata sunt mira ꝯtestatione confir/
mans/ in eo libro qui ab alijs iesus sirach/
ab alijs ecclesiasticꝰ diciꝛ: in quo ita scrip/
tũ est: Et oẽs hoĩes de solo et ex ꝉra vñ adã Eccli.33.b.
creatus est: In multitudine disciplinę dñs
sepauit eos et immutauit vias eorũ. Et ex ip/
sis bñdixit et exaltauit: et ex his sctificauit
et ad se applicauit: ex ipis maledixit et humi
liauit et ꝯuertit illos ad dissensionẽ illorũ:
quasi lutũ figuli in manu ipsius plasmare
illud et disponere: oẽs vię eius ꝫm dispo/
sitionẽ eius: sic homo in manu illius q̃ se fe
cit et reddet illi ꝫm iudiciũ suũ. Contrariũ
malo bonũ est: et ꝯtra mortẽ vita est: sic et

cōtra virum iustum petōr. Et sic intuere in omnē operā altissimi. Duo ↄtra duo: vnū contra vnum. Primo hic cōmēdata est disciplina dei. In multitudine inquit disciplinę deus separauit eos: vnde nisi a beatitudine paradisi? Et immutauit vias eorū: vt iam tanq̄ mortales viuerent. Tunc facta est vna massa omniū veniens de traduce peccati et pęna mortalitatis: quis deo formante et creante quę bona sunt in omnibus. Est eni species et compago corporis in tanta membrorū cōcordia: vt vide apo-
1.Cor.12. stolus ad charitatem obtinendā similitudinem duceret in omnibus. Est etiam spiritus vitalis et terrena membra viuificans omnisq̄ natura hominis dñatu animę et famulatu corporis et conditiōe mirabili tēperata: sed ↄcupiscentia carnalis de peccati pęna iam regnans et vniuersum genus humanū tanq̄ totam et vnam conspersionē originali reatu in omnia pmanente confu-
Ecci.33.b. derat: Et tñ sequitur: Ex ipsis benedixit et exaltauit, et ex ipsis sanctificauit et ad se applicauit: ex ipsis maledixit et humiliauit et couertit illos in dissensionē ipsorū. Tanq̄
Roma.9.c. Esaię.45.b. Hiere.18.a. apostolo dicēte: An non habet potestatē figulus luti ex eadem conspersione facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? Ideoq̄ illud qd̄ contexit, nec ab ea si-
Ecci.33.b. militudine vacat. Quasi lutū inquit figuli in manu ipsius plasmare illud et dispone re: omnes vię eius sm dispositionē eius: sic homo in manu illius qui se fecit. Sed q2
Roma.9.c. dicit apostolus: Nunquid iniquitas apud
Ecci.33.b. deū? Vide et hic quid adiūgat: Reddet illi inquit sm iudiciū suum. Sed cū damnatis iusta tribuant supplicia: tamē quia hoc ipsum in vsum conuertit: quo illi proficiāt quibus prębetur misericordia. Intende reliq̄: Cōtrariū inquit malo bonum est: et contra mortem vita: sic et contra virum iustum peccator: et sic intuere in oēm operā altissimi: duo ↄtra duo: vnū cōtra vnū: Utiq̄ vt ex deteriorū comparatiōe eminenant ꝓficiantq̄ meliora: quę tanq̄ per gratiā me-
Roma.9.f. liora sūt. Tanq̄ diceret: Reliquię salue fient. Sequit et dicit ex persona reliquiarū:
Ecci.33.c. Et ego nouissimus vigilaui, et quasi qui racematur post vindemiatores. Et vnde ꝓbat, quia non ex meritis suis, sed ex misericordia dei? In benedictiōe inquit dei et ipse speraui: et quasi qui vindemiat repleui torcular. Quis eni nouissimus vigilauerit: tamen quia erunt, vt dictum est: nouissimi
Matth.20.b primi, in bñdictiōe dñi sperans, et reliquus israel racematus populus impleuit torcular ex vbertate vindemię quę toto orbe terrarū prouenit. Nulla igitur intētio tenetur apostoli, et omniū iustificatorū per q̄s nobis intellectus gratię demonstratus est: nisi vt qui gloriat, in dñō glorief. Quis eni
2.Cor.10.d. discutiat opera dñi, ex eadem conspersione vnū damnātis, alium iustificantis? Liberum volūtatis arbitriū plurimū valet:
Roma.7.c. immo est quidem, sed in venūdatis sub
Gal.5.c. peccato quid valet? Caro inquit ↄcupiscit aduersus spiritū, spūs autē aduersus carnem: vt non ea quę vultis faciatis. Pręcipitur vt recte viuamus: hac vtiq̄ mercede proposita, vt in ęternū beatę viuere mereamur. Sed quis potest recte viuere et bene operari, nisi iustificatus ex fide? Pręcipit vt credamus, vt dono accepto spūssancti p dilectionem bene operari possimus. Sed q̄s potest credere: nisi aliqua vocatione: hoc est aliqua rerū testificatiōe tangat? Quis
Al. visu habet in potestate tali viso attingi mētē suam, quo eius voluntas moueat ad fidē? Quis autem animo amplectit aliquid qd̄ eum non delectat? Aut quis habet potestatē vt vel occurrat qd̄ eum delectare possit, vel delectat cum occurrerit? Cum ergo nos ea delectent quibus proficiamus ad deū:
Al. merito inspirat hoc et prębet gratia dei: non nutu nostro et industria aut operū meritis cōparat: quia vt sit nutus voluntatis, vt sit industria studij, vt sint opera charitate feruentia, ille tribuit, ille largit: propterea pe
Matth.7.a. tere iubemur vt accipiamus: et querere vt inueniamus: et pulsare vt aperiat nobis. Nōne aliq̄n ipsa oratio nostra sic tepida ē, vel potius frigida, et pene nulla: imo oīno interdū ita nulla, vt neq̄ hoc in nob cū dolore aduertamus: q2 si vel ꝑ dolemus, iā oramus. Quid ḡ aliud ondit nob, nisi q2 et petere et q̄rere et pulsare ille cōcedit: quia hęc vt fu-
Roma.9.c. giamus iubet. Igitur non volentis neq̄ currentis, sed miserentis est dei: q̄nquidē nec velle nec currere nisi eo mouente atq̄ excitante poterimus. Nō si electio hic fuit
Roma.11.a. aliq̄, vt sic intelligamus qd̄ dictū ē: Reliquię p electionē gratię salue facte sūt: nō vt iustificatorū electio fiat ad vitā ęternā: sed vt intelligant qui iustificent. Certe ita occul-

ta ē hec electio/ vt in eadē ꝯspersiōe nobis prorsus apparere nō possit: Aut si apparet quibusdā/ ego in hac re infirmitatē meam fateor. Nō eīn habeo qd̄ intuear in eligēdis hominib⁹ ad gratiam salutarem/ si ad examen huius electionis aliqua cogitatio ne permittor: nisi vel maius ingeniū vel minora peccata vel vtrūqȝ addam⁹/ etiam si placet/ honestas vtilesqȝ doctrinas. Quisquis ergo fuerit q̄ minimis peccatis irretit⁹ atqȝ maculat⁹: Nam nullis quis potest? et acer ingenio: ⁊ liberalib⁹ artib⁹ expolitus: eligēdus videtur ad gratiā. Sed cum hoc

1. Cor. 1. d. statuero: ita me ridebit ille qui infirma mūdi elegit vt confundat fortia: et stulta mūdi vt confundat sapiētes: vt cum intuens in pudore correctus/ ego irrideā multos: ⁊ p̄re quibusdā pctōrib⁹ castiores: ⁊ p̄re quibusdam piscatorib⁹ oratores. Nonne aduertim⁹ multos fideles nostros ambulantes viam dei: ex nulla parte ingenio comparari: nos dicam quorūdam hereticorū/ sed etiam mimorum? Item nō videm⁹ quosdam hoīes vtriusqȝ sexus in ꝯiugali castitate viuentes sine querela/ et tñ vel hereticos vel paganos vel etiam in vera fide et vera ecclesia sic tepidos: vt eos miremur meretricū ⁊ histrionū subito ꝯuersorum/ non solum patientia ⁊ temperātia: sed etiā fide/ spe/ charitate/ superari? Restat ḡ vt voluntates eligant: sed volūtas ipsa nisi aliquid occurrerit qd̄ delectat atqȝ inuitet animum/ moueri nullo mō potest. Hoc aūt vt occurrat/ nō est in hoīs ptāte. Quid vole-

Act. 8. et. 9. bat saulus nisi vt inuaderet ⁊ traheret/ vinceret/ necaret christianos? O rabida volūtas/ q̄ furiosa/ q̄ ceca: qui tñ vna desuper voce prostrat⁹: occurrente vtiqȝ tali viso/ q̄ mens illa ⁊ volūtas refracta seuicia retorquerer ⁊ corrigeret/ ad fidē repente ex euāgelij mirabili ꝑsecutore mirabilior p̄dicator effectus est. Et tñ quid dicem⁹? Nun-

Roma. 9. c. qd̄ iniqtas ē apud deū? exigētem a q̄ placet/ donantē cui placet: qui nequaq̄ exigit indebitū: nequaq̄ donat alienū. Nunqd̄ iniqtas ē apud deū? Absit. Quare tamen et huic ita: et huic nō ita? Homo tu qs es: debitum si non reddes/ habes qd̄ gratuleris: si reddes nō habes qd̄ queraris. Credamus tñ/ et si capere non valemus: qm̄ qui vniuersam creaturā ⁊ spiritalem ⁊ cor-

Sap. 11. d. poralem fecit ⁊ condidit/ omnia in numero ⁊ pondere ⁊ mēsura disponit: sed inscrutabilia sunt iudicia eius/ ⁊ inuestigabiles vie eius. Dicamus alleluia/ ⁊ collaudem⁹ canticum: et non dicam⁹: quid hoc/ vt qd̄ hoc? Oīa eīn in tempore suo creata sūt. Roma. 11. d.

Explicit ꝑm⁹ liber augustini ad simplicianū/ de qōnib⁹ ex epistola pauli ad romanos.

Annotatio questionum secundi libri ad simplicianum.

1 De eo qd̄ scriptū est in libro regum: Et insiluit spūs dñi in saul: cū alibi dicat: Et spūs dñi malus in saul. 1. Reg. 10. et. 16.

2 Quō dictū sit: Penitet me ꝙ constituerim regē saul. 1. Reg. 15. c.

3 Utrū immūdus spūs qui erat in phytonissa potuerit agere vt a saul videret ⁊ loquere- (tur cum eo. 1. Reg. 28.

4 De eo qd̄ scriptū ē: Intrauit rex dauid et sedit āte do- 2. Reg. 7. c.

5 De eo qd̄ dixit helias: Dñe (minū. teshs huius vidue cū qua ego habito apud ipsam/ tu male fecisti occidere filium ei⁹. 3. Reg. 17. d.

Finis

Diui aurelij augustini hipponensis epi ad simplicianū mediolanensis ecclesie epm/ de solutiōe quarūdam questionū ex libris regum: liber secundus incipit.

Satis de apostolo a me ad ꝑposita rñdisse existimo: nunc ad ea q̄ de libris regnorum reqsisti aliud volumen aggrediar: q̄ sic multa et ꝑpe oīa veterum librorum figuratiora sūt/ ⁊ mysteriorū velamib⁹ inuoluta: Quis eīn ex eo ꝙ trāsierimus ad christū auferat velamē: tñ videmus nūc in enigmate/ tunc aūt facie ad faciem. Uelamē quippe oīmodo intercludit aspectum/ enigma vo tanq̄ p speculū: sic idem apls ait: Uidem⁹ nūc p speculū et in enigmate: nec euidentissimā detegit speciem/ nec prorsus obtegit veritatē. Aggrediar ergo ⁊ ista/ duce dño: tuis poti⁹ subleuatus orationib⁹ q̄ iussionib⁹ aggrauatus. Presertim quia ex epla tua hoc te intellexi q̄rere/ qd̄ hec in ꝑphetia significēt: In q̄ reuera obtemperare nisi esset difficillimū: Prefatio 2. Cor. 3. 1. Cor. 13. d.

quia et de tota eorundẽ ꝯtextione librorũ
ducẽda est intentio: etsi esset ꝓmptior in/
tellect⁹/magnitudo tñ opis impediret/q̃ si
subeũda est prolixi⁹ ociũ tp̃s vẽ flagitat: s̃
nũc ipsas rerũ ꝓprietates gestarũ/que his
verbis quorũ a te facta cõmemoratiõe si/
gnificant̃/quõ intelligerẽ nosse dignat⁹ es
et meis litteris aperiri.

Questio.i A
C p̃mũ quidẽ qd̃ de p̃mo regnorũ
libro iussisti/vt exponerẽ quõ dictũ
1.Reg.10.b. et.16.
sit: Et insiluit spũs dñi i saul /cum
alibi dicat: Et insiluit spũs dñi malus in
saul. Ita eñ scp̃tũ ẽ: Et factũ est cũ ꝯuerte
ret humex suũ vt iret a samuel/ꝯuertit de⁹
in saul cor aliud: ⁊ venerũt oĩa signa illa
die/⁊ venit inde in collem: ⁊ ecce chorus ꝓ/
phetarũ in obuiã illi: ⁊ insiluit in illũ spũs
dñi/ ⁊ ꝓphetauit i medio eox. Prędixerat
eñ hęc illi samuel cũ eum iussus vnxisset.
Et h̃ quidẽ nõ puto habere aliq̃d questio/
Ioh.3.a nis: Spũs eñ vbi vult spirat: et spiritum
ꝓphetię nullarũ aiarũ potest maculare cõ
Sap.7.d tactus: Attingit eñ vbiq3 propt̃ suã mũdi/
B ciam. Afficit eñ oẽs/non eodẽ modo: sed
alios p informationẽ spũs eorundẽ hoim/
vbi rerum demonstrant̃ imagines: alios p
fructũ mentis ad intelligẽtiã: alios vtraq3
inspiratiõe: alios etiam nesciẽtes. Per in/
formationẽ spũs duob⁹ modis. Aut p som/
Geñ.41. niũ: sicut non solũ pleriq3 sancti: sed pha/
Daniel.2. et.4. rao et nabuchodonosor: vter vidit qd̃ nẽo
eox intelligere valebat: sed tñ vterq3 vide
re poterat. Aut p demõstrationẽ i extasi:
qd̃ nõnulli latini stuporẽ intp̃retant̃: mirũ
si proprie/sed vicine tñ/cum sit mẽtis alie/
natio a sensib⁹ corpis/ vt spũs hois diuino
spiritu assumpt⁹ capiendis atq3 intuendis
imaginib⁹ vacet: sicut danieli demonstra/
Act.10. tum est qd̃ non intelligebat: ⁊ petro illud
vas submissũ de cęlo q̃ttuor lintheis: nã
et ip̃e q̃d illa demõstratio figuraret postea
cognouit. Per fructũ aũt mentis ad intel
ligentiã: vno modo cũ hęc ipsa quę demõ/
strant̃ imaginib⁹ q̃d significẽt ⁊ q̃ ptineãt
reuelant̃: q̃ certior ꝓphetia ẽ/nã magis ip
1.Cor.13. sam vocat apl's ꝓphetiã: sicut ioseph me/
ruit intelligere /qd̃ pharao nõ nisi videre:
et daniel exponit regi /⁊ ille cernit ⁊ nescit.
Cum vo̾ ita mens afficit̃/vt non rerũ ima/
gines ꝯiecturali examinatiõe intelligat/ s̃
res ip̃as intueat̃: sicut intelligit̃ sapiẽtia et
iusticia oisq3 incõmutabilis ⁊ diuina spe/
cies/ad prophetiã de qua nũc agimus non
pertinet. Vtroq3 autem mũere prophetię
donandos: qui et rerũ imagines ⁊ spiritu
vident/et quid valeant simul intelligunt:
certe manifestis locutionib⁹ in ipsa demõ/
stratiõe informant̃: sicut in apocalysi q̃dã
exponunt̃. Nesciẽtes aũt afficit prophetię
spũs: sicut caiphas cũ ẽẽt põtifex ꝓpheta/ Ioh.11.f.
uit de dño/q̃ expediret vnũ mori pro tota
gẽte: cũ aliud i verbis q̃ dicebat attẽderet/
q̃ nõ se a seipso dicere nesciebat. Abũdãt i
sanctis libris exempla/⁊ res tuę prudentię
notissimas loquar. Nõ eñ ista discis a me:
sed in eis quę pcõtando ꝓbas ⁊ cognosce/
re cupiẽs ꝓficientẽ ⁊ corrigere parat⁹ errã
tem. Hoc aũt verbo qd̃ positũ est: Et insi/
luit in eũ spũs: tanq3 ex abdito diuinitatis
secreto repentin⁹ significat̃ afflat⁹. Horum
igit̃ modox quo nã poti⁹ affectũ esse intel/
ligam⁹ saul/satis apparet ex eo qd̃ ibi scri/
ptum est: Cõuertit deus in saul cor aliud:
Sic eñ aliã cordis affectionẽ significat: q2
ꝯuertendo fecit de⁹ vt imaginũ significan
tiũ ⁊ p̃figurãtiũ capax fieret ad ꝓpheticã
diuinationẽ. Tãtũ q̃ũt distat int̃ ꝓphetiã C
ꝓphetarũ: sicut esaias/sicut hieremias/et
cęteri hmõi fuerũt/atq3 istã trãsitoriã quę i
saul apparuit: quãtũ distat int̃ loquelã hu/
manã quã loquunt̃ hoies: et cũ eadẽ loq̃/ Numeri.22.
la humana ꝓpter necessariũ ꝓdigiũ asina
locuta est/in q̃ sedebat balaã ꝓpheta. Ac/
cępit eñ hoc ad tp̃s illud iumentũ/vt deus
qd̃ statuerat demonstraret/non vt habitu
ppetuo bestia loqueret̃. Aut si h̃ exẽplum
maiore differẽtia remotũ est: multo min⁹
mirandũ est hoi reprobo datam fuisse ad
momẽtũ tpis affectu trãsitorio ꝓphetiã:
qñ ille dederat q̃ et asinã cũ voluit loq̃ fec.
Magis eñ distat pecus ab hoie/q̃ hõ re/
probus ab electis/et tñ ab hoib⁹. Nõ eñ
si quisq3 dixerit aliq̃d qd̃ ad sapiam ptinet
ꝯtinuo sapiẽs existimãdus ẽ: sicut nec q̃sq3
si aliqñ ꝓphetauerit iam int̃ ꝓphetas nu/
merabit̃: cum ⁊ dñs in euãgelio dicat q̃sdã Matth.13.c.
cũ gaudio verbũ excipere ⁊ radicis altitu/
dinẽ nõ habere/sed ẽẽ tpales. Ideoq3 sicut
ꝯsequẽs indicat lectio/factũ est in parabo/ 1.Reg.10.
la et saul int̃ ꝓphetas. Hoc igit̃ mirari de/
sinam⁹/cũ in hoib⁹ apparet diuinit⁹ aliq̃d:
quox vel meritũ vel habitũ excedit: cum
forte vult de⁹ cuiusdã significatiõis gr̃a ta
le aliq̃d demõstrari. Si aũt h̃ mouet q̃ po/ D

1. Reg.15.c. Itca saul malo spiritu inuadente pfocabat
qui pri⁹ pphetie spiritū acceperat. Nec
hoc mirandū est. Illud em factum est ex di
spensatione aliquid significādi: hoc ex me/
rito vindicādi. Nec mouere nos debēt hec
alternātia in animo humano: h̄ est in crea/
tura mutabili: presertim eo tempe quo ca/
ro corruptibilis mortalisq portat. Aut si
videmus in ipso petro / vt indicat euange/
lium / extitisse tantam ꝯfessionē vt audire
Matth.16.c meruerit: Beat⁹ es simon bariona / quia
non reuelauit tibi caro ꝛ sanguis / sed pat
meus qui in celis est. Et paulopost tam
carnaliter eum de dn̄i passione sensisse / vt
statim audiret: Uade post me sathanas:
scandalū mihi es: nō em sapis que dei sūt /
sed que hominū. Et fortasse aliquāto inte
rius itelligētib⁹ / tātū valet ad visa illa mē
tis hec differētia qua petr⁹ primo itellexit
deo patre reuelante / q filius dei esset chri/
stus / et posteā ne moreret exhorruit: quan/
tum valet ad distinguēda visa que in spiri
tu hoīs alienata mente imaginarie fiunt /
reuelatio prophetie qua primo afflatus ē
saul / ꝛ cōmixtio spūs mali quo postea pre/
E mebat. Iam vero illud q etiā malus appel/
1. Reg.16.c. latus est spūs dn̄i / sic intelligit / quō dictū
Ps.23. est: Dn̄i est terra / tanq creatura / et in eius
posita potestate. Aut si ppterea non con/
gruit h̄ locutionis exemplū: quia terra nō
1. Timoth. est mala: oīs em creatura dei bona est: illō
4.b. congruat / q ipse saul iam reprob⁹ ꝛ scelera
tus atq ingrat⁹ sancto dauid: persecutor
etiā eius cū seuissime inuidie facib⁹ agita/
retur: tamē adhuc christ⁹ dn̄i dicebat: sicut
2. Reg.1.c. eum appellauit ipse dauid cum vindicauit
extinctum. Sed magis arbitror malignū
spiritū a quo ipse vexabat saul ideo dictū
spiritū dn̄i / q occulto dn̄i iudicio saulē ve/
J.eo.q. xabat. Utitur em deus ministris etiā spi/
ritibus malis ad vindictā maloꝝ vel ad
bonoꝝ probationē: alio modo ad illā rē /
Cōcor.2.sen. alio ad istam. Quis em inde sit quisq ma
dis.44.ca. & lignus spūs: quia mala voluntate nocere
pluribus appetit: tamen nocendi potestatē non acci/
pit nisi ab illo sub quo sunt oīa certis ꝛ iu/
stis meritoꝝ gradib⁹ ordinata: quia sicut
Ro.13.a. non est mala volūtas a deo / sic non est po
2. Retrac. testas nisi a deo. Quāq em sit in cuiusq po
ca.1.c. testate qd velit / non est tn̄ in cuiusq ptāte
qd possit vel facere cuiq vel a quoq pati.
Nā ꝛ ipse fili⁹ vnic⁹ dei passur⁹ ad tempus
humiliter hoī superbe loquēti ꝛ dicēti / q po/
testatē haberet occidēdi eum vel dimittē/
di: Non haberes inqt in me ptātē nisi da/ Joh.19.b
ta tibi esset desup. Diabolus etiā volēs no
cere iusto viro iob / nocēdi quidē volunta/ In expositi/
te diabolus erat: sed tn̄ a dn̄o deo ptātem one ps.29.b
petebat dicēs: Mitte manū ꝛ tange car/ Job.2b.
nem eius: quis h̄ esset si pmitteret ipse fa/
cturus / ipsam etiā pmissionē petebat hoc
modo: et manū dn̄i appellabat permissam
a dn̄o manū suā: id est ipsam ptātem quā
volebat accipe. Cui congruit illud in euā/
gelio qd dn̄s discipulis suis ait: Hac noc/ Luc.22.c.
te postulauit sathanas vexare vos sic triti
cū. Dict⁹ est ergo spirit⁹ dei mal⁹: h̄ ē mini/ F
ster dei ad faciēdū malū in saul qd cū pati
iudex oīpotētissim⁹ iudicabat: qm̄ spiritus
ille quia malus erat / non erat dei creatura
vera qua conditus erat: et potestas quam
non sua sed dn̄i olim eqtate acceperat dei
erat. Uerba etiā ipsa scripturarū ita se ha/
bent: Et perrexit inqt samuel ꝛ abijt in ra/ 1. Reg.16.c.
matha: et spūs dn̄i recessit a saul ꝛ apprehē
dit eum spūs malign⁹ a dn̄o ꝛ suffocabat
eum. Et dixerūt pueri saul: Spiritus dn̄i
malignus suffocat te. Hoc igitur a pueris
eius quomodo sit dictum: Spirit⁹ dn̄i ma
lignus / superiora verba indicant narrātis
scripture ꝛ dicentis: Spūs malign⁹ a dn̄o.
Scdm em hoc inquit a dn̄o: quia per seip/
sum velle necare habebat: id est cōprehē/
re saul: posse autem nō habebat / nisi sum/
ma iusticia sineret. Si em vindicat deus
quēadmodū ipse dicit apl's / cum tradidit Ro.1.c.c.
hoīes ad ꝯcupiscētias cordis coꝝ / non mi/
rum: sed nihilomin⁹ iuste vindicās tradit
eos etiam in ꝯcupiscētias alioꝝ nocere vo
lētiū / sua semp incōmutabili eqtate serua/
tā. Animaduertendū sane cum additamēto G
dici: spūs dei malus. Cum autem tm̄mo/
do dicitur / spiritus dei: etiam si non adda/
tur / bonus / ex hoc intelligit bonus. Unde
apparet bonū spiritū fm substantiā: malū
autem fm ministeriū dici spiritū dei. Quāq
queri adhuc possit / vtrū cū spūs dei dicit / ꝛ
ex ipso iā ꝛ si nihil addat itelligit bon⁹ / ille
intelligat q est in trinitate cōsubstātialis
patri ꝛ filio spiritussctūs: de quo dicitur:
Ubi autē spiritus dn̄i / ibi libertas. Et ite/ 2. Cor.3.d.
rum: Nobis aūt reuelauit de⁹ per spiritū 1. Cor.2.c.
suū. Et illud: Sic et que dei sūt nemo scit Ibidem
nisi spūs dei. Et multis locis hoc modo di/

citur spiritus dei/et intelligit spūssanctus
etiā si nō addat: qm ea q̄ circūstāt/satis in
dicāt de q̄ dicat: ita vt aliqn nec dei addat
⁊ itelligat tn̄ ille spūs dei pncipalit sanct⁹.
Ro.8.c Nā quē alium cōmemorat vbi dicit: Ipse
spūs testimoniū dat spiritui nr̄o q2 sumus
Ibidem.c. filij dei. Et ipe spūs adiuuat ifirmitatē no
1.Cor.12.b. strā. Et hec oia operat vn⁹ atq̄ idē spūs/di
uidēs singulis prout vult. Et diuisiōes do
nationū sunt: idē aūt spūs. His em̄ oibus
sententijs/nec dei nec sanct⁹ est additū: et
h tn̄ ipse intelligit. Sed nescio vtrū manife
sto aliquo exemplo probari possit/alicubi
spiritum dei dictum sine additamento/
vbi spiritus ille sanctus nō significetur:
sed aliquis q̄uis bonus/creat⁹ tn̄ ⁊ condi
tus. Que proferunt em̄ dubia sunt/⁊ indi
gent clariore documēto: sicut illō qō scri
Geñ.1.a. ptum est: Spūs dei ferebat super aquas.
Nam et ibi spiritūsanctū accipere qd im
pediat non inuenio. Cum em̄ aquarū no
mine illa materies insinuat informis que
De Geñ. ad litterā lib.6. ca.8. de nihilo facta est/vnde oia fierent: qd pro
hibet intelligere spiritūsanctū conditoris
q̄ superferebat huic materie/non locoꝝ gra
dib⁹ interuallisq̄ spacioꝝ: qō nequaq̄ de
vlla re incorporea recte dicitur: sed excellē
tia ⁊ eminētia dn̄antis super oia volunta
tis vt oia conderent: presertim cum ea lo
cutio sicut illarum scripturarū mos est/eti
am ꝓpheticū quoddā sonet mysteriū/quo
futuri baptismatis ex aqua ⁊ spūsancto na
scituri populi p̄figurarent. Non ergo co
git qō dictū est: Et spūs dei ferebat super
aquas/ illū itelligere spiritū: sicut nōnulli
itelligūt q̄ mūdi moles vniuersa ista cor
porea velut animat ad misteriū quorūq̄
gignentiū ⁊ i sua specie cōtinēdarū corpo
raliū creaturarū: Creatura ē em̄ quicquid
Sap.1.b. est tale. Illud etiam qō scriptū est: Quoni
am spiritus dn̄i repleuit orbez terrarū: nō
desunt qui eundem spiritū velint accipe
re inuisibilē.s. creaturam cuncta visibilia
vniuersali quadam conspiratiōe vegetan
tem atq̄ cōtinentē. Sed neq̄ hic video qd
impediat intelligere spiritūsanctū/cum ip
Hiere.23.e. se deus dicat apud prophetā: Celū ⁊ terrā
ego implebo: Nō em̄ sine spūsancto iplet
deus celū ⁊ terrā. Quid ergo mirū si de spi
ritusancto eius dictū est: Repleuit orbem
terrarū? Aliter etiam replet sanctificādo: si
Act.6.b. cut de stephano dicit: Replet⁹ est spūsctō:
et de ceteris talib⁹. Aliter autē replet san
ctificāte gratia/sicut quosdā sanctos: Alit
attestante atq̄ ordināte p̄sentia/sicut oia.
Quobrem nescio vtrū certo aliq̄ documē
to scripturarū possit ostēdi cū sine vllo ad
ditamēto dicit/spūs dei vel spūs dn̄i/aliqd
aliud significari q̄ spm̄sctm̄. Sed etsi ē for
te aliqd qō imp̄sentiaꝝ nō occurrat/ illud
certe arbitror nō temere dici quotiēs i san
ctis eloquijs cōmemorat spūs dei: neq̄ ad
dit aliqd/siue ille patri ⁊ filio ꝯsubstātialis
spūssctūs/siue aliq̄ creatura inuisibilis intel
ligat: malū tamen non posse intelligi nisi
addat etiā mal⁹. Malo em̄ q2 bn̄ vtit de⁹
ad ministeriū iudicij sui: appellat etiā ipse
spūs dei ad vindictā maloꝝ ⁊ disciplinā ⁊
ꝓbationē bonoꝝ. Nec illud mouere iam I
nos debet q̄ postea scriptū est eundē sau
lem spū dei super se facto ꝓphetasse: qm̄
post bonū spiritū spūs malus: et rursum/
post malū bon⁹. Hoc em̄ fit non mutabili
tate spūssancti qui est incōmutabilis cum
patre ⁊ filio: s3 mutabilitate animi huma
ni deo cūcta distribuēte/siue malis ꝓ meri
to dānationis vel emēdationis/siue bonis
pro largitate gratie sue. Quāq̄ videri possit
etiā idē fuisse dei spūs semp in saul: malus
autem illi/ q̄ eius sanctitatis capax nō es
set. Sed nō recte h̄ videt: Tutior est em̄ il
le sensus ⁊ verior/ vt ꝓ mutabilitate affe
ctionis humane spūs dei bon⁹ bene affici
at vel ad ꝓphetiā vel ad opus qōlibet ali
ud in munere diuino: afficiat aūt mal⁹ ma
le q̄propt misteriū diuine pietat/oia distri
buentis ⁊ omnib⁹ recte vtent/ dicit ⁊ ipse
spūs dei: presertim q2 dictum est: Recessit 1.Reg.16.c.
ab eo spūs dei/ ⁊ apprehēdit eū spūs mali
gnus a dn̄o. Nullo em̄ pacto potest idē vi
deri recessisse ⁊ apprehēdisse. Porro in nō K
nullis exēplarib⁹/vel eis maxie que de lin
gua hebrea ad verbū vident exp̄ssa/inueni
tur spūs dei sine additamēto posit⁹: ⁊ intel
ligit mal⁹ ex eo q̄ arripiebat saul/ ⁊ reficie
bat eū dauid tāgēdo citharā. Manifestū
est aūt/nō additū malus: q2 supius iam di
ctum erat/⁊ de vicinitate scripture subau
diri ⁊ intelligi poterat. Ita em̄ in hmōi exē
plarib⁹ legit: Igit qn̄cūq̄ spūs dn̄i arripie Ibid.d.
bat saul: tollebat dauid citharā ⁊ pcutie
bat manu sua ⁊ refocillabat saul ⁊ leui⁹ ha
bebat: recedebat em̄ ab eo spūs malus. Si
ue q̄ q̄ hic nō est dictū: spūs dei/sed tm̄mo
do spūs mal⁹/qō ibi min⁹ dictū erat/tanq̄
redditū erat apparet: siue q2 superi⁹ ita post

tũ erat: Et dixerũt serui saul ad eũ: Ecce spi/
ritus dei malus exagitat te: iubeat dñs no
ster/ ꝛ serui tui q̃ corã te sũt querãt hominẽ
scientẽ psallere cithara: vt qñ arripuerit te
spũs dei malus: psallat manu sua ꝛ leuius
feras: nõ op⁹ erat eũ rursũ diceret qñcũqꝫ
spũs dei arripiebat saul addere malum/ q2
L notũ erat de q̃ nũc diceret. Uerũtamẽ illa
1. Reg. 18. et. 19. questio maior ẽ ꝛ nõ trãsitoria animi intẽ/
tione rimãda/ ꝙ cum saul ꝑsequeret dauid
innocentẽ plen⁹ inuidia ꝛ liuore vesan⁹/ fa
ctus est sup eũ spũs dei ꝛ ambulauit ingre
diens ꝛ prophetauit. Non eñ potest hĩ nisi
spũs bon⁹ intelligi ꝑ quẽ sancti prophete
futurarũ rerum imagines ꝛ visa cernebãt:
nõ ex eo tñ q2 dictũ est: Et prophetabat:
nã in exẽplarib⁹ q̃ sunt ex hebreo/ hoc ꝙ in
uenitur d̃ spiritu malo dictũ ita: Post diẽ
1. Reg. 18. c. aũt alterũ/ inuasit spũs dei malus saul et
prophetauit in medio dom⁹ sue. Et in alijs
diuinarũ scripturarũ locis inuenit/ ꝙ pro/
phetia non tñ bona/ sed etiam mala dicit:
et prophete dicti sunt baalim: ꝛ exprobra/
tum est quibusdam qui prophetabãt i ba/
al. Non ergo necesse est intelligi propte/
rea bonũ spiritũ qui fact⁹ est super saul po
1. Reg. 19. d stea quia dictũ est: Et ambulabat ingredi/
ens ꝛ ꝓphetabat: Sed q2 sine additamen
to positũ est: Fact⁹ est spũs dei super eum:
Non eñ sicut i illo loco dictuꝫ erat supra:
1. Reg. 16. Spũs dei malus/ vt ex hoc posset etiã in
ꝯsequẽtib⁹ subaudiri: q̃nimo superiora ma
gis magisqꝫ attestant illum spiritũ dei bo
1. Reg. 19. c. nũ fuisse ꝛ vere ꝓpheticũ. Dauid eñ erat
cum samuele ꝛ misit saul nũcios qui appre/
henderẽt dauid. Cum aũt samuel erat int
prophetas ꝛ cetum prophetarũ qui illo tẽ
pore prophetabãt/ nũcij qui missi sunt ac/
cepto eodem spiritu ꝓphetauerũt/ missisqꝫ
alijs hoc contigit/ ꝛ tertijs nihilomin⁹: po/
stea cum ꝛ ipse saul venisset/ factus est etiã
super eum spũs dei ꝛ ꝓphetabat ꝛ ipse/ et
ambulabat igrediens ꝛ ꝓphetabat. Cum
eni dicit: Et factus est sup ipsos spirit⁹ dei
et ꝓphetabãt: et ipse idem vtiqꝫ erat spũs
qui erat in ꝓphetis inter quos ꝛ samuel in
uentus est: ꝛ ex hoc vtiqꝫ necesse est intelli/
M gi illum bonũ spiritũ. Atqꝫ ideo questio di
ligenter discutiẽda est: quõ ꝛ illi q̃ missi es/
sent ad tenẽdũ hoiem ꝛ ad necẽ adducẽdũ
tali spũ affici meruerũt: et saul ipse q̃ mise/
rat veniẽs ꝛ ipse sanguinẽ innocentẽ que/
rens effundere/ accipere meruit illũ spiritũ

et ꝓphetare. Hic nimirũ occurrit illud qđ
apl's paulus aptissime exponit supeminẽ/
tem viam demonstrans. Si linguis hoim
loquar inq̃t ꝛ angeloꝝ: charitatẽ aũt non
habeam/ fact⁹ sum velut eramentũ sonãs 1. Cor. 13. a.
aut cymbalũ tinniẽs. Etsi habuero ꝓphe
tiam ꝛ sciuero oia sacramẽta ꝛ oẽm scienti
am: ꝛ habuero omnẽ fidem/ ita vt montes
transferã: charitatẽ aũt non habeam/ nihil
sum. Etsi distribuero oẽm substãtiã meã:
et si tradidero corpus meũ ita vt ardeam/
charitatẽ aũt non habeam/ nihil mihi pro
dest. Quo in loco manifestũ est eũ mune/
ra illa cõmemorasse/ que spũssãcti diuisio/
nib⁹ dant sicut supius dicit: Unicuiqꝫ aũt 1. Cor. 12. a.
datur manifestatio spũs ad vtilitatẽ: alij
aũt ꝑ spiritũ dat sermo sapientie: alij ſmo
sciẽtie ſm eũdẽ spm̃: alteri aũt fides i eodẽ
spũ: alij donatio curationũ in vno spũ: alij
opatiões virtutũ: alij ꝓphetia: alij dijudi/
catio spirituũ: alteri genera linguaꝝ. Oia
aũt hec opat vn⁹ atqꝫ idẽ spũs/ diuidẽs sin
gul' ꝓut vult. Satl' ꝙ apparet int dona scti/
spũs eẽ ꝓphetiã: quã tñ si q̃s habeat ꝛ cha
ritatẽ nõ habeat/ nihil est. Ex quo itelligit
fieri posse/ vt q̃dam etiã indigni vita eter/
na regnoqꝫ celoꝝ/ asꝑgant tñ quibusdam
spũssancti munerib⁹ non habẽtes charita/
tem: sine q̃ illa munera non nihil sunt/ sed
nihil eis ꝓsũt. Prophetia quippe sine cha/
ritate/ sicut demonstratũ est/ nõ ꝑducit ad
regnũ dei: charitas ꝟo sine ꝓphetia vtiqꝫ
ꝑducit ad regnũ dei. Cũ eñ loquẽs de mẽ
bris christi ait: Nunq̃d oẽs aplĩ? Nũquid Ubi. s. d.
oẽs ꝓphe? indubitãt ostdit etiã eũ q̃ ꝓphe
tiã ñ habet posse i mẽbris christi numera/
ri: Ubi quẽ locũ haberet si charitatẽ sine
q̃ hõ nihil ẽ nõ haberet? Nullo aũt mõ ita
diceret/ qñ d̃ mẽbris ageret q̃b⁹ christi cor/
pus implet. Nunq̃d oẽs habẽt charitatẽ
quẽadmodũ dixit: Nũq̃d oẽs aplĩ? Nũq̃d
oẽs ꝓphe? Nũq̃d oẽs ꝟtutes. Nũq̃d oẽs
dona hñt curationũ? Et cetera hmõi. Sꝫ
N dic aliq̃s: posse q̃dẽ fieri vt ꝓphiã q̃sqꝫ nõ
hẽat ꝛ tñ habeat charitatẽ: atqꝫ iõ christo
ãnumerat⁹ inhereat: ſ fieri nõ posse/ vt ꝓ/
phetiã habeat ꝛ nõ habeat charitatẽ: nihil
eñ ẽ hõ habẽs ꝓphetiã sine charitate. Ita
fortasse quẽadmodũ possum⁹ dicere: nihil
eẽ hoiem habẽtẽ aiam sine mẽte: nõ q2 põt
inueniri hõ q̃ mẽtẽ nõ habeat habẽs aiaꝫ:
sed quia nihil esset si inueniri posset: Sic
etiã dici põt: si corp⁹ figurã habeat/ colorẽ

non habeat/videri non potest: non quia ē
corpus cui desit color: sed q2 si deesset cer/
ni non posset. Ita fortasse dictum est: q si
quis habeat ꝓphetiam ⁊ charitatē nō ha
beat/nihil est: non quia potest in quoq3 ꝓ/
phetia esse sine charitate/ sed quia si esset/
O prodesse non posset. Opus est igit̄ ad sol/
uendam istam questionē/ vt ostendam⁹ ali
quem reprobum hoc donū habuisse ꝓphe
tię: q si neminē inuenerimus/ hoc iste ipse
saul satis ostenderet. Sed tamē ille etiam
Nūeri.24. balaam reprobus apparet: nō eī eum ta/
cet scriptura diuio iudicio esse damnatū:
et tamen prophetiā habebat: et quia cha/
ritas ei deerat/ inerat voluntas maledi/
cendi populo israelitico quā hostis precio
comparauerat/ qui eū ad maledicēdū mer/
cede ꝯduxerat: dono tamē illo ꝓphetandi
quo aspergebat̄ bñdicebat inuitus. Nec
verba illa parum attestant̄ huic sententię
quę in euāgelio scripta sūt/ multos dictu/
Luc.13.c. ros in illa die. Dñe dñe corā te mādu
Matth.7.c. cauimus ⁊ bibim⁹/ ⁊ in noīe tuo ꝓphetauimus
et in noīe tuo virtutes multas fecim⁹: qui/
bus tamē dictur⁹ est: Non noui vos: rece/
dite a me operarij iniq̄tatis. Non eī eos
mētiētes putabim⁹ ista dicturos in illo iu/
dicio/ vbi nullus erit fallēdi locus: aut vllā
vocē taliū legim⁹ dicentiū: dilexim⁹ ⁊c. Po
terūt ꝗ dicere: In noīe tuo ꝓphetauimus
cum sint improbi: nō aūt poterūt dicere/ di
lectiōez quā mādasti tenuim⁹. Nā si dicūt:
nō eis rñdebit̄: Nō noui vos. In h eī co/
Joh.13.d. gnoscit̄/ inquit: q2 discipuli mei estis/ si vos
P inuicē diligatis. Exēplū itaq3 hui⁹ saul/ resi
stit supbis nōnullis hereticꝫ: q̄ vel aliq̄d bo
ni de munerib⁹ sanctispūs negāt posse da/
ri⁹ eis q̄ ad sctōꝝ sortes nō ptinēt/ cū eis di/
cimus habere illos posse sacramētū baptis
mi/ q cū ad ecclesiā catholicā veniūt/ nō est
in eis vllo modo violādū/ aut q̄si nō habe/
ant tradendū: sed tñ eos nō ideo saluti de
bere ꝯfidere/ q2 nō improbam⁹ qꝺ illos ac/
cepisse credim⁹: ꝗ oportere cognoscere vni/
tatis societatē vim charitatis inuenidam/
sine qua oīno quicquid habere potuerint/
q̄uis per se sanctum ac venerandū: ipsi ta
men nihil sunt/ tanto indigniores effecti
vite eternę ꝑmio: quāto illis donis nō be/
ne vsi sunt quę in hac vita ꝗ transitoria est
acceperūt. Nō aūt bene vtit̄ nisi charitas:
1.Cor.13.c. et charitas oīa tolerat: atq3 ideo nō scindit
vnitatē cui⁹ ipsa ē fortissimū vinculū. Nō Mat.25.c.
eī et seruus ille non accepit talentū/ aut
aliq̄d aliud intelligit̄ talentū q3 mun⁹ ali/
qꝺ diuinū: sed qui habet dabit̄ ei: qui aūt
nō habet/ et qꝺ habet auferet̄ ab eo: qꝺ nō
habet auferri nō potest/ sed aliud non ha/
bet/ vt merito auferat̄ qꝺ habet. Non ha/
bet charitatē vtēdi vt auferat̄ q̄cq̄d aliud
Q habet qꝺ sine charitate nō ꝓdest. Nō igit̄
mirū est regem saul ⁊ eo tpe quo primū vn
ctus est accepisse spiritū prophetādi: ⁊ po/
stea cum esset propt̄ inobediētiā reproba/
tus/ recedēte ab eo spiritu dñi/ arreptū esse
maligno spū a dño: qui etiā ipse spūs dñi
appellat⁹ est propt̄ ministeriū: quia omnib⁹ 3.eo.c.
etiā spiritib⁹ malis bene vtit̄ dñs/ vel ad dā
nationē quorūdā/ vel ad ꝓbationē: ⁊ q̄uis
nō sit malignitas a dño/ nō est tñ potestas
nisi a deo. Dictūq3 est etiā: Sopor dñi oc/ 1.Reg.26.b
cupauerat milites eiusdē saul/ cū dauid ha
stam et cyphum abstulisset a capite dormi
entis: non quia tunc sopor in dño erat vt
ipse dormiret: sed quia ille sopor qui tunc
hoīes apprehēderat nutu dei erat infusus:
ne dauid ⁊ seruorum eius in eo loco ꝑsen/
tia sentiretur. Neq3 illud mirum est rursus 1.Reg.19.d
eundem saul accepisse spiritum prophetię
cum persequeret̄ iustum ⁊ eum comprehē/
surus ⁊ necaturus venisset in locū vbi erat
congregatio ꝓphetarū. Sic eī satis mon
stratū est/ neminē de tali munere iam secu/
rum esse debere tanq3 sit acceptissim⁹ deo
si nō habeat charitatē: q̄nquidez illud do/
nū et sauli dari potuit propt̄ arcanū qui/
dem alicuius sacramēti/ sed tamen dari po
tuit reprobato/ inuido ⁊ ingrato ⁊ redden/
ti mala pro bonis: et ne post ipsam quidē
acceptionē spiritus correcto i melius atq3
mutato.
a Se iam videam⁹ quō dictū sit: Pęni/ Questio.11. A
tet me q cōstituerim regē saul. Quę/ 1.Reg.15.c.
ris eī/ non vtiq3 in talium verboꝝ intelle/
ctu rudis/ sed rudimēnta explorans in ea
paterno studio ⁊ benigna cura: quomodo
pęniteat aliquis dñm/ in quo sit omnis ꝑ/
scientia. Ergo cū hoc de dño dicitur: indi/
gnū aliquid dici arbitrarer/ si aliq̄d dignū
inuenire qꝺ de illo diceretur. Cum vero
verba oīa quib⁹ humana colloquia ꝯseru/
tur: illi⁹ sempiterna virtus ⁊ diuinitas mi/
rabilit̄ atq3 incūctant̄ excedat: q̄cq̄d de il/
lo humanit⁹ dr/ qꝺ etiā hoīb⁹ aspernabile

videatur/ipsa humana admonet infirmi/
tas etiam illa que congruent in scripturis
sanctis de deo dicta existimat/humane ca
pacitati aptiora esse q̄ diuine sublimitati:
ac p hoc etiā ipsa esse trāscendēda/ē sanior
intellectus/ sicut ista qualiacunq̄ transcensa
sunt. Quis est enī hom/cui non occurrat i
deo cūcta prescientē/penitentiā esse nō pos/
se? Et certe tn̄ hec duo verba sūt/penitētia
ꝛ p̄scientia: quoꝝ quia vnū ꝯgrue credim⁹
deo.i. prescientiā/ negam⁹ in eo esse peni/
tentiā. Cum vero alius liqdiore ꝯsideratiōe
ista ptractans/quesierit quemadmodū vel
ipsa prescientia deo congruat/ꝛ inuenerit
hui⁹ etiā verbi notionē illi⁹ ineffabili diui/
nitate longe lateq̄ superari/ non miretur
vtrūq̄ de illo propt hoīes dici potuisse: de
quo vtrūq̄ propt ipsum incōgrue diceret.
B Quid est p̄scientia/nisi scientia futuroꝝ?
Quid aūt futurū est deo/ q̄ oīa supgredit
tempora? Si enī in sciētia res ipsas habet/
non sūt ei future sed presentes: ac per hoc
non iam prescientia/sed tm̄ sciētia dici po/
test. Si autem sicut in ordine temporaliū
creaturarum: ita ꝛ apud eum nondū sunt
que futura sunt: sed ea preuenit sciendo.
Bis ergo ea sentit: vno quidem modo fm
futuroꝝ prescientiā: altero vero modo fm p̄
sentiū scientiā. Aliter ergo temporalit ac/
cedit scientie dei: qd̄ absurdissimū atq̄ fal/
sissimū ē. Nec enī pōt q̄ vētura p̄noscit nos
se cū venerint/nisi bis innotescant/et p̄no
scēdo anteq̄ sint: ꝛ cognoscēdo cū iā sunt.
Ita fit vt qd̄ lōge a veritate seclusū ē/tpa/
liter aliquid accedat scientie dei/cum tem/
poralit que presciunt etiam presentia sen/
tiuntur/que non sentiebant anteq̄ fierent
sed tm̄modo presciebant. Si vero etiam cū
venerint que p̄sciebāt esse futura/nihil no
ui accedit scientie dei: sed manebit illa pre
scientia sicut erat etiam priusq̄ venirent
que presciebant: quō iam prescientia dice
tur/quando non est rerum futurarū? Iam
enī presentia sunt que futura cernebat/et
paulopost erunt preterita. Preteritarū au
tem rerū sicut presētiū nullo modo potest
dici prescientia. Redit ergo ad id vt fiat re
bus iam p̄sentib⁹ sciētia: que eisdem rebūs
futuris erat prescientia: et cum ea que pre/
scientia erat prius/postea sciētia fiat i deo:
admittit mutabilitatē ꝛ temporalis est/cū
sit de⁹ qui vere sūmeq̄ est: nec vlla ex par/
te mutabilis: nec vllo motu nouitio tem/
poralis. Placet ergo vt non dicam⁹ presci
entiam dei/sed tm̄modo scientiam: quera/
mus et hoc quō: Non enī scientiā solem⁹
dicere in nobis/ nisi cum sensa ꝛ intellecta
memoria retinemus: cum memim⁹ aliquid
sensisse nos vel intellexisse/vt id cum volu
mus recolam⁹. Qd̄ si ita in deo est/vt pos/
sit proprie dici: intelligit ꝛ intellexit/ sentit
et sensit: admittit tempus ꝛ surripit: nihil/
ominus illa mutabilitas longe a dei sub/
stantia remouenda est: et tamen et scit de/
us et prescit deus ineffabili modo: sic cum
et penitet ineffabili modo. Cum enī scien/
tia dei longe distet ab humana sciētia/ ita
vt irridenda sit comparatio: vtraq̄ tamen
scientia vocatur: et hec quidē humana ta/
lis est/vt dicat de illa apostolus etiā: scien 1.Cor.13.c.
tia destruetur: qd̄ nullo modo recte de sciē
tia dei dici potest. Sic ꝛ ira homīs turba/ C
ta est et non sine cruciatu animi: ira vero dei
de qua dicitur in euāgelio: Sꝫ ira dei ma/ Joh.3.d.
net super eū. Et apostolus: Reuelabit enī Roma.1.b.
ira dei de celo super omnē impietatē: illo i
tranquillitate iugiter manente/in creatu/
ra subdita exercet admirabili equitate vin
dictam. Misericordia quoq̄ homīs habet
nonnullam cordis miseriam: vnde etiā in
latina lingua nomen accepit: Nā inde est
etiam/q̄ non solum gaudere cum gauden/ Roma.12.c
tibus/sed etiam flere cum flentib⁹ horta/
tur apostolus. Quis autem sano capite di/
xerit vlla miseria tangi deum/ quem tamē
vbiq̄ scriptura/multe misericordie esse te/ Ps.85.
statur? Ira ꝛ zelum humanū non sine pe/
ste liuoris intelligim⁹: zelantem vero deum
non ita/sed eodem verbo/ nō eodē modo:
Longum est percurrere cetera/ꝛ sunt innu
merabilia quibus ostendit multa diuina
iisdem nominib⁹ appellari quibus humana
cum incōparabili diuersitate seiuncta sūt:
nec tamen frustra eadem sunt reb⁹ vtrisq̄
indita vocabula: nisi quia hec cognita que
in quotidiana consuetudine versantur/ et
experimentis vsitatiorib⁹ innotescūt/ nō/
nullam ad intelligenda illa sublimia pre/
bent viam. Cum enī detero de humana sci D
entia mutabilitatē/ꝛ transit⁹ quosdā a co/
gitatione in cogitationē/cum recolimus
vt cernamus animo qd̄ in contuitu eius
pauloante non erat/ atq̄ ita de parte in
partem crebris recordationib⁹ trāsilimus:

1.Cor.13.c. vnde etiā ex parte dicit esse apostolus no/
strā scientiam. Cum ergo hec cuncta di/
straxero/et reliquero solam viuacitatē cer/
te atq inconcusse veritatis atq vna eter/
na contemplatione collustrantis/imo non
reliquero: non enī habet hoc humana sciē/
tia/sed pro viribus cogitauero/insinuatur
mihi vtcūq scientia dei: qđ tamē nomen
ex eo qđ sciendo aliquid non latet homi/
nem/ potuit esse rei vtriq cōmune quāꝙ et
in ipsis hoībus solet discerni a sapiētia sci
1.Cor.12.a. entia/vt etiam apostolus dicit: Alij quidē
per spiritū datur sermo sapientie: alij ser/
mo scientie/ſm eūdem spiritū: In deo au/
tem nimirū non sunt hec duo sed vnū: et in
Cōcor.3.sen. dis.35.ca.1. hominib⁹ quidem ait discerni probabilit
solent/vt sapientia pertineat ad intellectū
eternorum: scientia vero ad ea que sensibus
corporis experiunt. Sed licet alius aliam
differentiam proferat/ nisi tamen diuersa
essent/non sic ab apostolo distinguerent.
Quod sane si ita est/vt nomen scientie re/
bus quas per sensum corporis experimur
deputatum sit: nulla est omnino scientia
dei. Non enim deus per seipsum ex cor/
pore et anima ꝯstat/sicut homo: Sed me/
lius dicitur aliam esse scientiam dei/et non
eiusdem generis cuius ista est que homi/
num dicitur: sicut etiam idipsum qđ deus
dicitur/longe aliud est ꝙ quēadmodū di/
Ps.81. ctum est: quia stetit in synagoga deorum.
E Tamen ad non latere quomodo pertinet
cōmunicatio ipsa vocabuli: sic etiā de ira
hominis detraho turbulētū motum/vt re/
maneat vindicte vigor: atq ita vtcūq as/
surgo in noticiam illius que appellatur ira
dei. Item de misericordia si auferas com/
passionem/cum eius quem misereris par
ticipatus es miserie: vt remaneat trāquil/
la bonitas subueniendi et a miseria liberā
di/insinuat diuine misericordie qualiscūq
cognitio. Zelum quoq dei nō repudiem⁹
et aspernemur/cum scriptū inuenim⁹: sed
auferamus de humano zelo pallidam ta/
bem doloris/et morbidā perturbationem
animi/remaneatq illud solū iudiciū q cor/
ruptio castitatis impunita esse nō sinitur:
et assurgimus vt incipiamus aliquo mo/
do capere zelum dei. Quapropter cum le/
1.Reg.15.c. gimus etiam dn̄m dicērem: Penitet me:
ꝯsiderem⁹ quid id esse soleat: In hoībus
opus penitendi est/ cum proculdubio re/

peritur voluntas mutandi: sed in homine
cum dolore animi est: reprehendit enī in se
qđ temere fecit. Auferamus ergo ista que
de humana infirmitate atq ignorātia ve/
niunt/et remaneat solum velle: vt non ita
sit aliquid quemadmodum erat: sic potest
aliquantulū intimari mēti nostre/qua re/
gula itelligat ꝙ penitet deū. Cū enī peni/
tere dicitur/vult non esse aliquid sicut fece
rat vt esset: sed tamen id cum esset ita esse
debebat: et cum ita eē iam nō sinitur/iam
nō debet ita esse/perpetuo quodam et trā/
quillo equitatis iudicio quo deus cuncta
mutabilia incōmutabili voluntate dispo/
nit. Sed qm̄ prescietiam et scientiam cum F
laude solemus dicere in hoībus: iramq ip
sam solet humanū genus in magnis pote/
statibus timere potius ꝙ reprehēdere/cō/
gruenter putamus talia dici de deo. Qui
autem zelat/et quem aliquid penitet: qm̄
vel culpari solet vel in se culpam corrigere:
atq ideo cum reprehēsione ista dici de ho
minib⁹: propterea mouet cum legim⁹ esse
aliquid in deo eiusmodi. Sed illa scriptu/
ra omnibus consulens propterea magis et
ista ponit: ne illa que placent sic intelligan
tur in deo/quomodo ꝯsueuerūt in homini
bus intelligi. Per hec enī que displicent
cum ea non audeam⁹ sic intelligere in deo
vt inueniūtur in homine: discimus etiam
illa querere que apta esse atq ꝯuenientia
putabam⁹. Nam si propterea non est illud
de deo dicendū/quia in homine displicet:
non dicamus incōmutabilē deum: quia d
hominib⁹ cum reprehensione dictum est:
non enī est illi cōmutatio. Item quedam
in homine sunt laudabilia/in deo autem
esse nō possunt: sicut pudor/qđ etatum vi/
ridiorum magnū est ornamentū: sicut timor
dei non est tm̄ in veterib⁹ libris laudatus:
sed apostolus etiam dicit: Perficiētes san/ 2.Cor.7.a
ctificationē in timore dei: qui vtiq in deo
nullus est. Sicut ergo quedā laudabilia
hominū non recte dicunt in deo: sic quedā
culpabilia hoīm recte intelligunt in deo:
nō ita vt in hoīb⁹/sed vocabulis tm̄modo
cōmunib⁹/lōge alia ratiōe et mō. Nā pau/
lopost idem samuel cui dixerat dn̄s: Peni/ 1.Reg.15.c.
tet me ꝙ ꝯstituerim regē saul: ipsi sauli ait
de deo: Qm̄ nō ē sic hō vt peniteat eū: vbi
videlicet satis ostēdit etiā cū de⁹ dič: Penitet Ibidem.f.
me/nō hūano more accipiēdū eē: sic iā quātū

valuimus disputauimus.
Questio.iii. A 1.Reg.28.c. i Tem queris/vtrum spiritus imũdus
qui erat in phytonissa potuerit age
re vt samuel a saule videret̃ ꝛ loq̃ret̃ cũ eo.
Sed multo maioris miraculi ẽ/ꝙ ipse satha
Job.1.b nas pnceps oim imũdoꝝ spirituũ potuit
loqui cũ deo ꝛ petere ad temptãdũ iob iu
Luc.22.c stissimũ virũ: qui etiam temptãdos apl'os
petijt. Aut si hoc non habet difficilẽ que
stionẽ: quia p quã voluerit creaturã/cui vo
luerit creature vbiq̧ p̄sens veritas loquit̃:
nec propterea magni meriti est cui loquit̃
deus. Interest enĩ quid loquat̃: qꝛ ꝛ impe
rator cum multis innocẽtib⁹ non loquitur/
quib⁹ prouidẽtissime consulit ad salutẽ: et
cum multis nocẽtib⁹ loquit̃/quos iubet in
terfici. Si ergo hinc ppterea nulla questio
ẽ: nulla sit q̄stio /quõ etiã immũdus spirit⁹
cum aĩa sancti viri loqui potuerit. Omni
bus enĩ sanctis/deus creator ꝛ sctificator
B longe vtiq̧ maior est. Qz si hoc mouet ꝙ
licuerit maligno spiritui excitare aĩam iu
sti/et tanq̄ de abditis mortuoꝝ receptacu
lis reuocare: nõne magis mirandũ/ꝙ satha
Matth.4.a. nas ipsum deũ assumpsit ꝛ ↄstituit super
pinnam templi? Quolibet enĩ modo fece
rit: ille etiã mod⁹ q̃ samueli factũ est vt ex
citaret̃ siliter latet. Nisi forte q̃s dixerit fa
ciliorẽ diabolo fuisse licentiã ad deũ viuũ/
vnde voluit assumendũ/ꝛ vbi voluit ↄsti
tuendũ: q̄ ad samuelis defuncti spiritum a
suis sedib⁹ excitandũ. Qđ si illud in euan
gelio nos ideo nõ pturbat: qꝛ dñs voluit
atq̧ pmisit/nulla diminutiõe sue ptãtis et
Matth.26. et.27. diuinitatis id fieri: sicut ab ipsis iudeis q̄q̄
puersis atq̧ immundis et facta diaboli fa
cientib⁹ et teneri se ꝛ vinciri ꝛ illudi ꝛ cruci
figi atq̧ interfici passus est: nõ est absurdũ
credere ex aliq̃ dispẽsatiõe diuine volũtatis
pmissum fuisse/vt non inuitus nec dñante
aut subiugãte magica potẽtia /sed volens
atq̧ obtemperãs occulte dispensatiõi dei
que phytonissam illam ꝛ saulẽ latebat/cõ
sentiret spũs pphete sancti se ostẽdi aspe
ctibus regis diuina cũ snĩa pcussur⁹. Cur
enĩ aĩa boni hoĩs/a malis viuis euocata si
venerit/amittere videat̃ dignitatẽ suã/cũ ꝛ
viui plerũq̧ boni vocati ad malos veniãt
et agant cum eis qđ officiũ postulat eq̄ta
tis seruato atq̧ incõcusso decore virtutis
sue/et illoꝝ vitijs pro rerum p̄sentiũ vel
C vsu vel necessitate tractatis? Qz q̄q̄ in hoc
facto potest esse alius facilior intellectus ꝛ
expeditior exitus: vt non vere spiritum sa
muelis excitatũ a requie sua credam⁹/ sed
aliqđ phantasma: ꝛ imaginariã illusionem
diaboli machinationib⁹ factam: quã pro
pterea scriptura noĩe samuelis appellat: qꝛ
solent imagines rerũ earum noĩbus appel
lari quarũ imagines sunt. Sic oĩa que pin
gunt̃ atq̧ fingunt̃ ex aliqua parte materie
metalli aut ligni vel cuiuscũq̧ rei apte ad
opera hmõi: queq̧ etiã vident̃ in somnis:
et oẽs fere imagines earũ rerũ quarũ ima
gines sunt appellari noĩb⁹ solẽt. Quis est Attab hoib⁹
enĩ qui hoĩem pictum dubitet vocare ho
minẽ: qñ quidẽ et singuloꝝ quorũq̧ pictu
ram cum aspicim⁹ propria queq̧ noĩa in
cũctant̃ adhibem⁹: Velut cum intuẽtes ta
bulam aut parietẽ /dicim⁹: ille cicero ẽ/ille
salustius/ ille achilles/ille hector/hoc flumẽ
simois/illa roma: cũ aliud nihil sint q̄ pi
cte imagines. Vñ cherubin cũ sint celestes
ptãtes: facta tñ ex metallo/qđ iperauit de⁹ Exodi.25.b.
sup arcã testamẽti/magne rei significande
grã/nõ aliqđ q̄ cherubin ille q̄ effigies vo
citant̃. Itẽ si q̃s viđet somniũ/nõ dic: Vi
di imaginẽ augustini aut simpliciani/sꝫ vi
di augustinũ aut simplicianũ/cum eo tpe
quo tale aliqđ vidit nos ignorem⁹. Vsq̧
adeo manifestum est/non ipsos homines
sed imagines eorũ videri. Et pharao spi Gen.41.a.
cas se dixit vidisse in somnis ꝛ boues/non
spicarum aut boum imagines. Si ꝟo liq
do ↄstat noĩbus eaꝝ rerũ quarũ imagines
sunt easdem imagines appellari/ non mirũ
est ꝙ scriptura dicit samuelem visum/etiã 1.Reg.28.
si forte imago samuelis visa apparuit/ma
chinamento eius qui transfigurat se velut 2.Cor.11.c.
in angelum lucis/ꝛ ministros suos velut mi
nistros iusticie. Iam ꝟo si illud mouet/quõ a D
maligno spiritu sauli vera predicta sunt:
potest ꝛ illud mirum videri/ quõ demones Matth.8.d.
agnouerint christum quem iudei non ag
noscebant. Cum enim vult deus etiam p
infimos et infernos spirit⁹ aliquẽ vera ag
noscere/tempalia dũtaxat atq̧ ad istã mor
talitatem pertinentia/facile est ꝛ non incõ
gruum vt omnipotẽs ꝛ iustus ad eorũ pe
nam quibus ista predicantur/vt malũ qđ
eis impendit anteq̄ veniat prenoscẽdo pa
tiantur/occulto apparatu mysteriorũ suoꝝ
etiã spiritib⁹ talib⁹ aliqđ diuinationis im
ptiat: vt qđ audiũt ab ãgelis pnũciẽt hoĩb⁹.

Tantū aūt audiūt/q̄ntū oīm dn̄s atq̧ moderator vł iubet vel sinit. Unde etiā spūs
Act.16.c. phytonic⁹ in actib⁹ apłorū attestaᷣ paulo
apło: ⁊ euāgelista esse conaᷣ. Miscēt tn̄ isti
fallacias suas: ⁊ verꝝ qđ nosse potuerit/nō
docēdi magis q̄ decipiēdi fine ꝓnūciant.
Et forte hoc est q̄ cū illa imago samuelis
1.Reg.28. saulem ꝑdiceret moriturū: dixit etiā secum
futurꝝ: qđ vtiq̧ falsum est. Magno quippe interuallo post mortem separi bonos a
Luc.16. malis in euāgelio legim⁹: cū dn̄s int̄ supbū
illū diuitē/cū iam apud inferos torm̄ēta pateretᷣ: et illū qui ad ei⁹ ianuā vlcerosus iacebat/iam in requie ꝯstitutū: magnū chaos interiectum eē testaᷣ. Aut si propterea
1.Reg.28.c. samuel sauli dixit: Mecū eris/nō vt eq̄litatem felicitatis/sed ad parē ꝯditionē mortł
referaᷣ: q̄ vterq̧ homo fuerit/⁊ vterq̧ mori potuerit: iamq̧ mortuus mortē viuo ꝓ-
E nunciabat. Perspicit quātū opinor prudētia tua ſm vtrūq̧ intellectū habere exitū
illam lectionē/que nō sit ꝯtra fidē: nisi forte ꝓfūdiore ⁊ ꝑplexiore inq̄sitione/que vel
viriū mearū vel tp̄is excedit angustias/inueniaᷣ ad liquidū: vel posse aīam humanā
cum ex hac vita migrauerit magicis carminibus euocatā viuoꝝ apparere ꝯspectibus
etiam corporis liniamēta gestantē: vt nō solum videri valeat/sed ⁊ agnosci. Et si pōt:
vtrū etiā iusti aīa/non q̄dem cogaᷣ magicł
sacris/sed digneᷣ ostendi occultiorib⁹ imperijs summe legis obtemperās: vt si fieri
non posse claruerit/non vterq̧ sensus i huius scripture tractatiōe atq̧ expositiōe admittaᷣ: sed illo excluso/imaginaria simulatio samuelis diabolico ritu facta intelligatur. Sed qm̄ siue illud fieri possit siue non
possit: tn̄ fallacia sathane atq̧ imaginū simulandaꝝ callida operatio decipiendis humanis sensib⁹ multiformis inuigilat: pedetentim quidē inq̄sitiōib⁹ diligētioribus
ꝑscribam⁹: sed tn̄ poti⁹ existimem⁹ tale aliquid factū maligno phytonisse illius ministerio/q̄diu nobis aliq̄d amplius excogita
Questio.IIII. re atq̧ explicare non datur.
A Uod aūt queris/q̄d sit qđ scriptū sit:
2.Reg.7.c. q Intrauit rex dauid ⁊ sedit āte dn̄m:
quid aliud intelligēdū ē/nisi q̄ sedit in cōspectu dn̄i/siue vbi erat arca testamēti per
quā sacratior ⁊ cōmēdatior q̄dam ꝑsentia
dn̄i accipi potest: siue oratur⁹ sedit/ qđ nō
fit recte nisi in ꝯspectu dei: hoc est i intimo
cordis: Pōt em̄ sic accipi qđ dictū ē: Ante
dn̄m/vt nullus eēt hoīm qui audiret orantem. Siue ꝗ propter arcam testamēti/siue
propt̄ secretū remot⁹ ab arbitris/siue ꝓpt̄
intimū cordis vbi erat orāt̄ affect⁹/ꝯuenienter dictū ē: Sedit āte dn̄m: Nisi forte q̄
sedens orauit: hoc mouet q̄ sanctus helias 3.Reg.18.g.
hoc fecerit/qm̄ pluuiam orādo impetrauit.
Quib⁹ admonemur exēplis/nō esse scriptū B
quō corpus ꝯstituaᷣ ad orandum/ dūmodo anim⁹ deo ꝑsens pagat intentionē suā.
Nam ⁊ stantes oramus: sicut ⁊ scriptū est:
Publican⁹ aūt đ lōginquo stabat: Et fixis Luc.18.c.
genib⁹/sicut in actib⁹ apłoꝝ legim⁹: Et se- Act.7.et.20.
dētes: sicut/ ecce dauid ⁊ helias. Nisi autē 2.Reg.7.
etiā iacētes oraremus/non scriptū eēt i psal- 3.Reg.18.
mis: Lauabo ꝑ singulas noctes lectū meū Ps.6.
lachrymis meis stratū meū rigabo. Cū em̄
quisq̧ orationē querit/ collocat mēbra sicut ei occurrerit accōmodata pro tp̄e positi corporis ad mouendū animū. Cū aūt non
quereᷣ/sed infereᷣ appetit⁹ orādi: cū aliq̄d repente venit in mētē quo supplicādi moueatur affectus/gemitib⁹ inenarrabilib⁹ quocunq̧ modo iuenerit hoīem: non est vtiq̧
differēda oratio/vt queram⁹ quo sedeam⁹
aut vbi stem⁹ aut vbi ꝓsternamur: Gignit
em̄ sibi mētis intētio sollicitudinē: et sepe
etiā obliuiscit̄ se vel ad quā celi partē vel i
qua positione corporis mēbra illud tempus
inuenerit.
i N verbis aūt beati helie quib⁹ ait: O Questio.V.
• dn̄e testis hui⁹ vidue cū qua ego inha A
bito apud ipsam/tu male fecisti vt occide- 3.Reg.17.d.
res filiū eius: nihil moueret si vera ꝓnūciatio seruareᷣ. Uox est em̄ nō credētł q̄ tam
male faceret dn̄s cū ea vidua que tam pie
ꝓphetā susceperat: eo ꝑsertim tp̄e quo ibi
erat/cui ꝓtulerat totū victū suū tam exiguū in tam magna ⁊ summa inopia. Ita
ergo dictū est/ac si diceret: O dn̄e testis huius vidue cū qua ego inhabito apud ipsā
tu male fecisti vt occideres filiū eius: vt intelligaᷣ q̄ vtiq̧ dn̄s q̄ testis cordis illi⁹ mulieris videbat quāta esset pietas: vn̄ etiam
heliā ipse ad eam miserat/non malefaciēdi
cā/mortificauerat filiū ei⁹/sed exhibēdi miraculi ad gloriā noīs sui q̄ tantū ꝓphetā ⁊
tūc viuētib⁹ ac posteris cōmēdaret: Sic dicit dn̄s: nō ad mortē mortuū fuisse lazaꝝ/ Ioh.11.a.
sed vt glorificareᷣ de⁹ in filio suo. Et ideo
ꝯsequētia ꝓbāt ⁊ ipsa etiā fiducia q̄ credi-

dit helias: nō ad hoc illud cōtigisse vt acer/
bo luctu hospita eius affligeret/sed potius
ad hoc factum est vt deus magnificentius
B ostēderet viduę qualē dei famulū suscepis/
3. Reg. 17. d. set. Sequitur scriptura ꝛ dicit: Et insufflauit
puero ter/ꝛ inuocauit dn̄m ꝛ dixit: Dn̄e de/
us me° reuertatur nūc aīa pueri hui° in eum.
Et factū est sic. Hęc ergo deꝑcatio qua pe/
tit helias tam breuiter et tā fideliter vt re/
surgat puer/satis indicat quo affectu dicta
sunt superiora. Et ipsa mulier ostendit ad
hoc mortificatū filium suū fuisse/ vt qđ he/
lias factū esse ꝑsumpserat: cū illa verba nō
cōfirmādo/ sed renuēdo enūciauerat. Cum
eīn viuū recepisset filium suū/ait: Ecce nūc
cognoui/qm̄ homo dei es tu: ꝛ verbū dn̄i in
ore tuo certissimū. Multa sunt aūt in scriptu
ris quę nisi illo modo ꝓnūcient/in contra/
Roma. 8. f. riam sententiam incidunt: sicuti est: Quis
accusabit aduersus electos dei? Deus q̄ iu
stificat: Si quasi confirmās rn̄deas/ vides
quāta peruersitas oriatur. Sic ergo ꝓnunciā/
dū est/ac si dicatur: Deus ne qui iustificat? ꝛ
subaudiatur: non vtiq;. Ac per hoc apertam
C puto esse illam helię sententiā/ quā nō ser/
3. Reg. 22. d. uata ꝓnūciatio faciebat obscurā. De spiri/
tu mendacij ꝑ quē deceptus est achab/ hoc
intelligamus/ qđ iam superius apte tracta
tum arbitror: deū scʒ oīpotentē et iustū di/
stributorē pęnarū pręmiorumq; pro meri/
tis: nō solū bonis ꝛ sanctis ministris vti ad
opera cōgrua/sed etiā malis ad oꝑa digna:
cū illi pro sua peruersitate nocere appetant:
sinantur aūt tantū quantū ille iudicat/q̄ om/
Sap. 11. d. nia in mēsura ꝛ pōdere ꝛ numero disponit.
Dixit aūt hoc micheas ꝓpheta quō sibi fu
erit demonstratū: Occulta eīn res et nimis
secreta ita demōstratur ꝓphetis/sicut potest
capere sensus human°: cū etiā rerum imagi
nibus in reuelationibus tanq; verbis in/
struitur. Nam quō de° hęc agat vbiq; ꝑsens
ꝛ vbiq; totus ac semꝑ ꝑsens: ꝛ quō et° sim/
plicē ꝛ incōmutabilē ęternāq; veritatē ꝯsu/
lant sancti angeli omnesq; ab eodem creati
sublimes ꝛ mundissimi spiritus/atq; id qđ
in eo sempiternę iustum vident pro cōgru/
entia rerum inferiorum tꝑaliter peragant:
Iob. 8. f. quō etiā lapsi spiritus/qui in veritate non
steterūt/ꝑpter immūdiciā ꝛ infirmitatē cō/
cupiscentiarū ꝛ pęnarū suaruʒ/ non valen/
tes ꝑsentem intrinsecus cōtueri ꝛ consulere
veritatem/signa forinsecus per creaturam
expectent/eisq; moueantur siue ad faciēduʒ
aliquid siue ad non faciendū: quo ve modo
cogantur ęterna lege qua vniuersitas regi
tur vincti atq; ꝯstricti/vel sinente deo ope/
rari/vel cedere iubenti ꝛ compellēti: arduū
ꝛ explicare longissimū est. Vereor autē ne D
ista quę sunt a me dicta/et non satisfecerint
expectationi/ꝛ tędio fuerint grauitati tuę:
qn̄quidē cum tu ex oībus quę interrogasti
vnū a me libellū mitti velles/ ego duos li/
bris longissimos misi/ꝛ fortasse quęstioni/
bus tuis nequaq; diligenter expediteq; re/
spondi. Quobrem preces tuas pro erratis
meis multas ꝛ assiduas peto fieri: sentēti/
am vero de hoc opere tuam breuissimam/
sed† grauissimam flagito: et dum sit verissi/ Al. † gratis/simam.
ma/ seuerissimā nō recuso.

Explicit secūdus liber sancti augustini
ad simplicianū de quęstionibus ex libris
Regum.

Diui aurelij augustini hipponē sis episcopi/in librum cōtra epistolam manichei/quā vocant fundamenti/argumentū ex secūdo libro retractationum.

Iber cōtra epistolā manichei/ quā 2. Retracta.
1 vocant fundamenti principia eius ca. 2.
sola redargui/sed in ceteris illi° par/
tibus annotationes vbi videbatur affixę
sunt: quibus tota subuertitur et quib°† cō/ Al. † commo/ueret.
mouerer si quando contra totā scribere va/
cauisset.

Capitulorum libri cōtra epistolam manichei/quā vocant fundamenti/ sancti augustini recollecta annotatio.

1 Orat deum pro veritate tenenda ꝛ cō/
uincenda falsitate: et vt medicinalis
sit vindicta/assumit animum piū cor/
ripiendi.
2 Qui sint hi qui nesciant corripere ho/
mines errantes pie/sed seuere et ani/
mo pertinaci.
3 Qualiter augustinuʒ vicerit errores ꝛ
veritatē agnouerit: inuitat etiā errā/
tes vt secū quęrāt veritatē et quali/
ter inueniant.
4 Quid augustinuʒ teneat in vnitate fi/
dei catholicę ecclesię.
5 Qr manicheus se apostolum ꝑ dicat: et
quare augustinus euāgelio credat et
nō manicheo.
6 Quare manicheus se apostolum iesu
christi dicat/ et non potius apostolū
paracleti.
7 Quare manicheus credatur missus si/
ue susceptus a spiritusancto/ ꝛ neget

Annotatio capitulorũ

carnem nostram assumptam a dei filio.

8 Quare solẽnius celebratur dies occisionis manichei ab eius discipulis/ q̃ passionis christi.

9 Q: spiritussanctus missus sit apostolis/probat cõtra manicheos ex actibus apostolorum.

10 Q: spũssanctus datus sit/ et quare bis: post resurrectionẽ/ et decimo die post ascensionem.

11 Ponunt verba manichei non improbãda ab augustino/cũ a bonis et malis dici possint.

12 Desiderat augustinus audire veritatẽ quã manicheus se dicere pollicet/ dicens de prelio ante mundi cõstitutionem: qđ augustinus falsum ostẽdit.

13 De lucida terra sup quã regna dei patris fundata sunt sm manicheũ /et lumine ipsius.

14 Q: scripture ecclesie magis sit credẽdũ q̃ dictis manichei / q̃ incerta sunt.

15 Ostẽdit augustinus falsa dicta manichei ex suis proprijs verbis: et q irridẽdus sit/non sibi credendũ.

16 Q: in corporibus dimensiuis pars minor est toto: aĩa aũt vbiq3 in corpore tota est et indiuisibilis.

17 Qualiter imagines rerũ in anima cognoscantur: nõ solũ in rationalibus/ sed etiam in brutis.

18 Q: imaginatiua siue cogitatiua potẽtia latior est et perfectior ipso imaginato: nec per partes diuisibilis/quia spiritalis.

19 Sicut anima mutabiliter extenditur ad omnia cognoscibilia: sic deus incõparabiliter et immutabiliter ad oĩa se extendit et in omnibus manet.

20 Concludit ex verbis manichei/vel deum esse finitum et terminatum/ vel suum dictum falsum.

21 Q: ex responsis manicheorum de terra lucis et tenebrarum conuincitur ipsorum error.

22 Qualiter he due terre se mutuo tãgãt: et qualia incõuenientia ex eorũ imaginatione sequant.

23 Q: melius sentiant imaginãtes deum habere corpus/ et citius possint ad fidẽ reduci q̃ manichei.

24 Q: nõ eiusdẽ nature sit lucida regio cũ deo/ostẽdit p viã diuisionis.

25 Notat ordinem rerum creatarum scđm sub et supra sm suam pfectionẽ debite ordinatam.

26 Ostendit dictum manichei falsum ex coniunctione terrarum quocũq3 latere iungantur.

27 Ex rectitudine laterũ concludit augustinus bonitatem creaturarum a deo: vnde non oportet ascribere principio malo.

28 Distinguit manicheus quinq3 naturas terre tenebrarum diuersarum naturarum.

29 Ex quinq3 naturis illis terre tenebrarum probat augustinus dicti manicheorũ falsitatem.

30 Inuitat augustinus manicheũ ad laudandũ secũ bona in creatura.

31 Q: inferiores nature in cõparatione ad superiores minus habent vñ laudari possint.

32 Ostẽdit positionẽ manichei falsam ex impossibilitate dictorũ suorũ.

33 Qualiter res in sua natura bone p viciosa accidẽtia mala fiant.

34 Qualiter bona a malis secerni debeãt ostendit exemplo leonis.

35 Virtutũ spiritaliũ et corporaliũ virium cũ earũ oppositis enumeratio.

36 Querit vñ sit corruptio in rebus bonis/ et bene a deo creatis.

37 Quare deus creaturã non condiderit summe bonam/et vnde creaturarum ad hominẽ inobediẽtia.

38 Qualiter a deo sit natura rerum creatarum/ et vnde sint corruptibiles.

39 Q: deus in veteri et nouo testamento dicitur cõditor mali/ et qualiter intelligendum.

40 Ostẽditur/ q quãto natura creata corporalis procedit ad augmentũ viriũ/ tãto tendit ad nõ esse.

41 Querit cur corruptio tollat qđ deus dedit creature: Et respõdet per exempli inductionẽ.

42 Quo homo tendere debeat: et quis sit oculus quo deus videat.

43 Q: spiritali cognitioni qua spiritalia videntur/inimica sunt carnalia phantasmata.

Eiusdem diui aurelij augustini
hipponẽsis episcopi/ cõtra eplam
manichei quã vocant fundamen/
ti: Liber incipit.

Orat deum pro veritate tenẽda
ꝛ cõuincẽda falsitate: et vt medici/
nalis sit vindicta/ assumit animuꝫ
pium corripiendi: Ca.i.

A Num verũ
Roma.ii.d. deũ omnipotentẽ: ex quo
v oĩa/ ꝑ quẽ oĩa/ in quo oĩa/
et rogaui/ ꝛ rogo vt in re/
fellenda ꝛ reuincẽda here/
si vestra manichei: cui et
vos fortasse iprudẽtius ꝙ maliciosius ad/
hesistis: det mihi mentẽ pacatã atq̃ trãq̃l/
lam ꝛ magis de vestra correctiõe ꝙ de sub/
uersione cogitantẽ. Q̃ꝙ eñ domin⁹ ꝑ ser/
uos suos regna subuertat erroris: ipsos tñ
homines inquantuꝫ homines sunt/ emen/
dandos esse potius ꝙ perdendos iubet. Et
quicquid diuinitus ante vltimũ illud iudi/
cium vindicaꝛ/ siue per improbos/ siue per
iustos/ siue per nesciẽtes/ siue ꝑ scientes/ si/
ue occulte/ siue palam: nõ ad interitum ho/
minũ/ sed ad medicinam valere credenduꝫ
est: quã q̃ respuerint/ extremo supplicio pre/
B paraꝛ. Quapropter cum in hac vniuersi/
tate rerũ: alia sint quę valent ad corporalẽ
vindictam: sicut ignis ꝛ venenũ ꝛ morbus
et cętera huiusmodi: Alia quibus apud se/
metipm̃ non molestijs corporis sui/ sed cu/
piditatũ suarũ laqueis anim⁹ puniaꝛ: sicu/
ti est damnũ/ exiliũ/ orbitas/ contumelia: et
his similia: Quędam vero nõ sunt crucia/
menta/ sed quasi fomenta languentium: vt
sunt cõsolationes/ cohortationes/ disputa/
tiones: ꝛ quęcunq̃ sunt talia. Horũ omniũ
quędã etiã ꝑ malos nesciẽtes operaꝛ sum/
ma dei iusticia: quędam per sciẽtes bonos.
Nostrũ igitur fuit eligere et optare melio/
ra/ vt ad vestrã correctionem aditum habe/
Roma.13.d. remus: non in contentione ꝛ ęmulatione ꝛ
persecutionibus/ sed mãsuete consolando/
beniuole hortando/ leniter disputando: si/
2.ti moth.2.d. cut scriptũ est: Seruũ autem dñi nõ opor/
tet litigare/ sed mitem esse ad omnes: doci/
bilem/ patientẽ/ in modestia corripientẽ di/
uersa sentientes. Nostrũ ergo fuit velle has
partes ꝛ petere: dei est volẽtibus ꝛ peten/
tibus donare qđ bonũ est.

Qui sint hi qui nesciãt corripe/
re homines errantes pie/ sed seue
re ꝛ animo pertinaci: Capi.ii.

Illi in vos sęuiãt/ qui nesciũt cum q̃
t labore verum inueniaꝛ/ ꝛ ꝙ difficile
caueanꝛ errores. Illi in vos sęuiãt/
qui nesciũt ꝙ rarũ ꝛ arduũ sit carnalia phã
tasmãta pię mentis serenitate superare. Il/
li in vos sęuiãt/ qui nesciũt cũ quanta diffi/
cultate sanetur oculus interioris hominis/
vt possit intueri solẽ suũ: nõ istum quẽ coli/
tis cęlesti corpore oculis carneis et homi/
num ꝛ pecorũ fulgentẽ atq̃ radiantẽ/ ſ illũ
de quo scriptũ est ꝑ ꝓphetã: Ortus est mi/ Malach.4.a.
hi iusticię sol. Et de quo dictũ est in euãge/
lio: Erat lumẽ verũ qđ illuminat omnẽ ho/ Joh.1.a.
minẽ venientẽ in hunc mundũ. Illi in vos
sęuiant q̃ nesciũt quibus suspirijs ꝛ gemiti
bus fiat/ vt ex quãtulacũq̃ parte possit in/
telligi deus. Postremo in vos illi sęuiant:
qui nullo tali errore decępti sunt quali vos
deceptos vident.

Qualiter augustinus vicerit er/
rores ꝛ veritatẽ agnouerit: inuitat
etiã errãtes vt secũ querant veri/
tatem/ ꝛ q̃liter inueniãt. Ca.iii.
Ego autẽ qui diu multũq̃ iactatus/ A
c tandem respicere potui quid sit illa
sinceritas q̃ sine inanis fabulę nar/
ratione ꝑcipiꝛ: qui vanas imaginationes
animi mei varijs opinionibus erroribusq̃
collectas vix miser merui dño opitulante
cõuincere: q̃ me ad detergendã caliginem
mẽtis/ tam tarde clemẽtissimo medico vo/
canti blãdientiq̃ subieci: q̃ diu fleui/ vt in/
cõmutabilis ꝛ immaculabilis substãtia cõ/
cinentib⁹ diuinis libris sese mihi ꝑsuadere
intrinsecus dignareꝛ: qui denicq̃ omnia il/
la figmenta q̃ vos diuturna consuetudine
implicatos ꝛ cõstrictos tenẽt/ ꝛ quęsiui cu/
riose/ ꝛ attẽte audiui/ ꝛ temere credidi/ ꝛ in/
stanter quibus potui persuasi/ et aduersus
alios pertinaciter animoseq̃ defendi: sęui/
re in vos omnino non possum: quos sicut
meipsum illo tempore/ ita nunc debeo su/
stinere: ꝛ tãta patiẽtia vobiscũ agere/ quã/
ta mecum ęgerunt proximi mei/ cum in ve/
stro dogmate rabiosus et cęcus errarem.
¶ Vt autem facilius B
mitescatis/ et non vt
inimico vobisq̃ ꝑni/
cioso mihi aduersemi
ni/ quouis iudice me
impetrare oportet a
vob/ vt ex vtraq̃ par
te omnis arrogantia
deponaꝛ. Nemo no/
strum dicat iam se in/
uenisse veritatẽ: Sic

¶ Flores siue veritates
beati augustini i libro cõ
tra manicheos: qui solet
appellari ꝯtra eplãꝫ fun
damenti sic colliguntur.
Prima veritas est/ q̃ ve
ritas cũ ꝑ disputationẽ
inquiritur/ oportet vt ex
vtraq̃ parte arrogantia
deponatur. Unde acci/
piuntur duo theologica
documenta. Primũ est/
q̃ homines arrogantes
q̃ nõ sunt

eā quęram⁹ quasi ab vtrisq₃ nesciatur. Ita enī diligēter et cōcorditer quęri poterit/ si nulla temeraria pręsumptione inuenta ꝛ cognita esse credatur. Aut si et hoc a vobis impetrare non possumus/ saltem illud cōcedite: vt vos tā𝆹 incognitos / nūc primū audiam/ nūc primum discutiam. Iustū puto esse quod postulo: hac sane lege seruata/ vt vobiscū nō orem/ non cōuenticula celebrē / nō manichei nomen accipiā: si nō mihi de oībus rebus ad salutē animę pertinentib⁹ sine vlla caligine rationē ꝑspicuā dederitis.

f.ca.6.b. f.ca.9.b. f.ca.10.b f.ca.14.b.

Qꝫ non sunt idonei ad veritatē inuestigādam: quia q̄ vult veritatē inquirere/ debet vt hic dicit arrogātiā deponere. Scōm documentum / qꝫ apud theologos disputatio litigiosa est infructuosa: qꝛ talia litigia nō ꝓueniunt nisi ex arrogātia/ dum vnus aliū nitit superare. Intelligēdū est qꝫ in sequētib⁹ ponit quattuor notabilia. †Primū est qꝫ supbia est mat oīm hereticorum. †Scōm/ qꝫ liber actuū apostoloꝝ ē paris auctoritat cū euāgelio. †Tertiū qꝫ augustinus fuit nouē annis manicheus. †Quartū/ qꝫ cū ipse fuisset adolescēs fuit ab errore manicheorum deceptus.

Quid augustinū teneat i vnitate fidei catholice ecclesie: Ca. IIII.

Secūda veritas

In catholica enī ecclesia / vt omittam sincerissimā sapientiā ad cuius cognitionē pauci spiritales i hac vita perueniūt: vt eā ex minima quidē parte/ quia homines sūt/ sed tamen sine dubitatione cognoscāt: cęteram quippe turbā nō intelligendi viuacitas/ sed credēdi simplicitas tutissimā facit. Ut ergo hāc omittam sapientiā/ quā in ecclesia esse catholica nō creditis: multa sūt alia quę in eius gremio me iustissime teneant. Tenet cōsensio populorum atq₃ gentium. Tenet auctoritas miraculis inchoata/ spe nutrita/ charitate aucta/ vetustate firmata. Tenet ab ipā sede petri apostoli/ cui pascendas oues suas post resurrectionē dominus cōmendauit/ vsq₃ ad presentē episcopatuꝫ successio sacerdotum. Tenet postremo ipsum catholicę nomē: qđ non sine causa inter tam multas hereses sic ista ecclesia sola obtinuit: vt cuꝫ oēs heretici se catholicos dici velint: quęrenti tamē peregrino alicui / vbi ad catholicam conueniat: nullus hereticorū vel basilicam suā vel domum audeat ostēdere. Ista ergo tot ꝛ tāta christiani nois charissima vincula recte hominē tenent credētem in catholica ecclesia/ etiā si propter nostrę intelligentię tarditatem vel vitę meritum/ veritas nondū se apertissime ostendat. Apud vos autē vbi nihil horū est qđ me inuitet ac teneat/ sola ꝑsonat veritatis pollicitatio: q̄ quidem si tam manifesta monstratur: vt in dubium venire nō possit/ pręponēda est omnibus illis rebus quibus i catholica teneor. Si autem tātummodo promittitur/ ꝛ non exhibetur: nemo me mouebit ab ea fide/ quę animum meū tot ꝛ tātis nexib⁹ christianę religiōis astringit.

¶ Secunda veritas/ qꝫ sincera sapientia / quam non intelligendi viuacitas / sed credendi simplicitas tutissimā facit / detinet in gremio ecclīe. Sed attendendum est/ qꝫ hic tāgit augustin⁹ has rationes/ que ipsum mouent ad manendum infra corpus ecclesie catholice. Prima fuit multitudo credentiū: ꝛ idē cōsensus populoꝝ. Secūda fuit auctoritas miraculis inchoata/ spe nutrita/ charitate aucta et vetustate firmata. Tertia fuit antiquitatis tēpoꝝ: qꝛ heretici nouas sectas inchoabant: ꝛ catholici ꝑmanebant in sentētia antiquorū. Quarta fuit successio sacerdotū: qꝛ a beato petro vsq₃ ad presentē indifferentē/ successio habet sacerdotū in ecclīa catholica: et non apud sectam aliā. Quinta fuit nomē catholice ecclesie: qꝛ cum cetere ecclīe suoꝝ heresiarchaꝝ nomē acceperint: vtpote arrianorū ꝛ manicheoꝝ: ecclīa ſꝓ nomē obtinuit/ vt catholici noīe diceret. Uñ dicit / qꝫ si peregrino alicui ecclesiā catholicaꝫ requirenti: nullus heretic⁹ suā ecclesiam audet ostēdere: cū tamē oēs velint catholici dici: Intelligendum tamen qꝫ adiungit vnum notabile sic dicēs: †Ego euangelio nō crederē nisi catholice ecclesie me cōmoueret auctoritas. Et ꝓbat/ qꝛ credidit euāgelio ꝓpter ꝑdicātes sibi euangeliū ſm formā a christo traditā. Uñ intēdit beatus augustinus: ꝓpt qđ vnū quodq₃ tale et illud magis: ꝫ propter ecclesiam creditū est euāgelio / dicētibus christi discipul ad exēplū sui magistri: Penitemini et credite euangelio: ergo magis est credendū ecclesie q̄ euāgelio. Et tūc ex hoc accipiunt duo theologica documenta. Primum est qꝫ maior est auctoritas ecclesie ad credēdum q̄ diuine scripture: qꝛ cum euāgeliū sit ꝑstātissimū inter oīa diuina scripta/ hic maiorē fidem adhibet ecclesie. Scōm documentū/ qꝫ maior est potestas ecclesie ad statuendum/ q̄ sit diuine scripture ad iudicandum: qꝛ vbi maior auctoritas/ ibi maior spiritalis ꝑtās. Sed orit dubium: quia ꝑ premissa videret qꝫ ecclesia posset articulos fidei variare ꝛ diuina precepta mutare: qđ absit. Dicitur qꝫ intētio hic videt esse btī augꝰ. de tota ecclesia: accipiendo ipsaꝫ cum suo capite qđ ꝑcepit euāgelio credere: Et cōstat ꝛ sic ē / qꝫ ecclesia habet quicquid cōtinet in scriptura diuina in sua potestate: ꝛ tūc ista documēta non habēt calumniā. Si autē accipiat ecclesia stricte/ pro illa que nunc est militans: tūc ista documenta sunt accipienda quo ad nos tm / ꝛ nō simpliciter in se: sicut est nobis euidentius/ celū moueri: q̄ deū esse.

f.ca.5.b.

Nota hoc valde pro pri[illegible] ...

Qꝫ manicheus se apostolū christi predicat: et quare augustinus euangelio credat et nō manicheo: (Caplm. V.

Videamus igitur quid me doceat manicheus: et potissimum illum consideremus librum/ quem fundamēti epistolam dicitis: vbi totum pene qđ creditis continet. Ipsa enim nobis illo tēpore miseris quando lecta est/ inclinari dicebamus: Amen. Certe sic incipit: Maniche⁹ apostolus iesu christi prouidentia dei patris. Hęc sunt salubria

Manichei epłe principium.

verba de perenni ac viuo fonte. Jam cum
bona patientia si placet attẽdite quid quę/
ram. Non credo istum esse apostolum chri/
sti: quęso ne succenseatis/ et maledicere inci/
piatis. Nostis enim me statuisse/ nihil a vo/
bis prolatum temere credere. Quęro ergo
quis sit ille manicheus? Respõdetis: Apo/
stolus christi. Non credo. Jam quid dicas
aut facias/ nõ habebis: promittebas enim
scientiam veritatis: et nunc qđ nescio cogis
B vt credam. Euãgelium forte mihi lecturus
es: et inde manichei personam tẽptabis as/
serere. Si ergo inuenirem aliquem qui euã
gelio nondum credit / quid faceres dicenti
tibi: non credo? Ego vero euangelio nõ cre
derem/ nisi me catholicę ecclesię cõmoneret
auctoritas. Quibus ergo obtẽperaui dicẽ/
tibus: Credite euãgelio: cur eis nõ obtem/
perem dicentibus mihi: Noli credere ma/
nicheo? Elige quid velis. Si dixeris: Crede
catholicis: ipsi me monent vt nullam fidez
accõmodẽ vobis. Quapropter non possuz
illis credens nisi tibi non credere. Si dixe/
ris: Noli catholicis credere: nõ recte facies
per euangelium me cogere ad manichei fi/
dem: quia ipsi euangelio catholicis prędi/
cantibus credidi. Si autem dixeris: Recte
credidisti catholicis laudantibus euange/
lium/ sed nõ recte illis credidisti vituperan/
tibus manicheum: vsqꝫ adeo me stultũ pu/
tas/ vt nulla reddita ratione qđ vis credã/
qđ nõ vis non credam. Multo quippe iu/
stius et cautius facio/ si catholicis: quoniam
semel credidi/ ad te non transeo: nisi me nõ
credere iusseris/ sed manifestissime ac aper/
tissime scire aliquid feceris. Quo circa si mi
hi rationem redditurus es/ dimitte euãge/
C lium. Si ad euangeliũ te tenes: ego ad eos
me teneã/ quibus pręcipientibus euange/
lio credidi/ et his iubẽtibus tibi omnino nõ
credam. Et si forte in euãgelio aliqđ aper/
tissimum de manichei apostolatu inuenire
potueris: infirmabis mihi catholicorũ au/
ctoritatem/ qui iubent vt tibi non credam.
Qua infirmata/ iam nec euangelio credere
potero: quia per eos illi credideram: ita ni/
hil apud me valebis quicquid inde protu/
leris. Quapropter si nihil manifestum de
manichei apostolatu in euangelio reperit:
catholicis potius credam q̃ tibi. Si autez
inde aliquid manifestum pro manicheo le/
geris: nec illis/ nec tibi: Illis/ quia de te mi
hi mentiti sunt: tibi autẽ/ quia eam scriptu/
ram mihi profers cui per illos credideram
qui mihi mentiti sunt. Sed absit vt euãge/

Notãdũ q̃ io/
hãnes hus et
hieronym⁹ he
resiarche bo/
hemoꝝ in cõci
lio cõstantiẽsi
allegabãt hãc
sententiã ꝓ sua
pte: sed quali/
ter intelligen/
da sit/ vide ger
sonẽ in tracta/
tu suo ꝺ exami
natione doctri
naꝝ: pte. i. cõ/
sideratione. 5.
I medio: et tra/
ctatu suo ꝺ spi
rituali vita aie.
lectione. 2. cor
rel. 7.

lio ego non credam. Illi enim credens/ nõ in/
uenio quomodo possim etiam tibi credere.
Apostolorũ enim nomina quę ibi leguntur/ Matth. 10. a.
non inter se cõtinent nomen manichei. In
locũ autẽ traditoris christi qui successerit/ Act. 1. d.
in apostoloruz actibus legimus: Cui libro
necesse ẽ me credere si credo euãgelio: quo/
niam vtrãqꝫ scripturam similiter mihi ca/
tholica cõmendat auctoritas. In eodẽ eti/
am libro de vocatiõe atqꝫ apostolatu pau/ Act. 9. a.
li vulgatissimam tenemus historiaz. Lege
mihi iam si potes in euangelio/ vbi mani/
cheus apostolus dictus est / vel in aliquo
alio libro cui me iam credidisse confiteor.
Jam illud lecturus es/ vbi spiritumsanctũ Joh. 14. b.
paracletum dominus promisit apostolis.
De quo loco vide quot et quanta sint quę
me reuocent et deterreãt/ ne manicheo cre/
dam.

Quare manicheus se apostolũ iesu christi dicat/ et nõ potius apostolum paracleti: Ca. VI.

Q uęro enim / cur epistolę huius princi A
pium sit: Manicheus apostolus ie
su christi: et nõ sit: Paracletus apo/
stolus iesu christi? Si autem missus a chri/
sto paracletus manicheum misit: cur lego/
Manicheus apostolus iesu christi / et non
potius: Manicheus apostolus paracleti?
Si dicis ipsum esse christum/ qui est etiam
spiritussanctus: contradicis ipsi scripturę/
vbi dominus ait: Et alium paracletũ mit/ Ibidem.
tam vobis. Si autem christi nomẽ ideo re/
cte positũ putas: non quia ipse est christus
qui et paracletus/ sed quia eiusdẽ sunt am/
bo substantię: id est quia non vnus est/ sed
quia vnuz sunt: Poterat et paulus dicere:
Paulus apostolus dei patris/ q2 dixit do/
minus: Ego et pater vnum sumus. Nusq̃ Joh. 10. f.
hoc dicit: Sz nec quisq̃ apostolorũ patris
apostolũ se scribit. Quid sibi ergo vult ista
nouitas? Nõne vobis videtur nescio quã
redolere fallaciã? Certe si nihil interesse ar/ B
bitratus est: cur non varie in alijs epistolis
apostolum christi se nominat/ in alijs para/
cleti? Sed christi semper audiui quotiens/
cũqꝫ audiui: paracleti aũt nec semel. Quid
hoc esse causę arbitramur/ nisi quia illa su/
perbia mater omnium hereticorũ impulit
hominem/ vt nõ missum se a paracleto vel/
let videri: sed ita susceptum vt ipse paracle/
tus diceret. Sicut iesus christus homo: nõ
a dei filio/ id est virtute et sapientia dei per
quã facta sunt omnia/ missus est: sed ita su/
sceptus ſm catholicã fidem/ vt ipe esset dei

filius: id est in illo ipso dei sapientia sanandis peccatoribus appareret: Sic se ille voluit a spiritusancto quem christus promisit videri esse susceptū: vt cum iam audiuim⁹ manicheum spiritumsanctū / intelligamus apostolum iesu christi: id est missum a iesu christo qui eum se missurum esse promisit. Singularis audacia ista ꝛ ineffabile sacrilegium.

Quare manicheus credat missus siue susceptus a spiritusancto: ꝛ neget carne humanā assumptā a dei filio: Ca. VII.

A Sed tamen quero: cum pater ꝛ filius et spiritussanctus vobis etiam confitentibus / nō dispari natura copulentur: cur hominem susceptum a spiritusancto manicheum / non putatis turpe natum ex vtroq; sexu predicare: hominem autem susceptum ab vnigenita sapiētia dei / natum de virgine credere formidatis? Si caro humana / si concubitus viri / si vterus mulieris non potuit inquinare spiritūsanctum: quomodo potuit vterus virginis inquinare dei sapientiam? Manicheus ergo iste qui de spiritusancto ꝛ euangelica lectione gloriatur / necesse est vt nobis cōcedat: aut missum se esse a spiritusancto / aut susceptum. Si missus est / paracleti se apostolū dicat: si susceptus est / ꝯcedat ei homini matrem quem suscepit vnigenitus filius / si ei quē suscepit spiritussanctus concedat ꝛ patrem. Credat virginitate marię verbum dei non esse pollutum / si concubitu parentum suorum spiritūsanctum nō potuisse pollui / vt credamus hortatur.

B Qd si dixeritis: nō in vtero vel ante vterum / sed iam natū manicheum a spiritusancto esse susceptum / sufficit vt fateamini habuisse carnē de viro et femina procreatā. Cum ergo vos non timeatis viscera et sanguinem manichei de humano concubitu venientem / et intestina fimo plena / quę illa caro gestabat: ꝛ his omnibus non credatis contaminatum esse spiritumsanctū / a quo illum hominem susceptum esse creditis: cur ego vterū virginalē et intacta genitalia reformidem / et nō potius credam sapientiam dei in ipsis maternis visceribus homine suscepto immaculatam sincerāq; mansisse? Quapropter quoniam siue missum siue susceptū a paracleto se manicheus vester affirmet / nihil horum poterit obtinere. Ego iam cautior neq; missum eum credo / neq; susceptū.

Qr solennius celebratur dies occisionis manichei ab eius discipulis q̄ passionis christi / ꝛ quare: Ca. VIII.

A Nam qd addidit dicens: Prouidētia dei patris: Quid aliud ambiuit: iesu christo nominato / cuius se dicit apostolum: et deo patre / cuius prouidētia missum se dicit a filio / nisi vt spiritūsanctū ipsum tertium esse crederemus? Sic ergo scribit: Manicheus apostolus iesu christi prouidētia dei patris: Spiritussanctus nominatus non est: qui maxime debuit ab eo nominari / qui nobis apostolatū suū paracleti promissione commendat: vt euangelica auctoritate imperitos premat. Quod cū a vobis queritur: respondetis vtiq; manicheo apostolo nominato / spiritumsanctū paracletū noiari: quia in ipso venire dignatus est. Quero ergo / sicut superius dicebā: quare exhorreatis cum dicit catholica ecclesia / eum in quo venit diuina sapientia / natū de virgine: cū vos eum in quo spiritūsanctū venisse predicatis / natū de femina viro mixta nihil horreatis? Quid ergo aliud suspicer nescio / nisi qr iste manicheus qui per christi nomen ad imperitorum animos aditum querit / ꝓ christo ipso se coli voluit? Hoc vnde conijciam / breuiter dicā.

Manicheus.
Augustinus.
Manicheus.
Augustinus.

B Cū sepe a vobis quererē illo tempore quo vos audiebā: quę causa esset / qr pascha dñi plerūq; nullū / interdū a paucis tepidissima celebritate frequētaretis: nullis vigilijs / nullo prolixiore ieiunio indicto auditoribus vestris: nullo deniq; festiuiore apparatu: cū vestrum bema: id est diem quo manicheus occisus est / quinq; gradib⁹ instructo tribunali ꝛ ꝓciosis lintheis adornato / ac in promptu posito et obiecto adorantibus / magnis honoribus prosequamini. Hoc ego cū quererē / respōdebat eius diem passionis celebrandū esse qui vere passus est: christū autē qui natus nō esset / neq; veram / sed simulatam carnē humanis oculis ostendisset: non pertulisse / sed finxisse passionem. Quis non ingemiscat homines qui se christianos dici volunt / timere ne polluatur veritas de virginis vtero ꝛ de mendacio non timere?

C Sed vt ad rem redeā / quis non suspicet / qui diligenter attenderit ideo negari a manicheo christū natū eē de femina ꝛ humanū corp⁹ habuisse: ne passio eius qd totius iam orbis festissimū tempus est / ab eis qui sibi credidissent celebraret: et nō tanta deuotione diem mortis suę desiderata solennitas honoraret? Hoc enim nobis erat in illa bematis celebritate gratissimū

qđ per pascha frequentabatur: quoniã vehemẽtius desiderabamus illũ diem festũ/ subtracto alio qui solebat esse dulcissimus.

De spiritussanctus missus sit apostolis/ probatur contra manicheos ex actib⁹ apostolorũ: Ca. ix.

A Ortasse dicas mihi: Quãdo ergo venit a domino promissus paracletus? Hic ego si non haberem aliud quod crederem/ facilius eum adhuc venturũ expectarem ꝙ per manicheum venisse concederem. Nũc vero cum in actibus apostolorũ manifestissime sanctispiritus ꝗ dicetur aduẽtus: que me necessitas cogit hereticis tã periculose ⁊ tam facile credere? In libro enim

Act. i. a. memorato sic scriptum est: Primũ quidem sermonẽ feci de oibus o theophile que cepit iesus facere ⁊ docere in die qua apostolos elegit per spiritũ sanctũ/ ⁊ precepit ꝑdicare euãgeliũ: Quibus prebuit seipsuz viuum post passionez in multis argumentis dierũ: visus est eis per dies quadraginta/ ⁊ docens de regno dei: ⁊ quõ conuersatus sit cum illis: ⁊ ꝑcepit eis ne discederẽt ab hierosolymis/ sed sustinerent pollicitationem patris/ quã audistꝭ inquit ex ore meo: Quoniam iohãnes quidẽ baptiçauit aqua/ vos autẽ spiritusancto incipietis baptiçare: quẽ ⁊ accepturi estis nõ post multos istos dies vsqꝫ

Al. † cum venissent. ad pentecostẽ. Illi quidem † conuenientes interrogabant eum dicentes: Domine si hoc in tẽpore representabis regnuz israel? Ille autem dixit: Nemo potest cognoscere tempus quod pater posuit in sua potestate: sed accipietis virtutẽ spiritussancti superuenientem in vos: ⁊ eritis mihi testes apud hierusalẽ ⁊ in tota iudea ⁊ samaria/ ⁊ vsqꝫ in totam terram. Ecce habes vbi cõmemorauit discipulos pollicitationis paterne/ quã ex ore eius audierant de spiritusancto venturo.

B Nũc videamus quãdo sit missus. Pau-

Act. 2. a. lo enim post sequitur/ et dicit: In illo tempore quo suppletus est dies pentecostes/ fuerunt oẽs eadẽ animatione simul in vnum: ⁊ factus est subito de celo sonus/ tanqꝫ ferretur flatus vehemens: ⁊ impleuit totũ illũ locum in quo erant sedentes: et vise sunt illis lingue diuise quasi ignis: qui et insedit super vnumquẽqꝫ illorum. Et impleti sunt oẽs spiritusancto ⁊ ceperunt loqui linguis quomodo spiritus dabat eis pronunciare. Hierosolymis autem erant habitantes iudei homines ex omi natione que est sub celo. Et cum facta est vox/ collecta est turba ⁊ confusa est: quoniam audiebat vnusquisqꝫ suo sermone ⁊ suis linguis loquentes eos. Stupebãt autem et mirabantur adinuicẽ dicẽtes: Nonne omnes qui loquuntur/ natione sunt galilei? Et quomodo agnoscim⁹ in illis sermonem in quo nati sumus? Parthi/ medi/ elamite/ ⁊ qui habitãt mesopotamiam/ armeniam ⁊ cappadociam: pontum asiam ⁊ phrygiam et pamphyliam: egyptũ et regionem aphrice/ que est ad cyrenen: et qui aduenerant romani/ ⁊ iudei ⁊ incole/ et cretenses/ et arabes/ audiebant loquentes illos suis linguis magnalia dei. Stupebãt autẽ ⁊ hesitabãt ob id qđ factũ est dicẽtes: Quid nam hoc vult esse? Alij autez irridebant dicentes: Hi musto oẽs onerati sunt. Ecce vbi venit spiritussanctus: Quid vultꝭ amplius? Si scripturis credẽdũ est: cur nõ his potius credam que robustissima auctoritate firmate sunt: que cum ipo euangelio vbi promissum spiritumsanctũ pariter credimus/ innotescere populis/ ⁊ commendari posteris predicariqꝫ meruerunt? Hos ergo actus apostolorum euangelio pari auctoritate cõiunctos/ cum lego: inuenio non solũ esse promissuz illis veris apostolis spiritũ sanctum/ sed etiam tam manifeste missum/ vt nullus de hac re locus relinquat erroribus.

De spiritussanctus datus sit: et quare bis post resurrectionem/ et decimo die post ascensionẽ: Ca. x.

A C Larificatio enim dñi nostri iesu christi apud homines: resurrectio est a mortuis/ ⁊ in celũ ascensio. Scriptũ est

Al. † secundũ. enim in ipso euãgelio † cata iohannẽ: Spi-

Ioh. 7. e. ritus aũt nondũ erat datus: quia iesus nõdum erat clarificatus. Si ꝗ propterea nondum erat datus/ quia iesus nondũ erat clarificatus: clarificato iesu necessario statim datus est. Et propter ipsam geminã clarificationem/ sm hominem ⁊ sm deum/ bis etiam datus est spũssanctus. Semel postqꝫ resurrexit a mortuis/ cũ insufflauit in faciem

Ioh. 20. f. discipulorũ dicẽs: Accipite spiritũsanctuz.

via sua ⁊ in idolis suis/ ⁊ pctis suis/sm immundiciã menstruate/facta est via eorum ante faciẽ meã/ ⁊ effudi irã meã sup eos/ ⁊ dispersi illos inter natiões/⁊ ventilaui eos in regiones sm vias eoꝝ ⁊ sm pctã eoꝝ iudicaui eos. Facile ẽ inquã h̃ intelligere de illa domo israel/ de qua dicit aplš: Uidete israel sm carnẽ: quia hec oĩa carnalis populus israel ⁊ fecit ⁊ passus est. Alia etiã q̃ 1. Cor.10.d.
sequuntur eidem intelliguntur populo cõuenire. Sed cum ceperit dicere: Et sanctificabo nomen meum sanctũ: illud magnũ Ezech.36.e.
qð pollutum est inter nationes qð polluistis in medio earum/ ⁊ scient gentes quia ego sum dñs: iam intent⁹ debet esse qui legit/ quẽadmodũ species excedatur ⁊ adiũgatur genus. Sequitur eñ ⁊ dicit: Et dũ sanctificabor in vobis ante oculos eorum/ et accipiam vos de gentib⁹/⁊ congregabo vos ex omnibus terris/⁊ inducam vos in terram vestrã/⁊ aspergam vos aqua munda/ et mũdabimini ab omnib⁹ simulacris vestris/et mũdabo vos/ ⁊ dabo vobis cor nouũ/et spiritũ nouũ dabo in vos/ ⁊ auferam cor lapideũ de carne vestra/⁊ dabo vobis cor carneũ/et spiritũ meũ dabo in vos et faciã vt in iusticijs meis ambuletis/⁊ iudicia mea custodiatis ⁊ faciatis/ ⁊ habitabitis in terra quã dedi patribus vestris: et eritis mihi in populum/⁊ ego ero vobis in deum/et mundabo vos ex omnib⁹ immũdicijs vestris. Hoc de nouo testamento esse prophetatum/ ad qð pertinet nõ solum vna gens illa in reliquijs suis: de quibus alibi scriptũ est: Si fuerit numerus filiorũ Esa.10.f.
israel sicut arena maris / reliquie salue fient: verũetiam cetere gentes que ꝓmisse sunt patribus eorum qui etiam nostri sũt: non ambigit quisquis intuetur/ ⁊ lauacrũ regeneratiõis hinc esse promissum/qð nũc videmus omnibus gentibus redditum: Et illud qð ait apostolus/cum noui testa- 2. Cor.3.a
menti gratiã cõmendaret/ vt in cõparatione veteris emineret: Epistola nostra vos estis scripta/nõ atramento/ sed spiritu dei viui: non in tabulis lapideis/sed in tabulis cordis carnalibus: hinc esse respicit et perspicit dictum vbi iste propheta dicit: Ezech.11.
Et dabo vobis cor nouũ/ et spiritũ nouũ et.36.

dabo in vos/ ꝛ auferã coꝛ lapideũ de carne
vestra: ꝛ dabo vobis coꝛ carneũ. Coꝛ quip
pe carneum: Unde ait apostolus: tabulis
coꝛdis carnalibus: a coꝛde lapideo voluit
vitã sentientẽ discerni/ ꝛ ꝑ vitam sentientẽ
significauit intelligentẽ. Sic fit israel spiri
tualis: nõ vnius gentis/ sed omniũ quę ꝓ
missę sunt patribus in eoꝝ semine quod ẽ
chꝛistus. Hic ergo israel spũalis ab illo isra
el carnali/ qui ẽ vnius gẽtis: nouitate grę/
nõ nobilitate patrię: ꝛ mẽte/ nõ gẽte distin
guit. Sed altitudo ꝓphetica dũ de illo vel
ad illũ loquit/ latẽter transit ad hunc: et cũ
iam de isto vel ad istũ loquat: adhuc de il
lo vel ad illũ loqui videt: nõ intellectũ scri
pturaꝝ nobis quasi hostiliter inuidẽs/ sed
exercens medicinaliter coꝛ nostrũ. Unde
et illud qd ait: Et inducã vos in terrã ve
Ezech.36.f. strã: ꝛ paulo post/ tanq̃ idipsũ repetẽs: Et
habitabitis inquit in terra quã dedi pa
trib⁹ vestris: nõ carnaliter sicut carnal' isrl':
sed spũaliter sicut spũalis isrl' debem⁹ acci
pere. Ecclesia q̃ppe sine macula et ruga ex
oib⁹ gẽtibus cõgregata/ atq̃ in ęternũ re
gnatura cũ chꝛisto: ipsa ẽ terra beatoꝝ/ ter
ra viuentiũ: ipsa est intelligẽda patrib⁹ da
ta/ qñ eis certa ꝛ immutabili dei volũtate
ꝓmissa est: quoniã ipsa ꝓmissionis vl' pꝛę
destinationis firmitate iam data ẽ/ quę dã
da suo tempoꝛe a patribus credita ẽ: sicut
de ipsa gratia quę sanctis datur/ scribens
2. timoth.1.c ad Timotheũ apostolus ait: Nõ fm ope
ra nostra: sed fm suum ꝓpositum ꝛ gratiã
quę data est nobis in chꝛisto iesu ante ſęcu
la ęterna: manifestata autẽ nunc ꝑ aduen
tũ saluatoꝛis nostri. Datã dixit gratiã/ qñ
nec erant adhuc quibus daret: quoniã in
dispositione ac ꝑdestinatione dei iã factũ
erat/ quod suo tẽpoꝛe futurũ erat/ quo esse
dicit manifestatã. Quãuis hęc possint in
telligi/ ꝛ de terra futuri sęculi/ quando erit
cęlum nouum et terra noua/ in qua iniusti
habitare non poterunt: Et ideo recte dicit
pijs/ q ipsa sit terra eoꝝ: quę vlla ex parte
non erit impioꝝ: quia ꝛ ipsa similiter data
est quando danda firmata est.

Quinta regula ticonij ponitur cũ sua declaratione: Ca. XXXV.

q Uintam ticonius regulam ponit/
quã de tempoꝛibus appellat: qua
regula plerũq̃ inueniri vel conijci
possit/ latens in scripturis sanctis quanti
tas tempoꝛum. Duobus autẽ modis vi
gere dicit hanc regulã: aut tropo synecdo
che: aut legitimis numeris. Tropus synec
doche/ aut a parte totum/ aut a toto partẽ
facit intelligi: sicut vnus euangelista post
dies octo factum dicit/ quod alius post di Luc.9.d.
es sex: quando in monte discipulis tm̃ tri Mat.17.a
bus pꝛęsentibus/ facies dñi vt sol resplen
duit: ꝛ vestimenta eius sicut nix. Utrunq̃
eñi verum esse non posset/ quod de nume
ro dierum dictũ est/ nisi ille qui dixit: post
dies octo/ intelligat partẽ nouissimã diei
ex quo id chꝛistus pꝛędixit futurũ: et par
tem pꝛimã diei quo id ostendit impletũ/ ꝓ
totis diebus duob⁹ atq̃ integris posuis
se: is vo q dixit/ post dies sex/ integros om
nes ꝛ totos/ sed solos medios computas
se. Hoc modo locutionis quo significatur
a parte totum/ etiam illa de resurrectio
ne chꝛisti soluitur questio. Pars enim no
uissima diei/ quo passus est/ nisi pꝛo toto
die accipiatur: id est adiuncta etiam nocte
pꝛęterita: ꝛ nox in cuius parte vltima resur
rexit/ nisi totus dies accipiat: adiuncto .s.
die illucescente dominico/ nõ possunt esse
tres dies ꝛ tres noctes: quibus se in coꝛde Mat.12.c
terrę pꝛędixit futurum. Legitimos autem
numeros dicit: quos eminenti⁹ diuina scri
ptura cõmendat: sicut septenarium vel de
narium vel duodenarium/ ꝛ quicunq̃ alij
sint quos legendo studiosi libenter agno
scunt. Plerũq̃ eñi huiusmodi numeri pꝛo
vniuerso tẽpoꝛe ponũtur: sicut/ Septies i Ps.118.
die laudẽ dixi tibi: nihil est aliud q̃: Sem Ps.33.
per laus eius in oꝛe meo. Tantundem va
lent/ et cum multiplicantur siue ꝑ denari
um/ sicut septuaginta ꝛ septingenti: vnde
possunt ꝛ septuaginta anni hieremię pꝛo Hiere.25.c
vniuerso tempoꝛe spiritualiter accipi/ quo
est apud alienos ecclesia: siue ꝑ seipsos/ si
cut decem ꝑ decem centum sunt: et duode
cim ꝑ duodecim centũ quadragintaquat
tuoꝛ: quo numero significatur vniuersitas
sanctoꝛum i apocalypsi. Unde apparet nõ Apoc.7.
solas tempoꝛũ questiones istis numeris
esse soluendas: sed latius patere significa
tiones eoꝛũ ꝛ in multa ꝓserpere. Neq̃ eñi
numerus iste in apocalypsi ad tp̃a ꝑtinet/
sed ad homines.

Qualiter sexta ticonij regula sit intelligenda: Ca. XXXVI.

A Sextam regulam ticonius recapi-
[S] tulationem vocat: in obscuritate
scripturarum satis vigilanter inuē
tam. Sic enī dicuntur quedā quasi sequan
tur in ordine temporis/vel rerum continu
atione narrentur: cum ad priora que pre-
termissa fuerant/latenter narratio reuoce
tur. Quod nisi ex hac regula intelligat/er-
Gen.2.b ratur: Sicut ī genesi: Et plantauit inquit
dn̄s deus paradisum in eden ad orientē: et
posuit ibi hominē quem formauit: et pro-
duxit deus adhuc de terra omne lignū spe
ciosum et bonum in escam. Ita videtur di-
ctum tanq̄ id factū sit posteaq̄ factū po-
suit deus hominē in paradisum: cū breui-
ter vtroq̄ cōmemorato: id est q̄ plantauit
deus paradisum: et posuit ibi hominē quē
formauit: recapitulando redeat et dicat qd
pretermiserat: quomodo. s. paradisus fue-
rit plātatus: quia pduxit de° adhuc de ter-
ra omne lignū speciosum et bonum in escā.
Deniq̄ secutus adiunxit: Et lignum vite
in medio paradisi: et lignum scientie boni
et mali. Deinde flumen quo paradisus ir-
rigaret/diuisum in quattuor principia flu
uiorum quattuor explicat: quod totū ptinet
ad institutionē paradisi. Quod vbi termi
nauit/repetiuit illud quod iam dixerat: et
reuera hoc sequebat atq̄ ait: Et sumpsit
dominus deus hominē quem fecit: et po-
suit eum in paradiso etc. Post ista enī facta
ibi ē positus homo/sicut nūc ordo ipse de-
monstrat: nō post hominē ibi positum fa-
cta sunt ista/sicut prius dictum putari po-
test: nisi recapitulatio illic vigilanter intel
ligatur/qua reditū est ad ea que fuerāt pre
B termissa. Itemq̄ in eodem libro/cū cōme-
morarētur generationes filiorum noe/ di-
Gen.10. ctum est: Hi filij cham in tribubus suis/sm
linguas suas in regionibus suis et in gen-
tibus suis. Enumeratis quoq̄ filijs sem/
sequitur: Hi filij sem in tribubus suis/ sm
linguas suas in regionibus suis et in gen-
tibus suis. Et annectitur de omnibus: He
trib° filiorum noe/ sm generatiōes eorum et sm
gentes eorum. Ab his disperse sunt insule
Gen.11.a gentiū super terram post diluuiū. Et erat
omnis terra labium vnū et vox vna omni-
bus. Hoc itaq̄ quod adiunctū est: Et erat
omnis terra labium vnum et vox vna om-
nibus: id est vna lingua oīm: ita dictū vi-
detur tanq̄ eo iam tempore quo dispersi
fuerant super terram/etiā sm insulas gen-
tiū vna fuerit omnibus lingua cōmunis:
Qd proculdubio repugnat supiorib° ver-
bis vbi dictum est: In tribub° suis sm lin-
guas suas. Neq̄ enī dicerentur habuisse
iam linguas suas singule tribus que gen-
tes singulas fecerant/ quando erat omni-
bus vna cōmunis: ac p hoc recapitulando
adiunctū est: Et erat oīs terra labiū vnū
et vox vna omnibus/ latenter narratione
redeunte: vt diceret quomodo factū sit vt
ex vna omniū lingua fuerint diuisi p mul-
tas. Et continuo de illa turris edificatio-
ne narratur/vbi hec eis iudicio diuino in-
gesta est pena supbie: post quod factū disp
si sunt super terram sm linguas suas. Fit C
ista recapitulatio etiam obscurius: sicut in
euangelio dicit dn̄s: Die quo exijt loth a Luc.17.f.
sodomis: pluit ignem de celo/et pdidit om
nes: sm hec erit dies filij hominis quo re-
uelabitur. Illa hora/qui erit in tecto et va-
sa ei° in domo: non descendat tollere illa:
Et qui in agro similiter nō reuertat retro:
meminerit vxoris loth. Nūquid cum dn̄s Gen.19.
fuerit reuelatus/ tunc sunt ista seruanda:
ne quisq̄ retro respiciat: id est vitam prete
ritam cui renūciauit inquirat: et nō potius
isto tempore/vt cū dominus fuerit reuela
tus retributionē p eis que quisq̄ seruauit
vel contēpsit inueniat? Et tamen quia di-
ctū est: In illa hora/ tūc putant ista seruā-
da/cum fuerit dn̄s reuelatus: nisi ad intel-
ligendam recapitulationē sensus legentis
inuigilet: adiuuāte alia scriptura/que ipso-
rum apostolorū adhuc tempore clamauit:
Filij nouissima hora est. Tēpus ergo ipsū 1.Joh.2.c
quo euangelium predicatur/quousq̄ dn̄s
reueletur/hora est in qua oportet ista serua-
ri: qr et ipsa reuelatio dn̄i ad eandē horā p-
tinet/que die iudicij terminabitur.

Septima et vltia ticonij regula cū sua intelligētia: Ca. XXXVII.

[S] Eptima ticonij regula est/eademq̄ A
postrema de diabolo et eius corpo
re. Est enī et ipse caput impiorum/
qui sunt eius quodammodo corpus/ ituri Mat.25.d.
cum illo in suppliciū eterni ignis: sicut chri-
stus caput est ecclesie/que est corpus ei° fu- Eph.1.d.
turum cum illo in regno et gloria sempiter
na. Sicut ergo in prima regula quam vo-
cat de dn̄o et eius corpe vigilandū est/vt in
telligatur cum de vna eademq̄ psona scri-

ptura loquitur/ quid conueniat capiti/ qd corpori: sic et in ista nouissima aliquando in diabolum dicit: quod non in ipso/ sed potius in eius corpore possit agnosci: quod habet non solum in eis qui manifestissime foris sunt/ sed in eis etiam qui cū ad ipsum pertineant: tamen ad tempus miscētur ecclesie/ donec vnusquisq; de hac vita exeat: vel a frumento palea ventilabro vltimo separetur. Quod enī scriptū est apud esaiā:
Esa.14.c Quomodo cecidit de celo lucifer mane oriens &c. que sub figura regis babylonie de eadem persona vel ad eandem psonam dicta sunt i ipsa contextione sermonis/ de diabolo vtiq; intelliguntur: et tamē q ibi dictum est/ contritus ē in terra qui mittit ad omnes gentes: non totum ipsi capiti congruit. Nam et si mittit ad omnes gētes diabolus angelos suos: tamen in terra corpus eius nō ipse conterit/ nisi q ipse est in
Ps.1. corpe suo quod contritū sit vt puluis: quē
B pijcit vētus a facie terre. Hec autē omnes regule excepta vna que vocat de promissis et lege/ aliud ex alio faciūt intelligi: qd est propriū tropice locutionis: que latius patet q̄ vt possit (vt mihi videtur) ab aliquo vniuersa comprehendi. Nam vbicunq; velut aliud dicitur vt aliud intelligat: et si nomen ipsius tropi in loquendi arte nō inuenitur/ tropica locutio est. Que cum fit vbi fieri solet/ sine labore sequitur intellectus: cum vero vbi non solet laboratur vt intelligatur/ ab alijs magis ab alijs min^9: sicut magis minusue dona dei sunt in ingenijs hominum/ vel adiutoria tribuunt.
C Proinde sicut in verbis proprijs/ de quibus superius disputauimus/ vbi res vt dicūtur intelligēde sunt: sic in translatis que faciūt tropicas locutiones/ vbi aliud ex alio intelligendum est: de quibus hucusq; quantum visum est satis egimus: nō solum admonendi sunt studiosi venerabilium litterarum: vt in scripturis sanctis genera locutionum sciant: et quomodo apud eas aliquid dici soleat/ vigilanter aduertant memoriterq; retineant: verumetiam quod ē precipuum et maxime necessarium/ orēt vt intelligant. In eis quippe litteris quarū studiosi sunt legunt: qm̄ dominus dat sapientiam: et a facie eius scientia et intellectus: a quo et ipsum studium/ si pietate preditum est acceperunt. Sed hec satis etiam de signis/ quantum ad verba pertinēt/ dicta sentimus: Restat vt de proferendis eis que sentimus/ sequenti volumine que domin^9 donauerit disseramus.

Explicit liber tertius sācti augustini de doctrina christiana.

Annotatio capitulorum quarti libri eiusdem.

Eiusdem diui aurelij augustini episcopi / i quartum librum de doctrina christiana prefatio: in qua premittit qualiter in principio librum diuiserit: et quid i hoc dicturus sit.

[h]Oc opus nostrum quod inscribitur de doctrina christiana / in duo quędam fueram prima distributione partitus. Nam post proęmium quo respondi eis qui hoc opus fuerant reprehensuri: duę sunt res inquam / quibus nititur omnis tractatio scripturarum: modus inueniendi quę intelligenda sunt: et modus proferendi quę intellecta sunt. De inueniendo prius: de proferendo postea † disserem⁹. Quia ergo de inueniēdo multa iam diximꝰ: et tria de hac vna parte volumina absoluimus: domino adiuuante de proferendo pauca dicemus: vt si fieri potuerit / vno libro cuncta claudamus: totumqꝫ hoc opus quattuor voluminibus terminetur.

Al. † disseruimus

Explicit prologus.

Sancti augustini episcopi liber quartus de doctrina christiana incipit.

Qꝫ nō sit docturus artē rhetoricam in hoc libro: Ca. I.

[p]Rimo itaqꝫ expectationem legentium qui forte me putant rhetorica daturuꝫ esse pręcepta / quę i scholis secularibus et didici et docui / ista prelocutiōe ꝓhibeo atqꝫ vt a me nō expectentur admoneo: nō ꝙ nihil habeant vtilitatis / sed si quid habent seorsum discendum ē: si cui fortassis bono viro etiam hęc vacat discere: nō autē a me vel in hoc opere / vel in aliquo alio requirendum.

Sicut falsitas a malis / sic veritas a bonis arte rhetorica ꝑsuaderi potest: Ca. II.

[n]Am cum per artem rhetoricā et vera suadeantur ⁊ falsa: quis audeat dicere aduersus mendacium in defensoribus suis inermē debere cōsistere veritatē: vt videlicet illi qui res falsas persuadere conantur / nouerint auditorē vel beniuolum vel intentū vel docilē proęmio facere: isti autē nō nouerint? Illi falsa breuiter aperte verisimiliter: et isti vera sic narrent / vt audire tędeat: intelligere nō pateat: credere postremo non libeat? Illi fallacibus argumentis veritatem oppugnent: asserant falsitatem: isti nec vera defendere nec falsa valeant refutare. Illi animos audientium in errorem mouentes impellentesqꝫ dicendo terreant / contristent / exhilarent / exhortentur ardenter: isti pro veritate lenti frigidiqꝫ dormitent. Quis ita desipiat vt hoc sapiat? Cū ergo sit i medio posita facultas eloquij quę ad persuadenda seu praua seu recta valeat plurimū: cur nō bonorum studio comparať / vt militet veritati / si eam mali ad obtinendas peruersas vanasqꝫ causas in vsus iniquitatis et erroris vsurpant?

Al. † dicat

Qꝫ ars rhetorica nō nisi cito addiscitur: sine qua tamen eloquentia haberi potest: Ca. III.

[s]Ed quęcunqꝫ sunt de hac re obseruationes atqꝫ pręcepta: quibꝰ cū accedit i verbis plurimis ornamētisqꝫ

verborum exercitatioris lingue sollertissima consuetudo fit illa que facūdia vel eloquētia nominatur: extra istas litteras nostras/seposito ad hoc congruo tēporis spacio/apta ⁊ conuenienti etate discēda sunt eis qui hoc celeriter possūt.

Primū notabile prime veritatis

¶ Nā ⁊ ipsos romane principes eloquētie/nō piguit dicere: q̄ hanc artem nisi quis cito possit/nūq̄ omnino possit perdiscere. Quod vtrū verum sit: quid opus ē querere? Non eni etiam si possint hec a tardioribus tandē aliquando perdisci/nos ea tanti pendimus/ vt eis discendis iam maturas vel etiā graues hominum etates velimus impēdi. Satis ē vt adolescentulorum ista sit cura: nec ipsorum omnium quos vtilitati ecclesiastice cupimus erudiri/sed eorum quos nōdū magis vrgens/⁊ huic rei sine dubio preponēda necessitas occupauit. Quoniam si acutum ⁊ feruens assit ingenium/facilius adheret eloquentia legentibus ⁊ audientibus eloquentes/ q̄ eloquentie precepta sectantib⁹. Nec desunt ecclesiastice littere etiā preter canonē in auctoritatis arce salubriter collocatū: quas legendo homo capax/⁊ si id nō agat/ sed tm̄modo rebus que ibi dicuntur intentus sit: etiā eloquio quo dicuntur/dū in his versatur/imbuitur accedente vel maxime exercitatiōe siue scribēdi siue dictādi: postremo etiam dicendi/ que s̄m pietatis ac fidei regulam sentit. Si autem tale desit ingeniū/ nec illa rhetorica precepta capiuntur: nec si magno labore inculcata quātulacūq̄ ex parte capiantur/aliquid prosunt: quandoquidem etiam ipsi qui ea didicerunt: ⁊ copiose ornateq̄ dicunt: non omnes vt s̄m ipsa dicant/ possunt ea cogitare cum dicunt/ si nō de his disputant: immo vero vix vllos eorum esse existimo/q̄ vtrūq̄ possint/⁊ dicere bene/⁊ ad hoc faciendum precepta illa dicendi cogitare cū dicūt.

Secūdū notabile prime veritatis

¶ Cauendū est enī ne fugiant ex animo que dicēda sunt: dum attenditur vt arte dicantur. Et tamē in sermonibus atq̄ dictionibus eloquentium/impleta reperiūtur precepta eloquētie: de quibus illi vt eloquerentur vel cum loquerentur nō cogitauerunt/ siue illa didicissent/ siue ne attigissent quidem. Implent quippe illa quia eloquētes sunt: nō adhibent vt sint eloquētes. Quapropter cum ex infantibus loquentes non fiāt nisi locutiones discēdo loquentium: cur eloquentes fieri non possunt nulla eloquendi arte tradita/ sed elocutiones eloquentium legendo et audiendo: et quantum assequi conceditur imitando? Quid quod ita fieri ipsis quoq̄ experimur exemplis? Nam sine preceptis rhetoricis nouimus plurimos eloquentiores plurimis qui illa didicerūt: sine lectis vero ⁊ auditis eloquētium disputationibus vel dictionibus neminē. Nam neq̄ ipsa arte grāmatica qua discitur locutionis integritas/indigerent pueri/si eis inter homines qui integre loquerent/crescere daretur ⁊ viuere. Nesciētes quippe vlla nomina vitiorū/quicquid vitiorum cuiusq̄ ore loquentis audirent/ sana sua consuetudine reprehenderēt ⁊ cauerent: sicut rusticos vrbani reprehēdunt: etiam qui litteras nesciunt.

Quid docere debeat bon⁹ doctor et qualiter audientes sint monendi: Ca. IIII.

a Ebet igit̄ diuinarū scriptu- [d] rarum tractator et doctor/ defensor recte fidei/ ac debellator error̄/ ⁊ bona docere/⁊ mala dedocere: atq̄ in hoc opere sermonis conciliare auersos/ remissos erigere: nesciētibus quid agatur/quid expectare debeant intimare. Ubi autē beniuolos/intētos/dociles/ aut inuenerit/ aut ipse fecerit: cetera peragenda sunt/sicut causa postulat. Si docendi sūt qui audiunt/narratione faciendum est: si tamen indigeat vt res de qua agitur innotescat. Ut autem que dubia sunt certa fiant/ documentis adhibitis ratiocinandum ē. Si vero qui audiunt/ monēdi sunt potius q̄ docendi: vt in eo quod iam sciunt/ agendo non torpeant/ et rebus assensum quas veras esse fatentur accōmodent: maioribus docendi viribus opus ē: Ibi obsecrationes et increpationes: concitationes et coercitationes/ et quecunq̄ alia valēt ad

a ¶ Prima veritas est/ q̄ debet diuinarum scripturarum tractator ⁊ doctor auditores beniuolos/intentos et dociles inuenire: aut tales ipsos facere conciliatione sui sermonis. Et ponit quattuor notabilia/ loquens de eloquentia talis doctoris. Primum est/ q̄ principes romane eloquētie non piguit dicere/ q̄ hanc artem nisi quis cito possit/ nunq̄ omnino possit perdiscere. Secundum notabile/ q̄ cauendum est in ista arte eloquentie: ne refugiant ex animo que dicenda sunt: dum attenditur vt arte dicantur.

¶ Tertiū notabile

Prima veritas

S.3. ca.

S.5. ca.

cõmouẽdos aĩos/ sũt necessaria. Et hęc qui dẽ cũcta quę dixi/ oẽs fere hoĩes in his quę loquendo agunt facere non quiescũt.

Qui melius dicãt/ ꝛ q̃ arte dicẽda sint vt capiantur: Ca. V.

Sed cum alij faciant obtuse/ defor/ miter/ frigide: alij acute/ ornate/ vehementer: illum ad hoc opus vnde agimus/ iam oportet accedere: qui potest disputare vel dicere sapient: etiã si nõ potest eloquenter vt prosit audientibus/ etiã si min⁹ q̃ꝫ ꝓdesset/ si ꝛ eloquẽter posset dicere. b ¶ Qui vero affluit insipienti eloquẽtia: tanto magis cauẽdus ẽ/ quãto magis ab eo in his quę audire inutile ẽ/ delectatꝰ auditor: et cum quẽ diserte dicere audit/ etiam vere dicere existimat. c ¶ Hęc aũt sententia nec illos fugit/ qui artẽ rhetoricã docendã putarũt: Fassi sunt em̃ sapientiã sine eloquẽtia parũ ꝓdesse ciuitatibus: eloquentiã vero sine sapiẽtia nimiũ obesse plerũq꜄/ ꝓdesse nunq̃ꝫ. Si ergo illi qui p̃cepta eloquẽtię tradiderunt/ in eisdẽ libris in quibus id ęgerũt veritate instigãte coacti sunt ↄfiteri verũ:

Jaco. 3. d hoc ẽ supnã/ quę a patre luminũ descendit sapientiã nescientes: quãto magis nos nõ aliud sentire debemus/ qui hui⁹ sapiẽtię filij ꝛ ministri sumus. Sapienter autem dicit homo tanto magis vel minus: quanto in scripturis sanctis magis minusve profecit. Non dico in eis multum legendis memorięq꜄ mãdandis: sed bene intelligẽdis/ et diligenter earum sensibus indagandis. c ¶ Sũt enĩ q̃ eas legũt ꝛ negligũt/ legũt vt teneãt/ negligunt ne intelligãt. Quib⁹ lõge sine dubio pręferendi sunt/ qui verba earum minus tenẽt/ ꝛ cor earũ sui cordis oculis vident. Sed vtrisq꜄ ille melior/ q̃ et cum volet eas dicit/ et sicut oportet intelligit. Huic ergo qui sapienter debet dicere/ etiã quod non potest eloquenter/ verba scripturarum tenere maxime necessarium est. Quanto enĩ se pauperiorẽ cernit ĩ suis: tanto eũ oportet in istis esse ditiorẽ: vt quod dixerit/ suis verbis ꝓbet ex illis. Et qui ꝓprijs verbis minor erat: magnorum testimonio quodãmodo crescat. Probãdo enim delectat qui minus potest delectare dicendo. Porro qui non solum sapienter/ verumetiã eloquẽter vult dicere: quoniam profecto plus ꝓderit/ si vtrunq꜄ potuerit: ad legẽdos vel audiendos ꝛ exercitatione imitando eloquẽtes/ eũ mitto libentius q̃ꝫ magistris artis rhetoricę vacare pręcipio: si tamen hi qui legunꝰ et audiuntur: nõ solum eloquenter/ sed etiam sapienter dixisse vl' dicere veraci p̃dicatione laudanꝰ. Qui enim eloquenter dicunt/ suauiter: qui sapiẽter/ salubriter audiuntur. Propter quod nõ ait scriptura: Multitudo eloquentium/ sed multitudo sapientiũ sanitas ẽ orbis terrarꝫ. Sicut aũt sępe sumenda sũt ꝛ amara salubria: ita sp vitãda est pniciosa dulcedo. Sed salubri suauitate vel suaui salubritate quid melius? Quãto enĩ magis illic appetitur suauitas: tãto facilius salubritas prodest. Sunt ergo ecclesiastici viri qui diuina eloquia non solũ sapiẽter/ sed eloquenter etiã tractauerunt. Quib⁹ legẽdis magis nõ sufficit tẽpus q̃ꝫ deesse ipsi studentibus ꝛ vacantib⁹ pñt. Sap. 6. d

b ¶ Tertiũ notabile q꜄ insipiẽs ĩ eloquentia eo magis ẽ cauẽdus/ quãto magis ab eo in his que audire inutile ẽ/ delectatꝰ auditor. c ¶ Quartum notabile/ q꜄ illi qui rhetoricam docuerunt/ fassi sunt sapientiam sine eloquentia parum prodesse cuilibet: eloquẽtia vero sine sapientia obesse plurimũ ꝛ ꝓdesse nũq̃ꝫ. ¶ Intelligẽdũ

c ¶ Intelligẽdũ tamẽ/ q꜄ hic arguẽs superficialẽ lectorẽ sic dicit: Sũt qui scripturas legunt et negligunt: legunt vt teneant: negligunt ne intelligant: quibus longe ait sine dubio preferẽdi sũt qui verba earum minus tenent: et cor earum sui cordis oculis vident.

Qr ĩ sacra scp̃tura oẽs modi ꝛ sapiẽtię sunt ꝛ eloquẽtię: ꝛ q̃s mod⁹ loq̃ndi cuiq꜄ pl⁹ ↄueniat: Ca. VI.

Hic aliquis forsitan quęrit: vtrum auctores nostri/ quorũ scripta diuinit⁹ inspirata canonem nobis saluberrima auctoritate fecerũt: sapiẽtes tñ/ modo/ an eloquẽtes etiã nũcupandi sunt. a ¶ Quę quidẽ quęstio apud meipsũ et apud eos q̃ mecũ qđ dico sentiunt/ facillime soluitur. Nã vbi eos intelligo/ nõ solũ nihil eis sapientius/ verũetiam nihil eloquentius mihi videri põt. Et audeo dicere: oẽs q̃ recte intelligũt qđ illi loquunꝰ simul intelligere nõ eos aliꝰ loq̃ debuis-

Secũda veritas

a ¶ Secũa veritas/ q꜄ auctores diuine scp̃ture ñ solũ fuerũt sapiẽtissimi/ sꝫ etiã eloquẽtissimi. Et apponit hic tria notabilia in textu: Primũ est istud: Vbi eos intelligo inquit id ẽ auctores sacre scp̃ture: nõ solũ sapiẽti⁹: verũ etiã eloquẽti⁹ nihil mihi videri põt: vbi eos nõ intelligo/ min⁹ mihi apparet eloquẽtia eorꝫ/ sed eã nõ dubito esse talẽ qualis est/ vbi intelligo eos. Ex quo notabili accipitꝰ documentũ/ q꜄ nem⁹ iudicat q̃libet de illis que

se. Sicut est enī q̄dā eloquentia q̄ magis ętatē iuuenilē decet/ ē q̄ senilē/nec iā dicē
da ē eloquētia/si psonę nō ɔgruat eloquentis: ita est quędā quę viros sūma auctoritate dignissimos planeq̄ diuinos decet. Hac illi locuti sūt: nec ipsos decet alia: nec alios ipsa: ipsis enī ɔgruit: alios aūt q̄nto videt̄ hūilior/tāto alti⁹ nō vētositate sȝ soliditate trāscēdit. Ubi vo nō eos itelligo/ min⁹ quidē mihi apparet eoꝝ eloquētia: sed eā nō dubito esse talē qualis est vbi intelligo. Ipsa q̄ȝ obscuritas diuinorū salubriū q̄ dictoꝝ tali eloquētię miscēda fuerat: in qua pficere noster itellect⁹: nō solū inuētione/verū etiā exercitatiōe deberet. Possē quidē si vacaret/oēs vtutes ꝛ ornamenta eloquētię/de quib⁹ inflant̄ isti q̄ linguā suā nostroꝝ auctoꝝ liguę/nō magnitudine sȝ tumore p̄ponūt: ostēdere in istoꝝ lr̄is sacrl quos nob erudiēdis/ ꝛ ab h̄ sęculo prauo/ in beatū sęculū trāsferēdis/ puidētia diuia puidit. Sed nō ipsa me plus q̄ dici potest in illa eloquentia delectant: quę sunt his viris cū oratoribus gētiliū poetisve cōmunia. b ❡ Illud magl admiror et stupeo/ q̄ ista nr̄a eloq̄ntia ita vsi sīt p alterā quādā eloquētiā suā/vt nec eis deesset/ nec emineret i eis: q2 eā nec improbari ab ill/ nec ostētari oportebat: quoꝝ alterū fieret si vitaret̄/alteꝝ putari posset si facile agnosceret̄. Et i q̄bus forte locis agnoscitur a doctis/tales res dicuntur/ vt verba quibus dicuntur non a dicente adhibita: sed ipsis reb⁹ velut sponte subiūcta videātur: quasi sapiētiā de domo sua: id est pectore sapientis procedere intelligas: et tanq̄ inseparabilē famulā etiā nō vocatā sequi eloquentiā.

intelligit. Et aliud: q̄ eloquentia non potest iudicari tm̄ fm verba sȝ etiā fm verborū sententiam. ❡ Scdm nota/

b ❡ Secundum notabile est istud: q̄ illud inquit magis admiror: q̄ ista nostra eloquētia ita vsi sūt p alterā quandā suam eloquētiam/ vt nec deesset eis ista/nec eminet in eis. Tertiū notabile/ q̄ a sctis doctoribus istis eloquētia talis non ē pncipaliter intēta/ sȝ familiariter adiūcta sapiētie/sicut famula inq̄t seq̄tur dominā suā/ etiā nō vocata ab ea. Ex quo notabili accipiunt̄ duo vulgatissima documenta in theologia. Primū est/ q̄ rhetorica ē ancilla theologie: ꝛ iō q̄n magni doctores vtunt̄ facūdia in sua doctrina p̄ter intētionem: tūc sequit̄ ancilla dominā suā nō vocata. Scdm documentum / q̄ omnes alie disciplinę ancillantur theologie/sicut ipsa rhetorica: quia ipsis vtit̄ theologia sicut istis: vt patet inductiue.

Ostēdit leges artis oratorię in sacra scriptura inueniri: Ca. VII.

q Uis enim nō videat quid voluerit dicere/ ꝛ q̄ sapiēter dixerit apostolus: Gloriamur in tribulationibus/sciētes q2 tribulatio patientiā operatur: patientia autē probationē: probatio vero spem: spes autē non confundit: quia charitas dei diffusa est i cordibus nostris p spiritumsanctū qui datus est nobis. Hic si quis (vt ita dixerim) imperite peritus artis eloquentię pręcępta apostolū secutum fuisse contendat: nonne a christianis doctis indoctisq̄ ridebit̄? Et tn̄ agnoscit̄ hic figura/ q̄ / κλιμάξ /climax grece: latine vero a quibusdā ē appellata gradatio: quoniam scalam dicere noluerunt/ cum verba vel sensa connectuntur alterum ex altero: sicut hic: Ex tribulatione patientiam: ex patiētia probationē: ex probatione spem connexam videmus. Agnoscitur et aliud decus: q̄m post aliqua pnunciationis voce singula finita/ q̄ nr̄i mēbra et cęsa: greci aūt/ κολά καὶ κομμάτα /cola ꝛ cōmata vocant: sequitur ambit⁹ siue circūitus/ quē περίοδον /periodon illi appellāt: cui⁹ mēbra suspēdunt̄ voce dicētis/donec vltimo finiantur. Nam eorum quę pręcedunt circūitū/membrū illud est primū: quoniā tribulatio patientiā operat̄: secundū/ patientia autem probationē: tertium/ probatio vero spem. Deinde subiungitur ipse circūitus/qui tribus peragitur membris: quorū primū est/spes autem nō confundit: secundum/quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris: tertiuȝ/ per spiritumsanctum qui datus est nobis. At hęc atq̄ huiuscemodi in elocutionis arte tradūtur. Sicut ergo apostolum pręcępta eloquentię secutum fuisse non dicimus: ita q̄ eius sapientiam secuta sit eloquentia/non negamus.

Scribens ad corinthios in secunda epistola/redarguit quosdā q̄ erāt ex iudęis pseudo apostoli/eiq̄ detrahebāt. Et quoniā seipsum pr̄dicare compellitur/hanc sibi velut insipientiam tribuens/ q̄ sapienter dicit q̄q̄ eloquenter. Sed comes sapientię dux eloquentię illam sequens/ istam pręcedens/ ꝛ sequentē non respuens: Iterum dico inquit/ne quis me existimet insipiētē esse: alioquin velut insipientem suscipite me: vt et ego modicū quid glorier. Quod loquor/non loquor fm deum: sed quasi in

A (margin)

Ro. 5. a. (margin)

B (margin)

2. Cor. 11. d (margin)

stulticia in hac substantia glorię: Quoniã
quidẽ multi gloriant̃ sm carnẽ: et ego glo-
riabor. Libẽter enim sustinetis insipiẽtes/
cum sitis ipsi sapientes. Toleratis enim si
quis vos in seruitutem redigit/ si quis de-
uorat/ si quis accipit/ si quis extollit̃/ si qs
in faciem vos cędit: sm ignobilitatem di-
co/quasi nos infirmati simus. In quo qs
audet/in insipiẽtia dico/audeo et ego. He-
brei sunt? et ego. Israelitę sunt? ⁊ ego. Se
men abrаę sunt? et ego. Ministri christi
sũt? ⁊ ego. Ut insipiẽs dico: super ego. In
laborib⁹ plurimũ: in carceribus abundan-
tius: in plagis supra modum: in mortibus
frequẽter. A iudęis quinquies q̃draginta
vna minus accępi. Ter virgis cęsus sum:
semel lapidatus sum: ter naufragium feci:
nocte et die in profundo maris fui. In iti-
neribus sępe: periculis fluminũ: periculis
latronũ: periculis ex genere: p̃iculis ex gẽ-
tibus: p̃iculis in ciuitate: periculis in deser
to: periculis in mari: periculis in falsis fra
tribus. In labore ⁊ erumna: in vigilijs sę-
pius: in fame ⁊ siti: in ieiunijs multis: ĩ fri-
gore ⁊ nuditate: pręter illa quę extrinsecus
sunt incursus ĩ me quotidian⁹: sollicitudo
omniũ ecclesiarũ. Quis infirmat̃ ⁊ ego nõ
infirmor? Quis scandalizat̃ ⁊ ego nõ vror?
Si gloriari oportet/ĩ his quę infirmitatis
meę sunt gloriabor. Quãta sapientia ista
sint dicta vigilãtes vident. Quãta ṽo elo
quentię cucurrerint flumina/et qui stertit
aduertit. Porro autẽ qui nouit agnoscit/
q̃ ea cęsa quę cõmata gręci vocant: ⁊ mem
bra et circũitus/ de quibus pauloante dis-
serui: cum decentissima varietate interpo-
nerentur: totam istam speciẽ dictionis/ et
quasi eius vultum quo etiam indocti dele
ctant̃ mouenturq3/fecerunt. Nam vnde cę
pimus hunc locum inserere/circũitus sũt:
primus minimus hoc est bimẽbris: minus
enĩ q̃ duo mẽbra circũitus habere nõ pos-
sunt: plura ṽo possũt. Ergo ille primus ẽ:
Iterum dico/ne quis me existimet insipiẽ-
tem esse. Sequitur alius trimẽbris: Alio-
quin/velut insipientem suscipite me: vt et
ego modicum quid glorier. Tertius qui se
quit̃ mẽbra habet quattuor. Quod loq̃r/
nõ loquor sm deum: sed quasi in stulticia/
in hac substãtia glorię. Quart⁹ duo habet.
Qm̃ quidẽ multi gloriant̃ sm carnẽ: ⁊ ego
gloriabor. Et quintus habet duo. Libent̃
enĩ sustinetis insipiẽtes/cũ sitis ipsi sapiẽ-
tes. Etiã sext⁹ bimẽbris est: Toleratis eni
si quis vos in seruiturẽ redigit. Sequũtur
tria cęsa. Si quis deuorat: si quis accipit:
si quis extollitur. Deinde tria mẽbra: Si
quis in faciem vos cędit: sm ignobilitatẽ
dico: quasi nos infirmati simus. Addit̃ tri-
mẽbris circũitus. In quo aũt quis audet:
in insipiẽtia dico/audeo ⁊ ego. Hinc iã sin
gulis quibusq3 cęsis interrogãdo positis
singula itidẽ cęsa respõsione reddunt̃/ tria
tribus. Hebręi sunt? et ego? Israelitę sũt?
et ego. Semen abrаę sunt? et ego. Quar-
to autem cęso simili interrogatiõe posito:
non alterius cęsi/sed membri oppositione
r̃ndet: Ministri christi sũt? ⁊ ego. Ut insi-
piens dico/super ego. Iam cęsa quattuor
sequẽtia/remota decentissime interrogati
one fundunt̃. In laboribus plurimũ: ĩ car
ceribus abundantius: in plagis supra mo
dũ: in mortib⁹ frequẽter. Deinde ĩterponit̃
breuis circũitus: quoniã suspensa p̃nuncı-
atione distinguendũ est. A iudęis quĩqui-
es/vt hoc sit vnũ membrũ: cui connectitur
alterũ/quadraginta vna min⁹ accępi. In-
de redit̃ ad cęsa: ⁊ ponunt̃ tria. Ter virgis
cęsus sum: semel lapidatus sũ: ter naufra-
giũ feci. Sequit̃ membrũ: Nocte ac die in
p̃fũdo maris fui. Deinde quattuordecim
cęsa decentissimo impetu p̃fluunt: In iti-
neribus sępe: p̃iculis fluminum: p̃iculis la
tronum: p̃iculis ex genere: p̃iculis ex genti
bus: p̃iculis in ciuitate: periculis in deser-
to: periculis in mari: periculis in falsis fra-
tribus: in labore ⁊ erumna: in vigilijs sępi
us: in fame ⁊ siti: in ieiunijs multis: in fri-
gore ⁊ nuditate. Post hęc ĩterponit trimẽ-
brem circũitum: Pręter illa quę extrinsec⁹
sunt: incursus ĩ me quotidian⁹: sollicitudo
omniũ ecclesiarum. Et hinc duo membra
percontatione subiungit: Quis infirma-
tur ⁊ ego non infirmor? Quis scandalizat̃
et ego non vror? Postremo totus iste qua
si anhelans locus/ bimembri circũitu ter-
minatur: Si gloriari oportet/ĩ his quę in-
firmitatis meę sunt gloriabor. Quod ṽo
post hunc impetũ interposita narratiuncu
la quodammodo requiescit: ⁊ req̃escere fa
cit auditorẽ: quid decoris: q̃d delectatio-
nis habeat/satis dici non p̃t. Sequit̃ eni
dicens: Deus ⁊ pater dñi nostri iesu christi
scit: q̃ est bñdictus in sęcula q̃ nõ mentior.

D Ac deinde quomodo piciitatus fuerit/ et
quō euaserit/breuissime narrat. Longum
est cetera psequi/vel in alijs sanctaruz scri/
pturarum locis ista mōstrare. Quid si eti/
am figuras locutionis que illa arte tradū/
tur/i his saltē q̄ de apostoli eloquio cōme/
moraui ostēdere voluisse? Nōne facilius gra
ues hoies me nimiū q̄ quisq̄ studiosor sī/
bi sufficientē putarēt? Hec oia q̄ a mgris
docent/ p magno habent/magno emunt/
magna iactatione vendunt. Quam iacta/
tionē etiam ego redolere vereor/dum ista
sic dissero. Sed male doctis hominib⁹ re/
spondēdū fuit: q̄ nostros auctores ptēnen
dos putāt: nō q2 nō habēt/sed q2 nō osten/
tant q̄ nimis isti diligunt eloquētiā. Sed
forte quis putat tanq̄ eloquentē nostrum
elegisse me aplm paulū. Videt eni vbi ait:
2. Cor. 11. b. Et si imperitus sermone/sz nō scientia: q̄/
si concedēdo obtrectatoribus sit locutus:
nō tanq̄ id verum agnosceret confitendū.
Si aūt dixisset: Imperit⁹ quidē sermone/
sed nō scientia: nullo modo aliud posset in
telligi. Scientiā plane nō cunctatus ē pfi/
teri/sine qua esse doctor gētiū nō valeret.
Certe si quid eius pferimus ad exemplum
eloquentie/ex illis epistolis vtiq̄ proferi/
mus: quas etiaz ipsi obtrectatores eius q̄
sermonē p̄sentis cōtemptibilē putari vole
E bant/graues τ fortes esse cōfessi sunt. Di/
cendū ergo mihi aliquid esse video τ d elo/
quētia pphetarū/vbi p tropologiā multa
obteguntur. Que quāto magis trāslatis v̄/
bis videntur operiri: tanto magis cū fuerint
apta dulcescunt. Sed hoc loco tale aliq̄d
cōmemorare debeo: vbi que dicta sūt/ nō
cogar exponere/sed commendem tm̄ quo
modo dicta sint. Et ex illius pphete libro
Amos. 7. d. potissimū hoc faciam/qui se pastorem vel
armentarium fuisse dicit: atq̄ inde diuini/
tus ablatum atq̄ missū/vt dei populo p/
phetaret. ¶ Non au
Tertia veritas tem sm̄ septuaginta
interpretes/ qui eti/
am ipsi diuino spiri/
tu interpretati/ ob h̄
aliter videntur non/
nulla dixisse/ vt ad
spūalē sensum scru/
tandū magis admo/
neret lectoris inten/
tio/ vnde etiā obscu/
riora nonnulla: quia
magis tropica sūt eo
rū: sz sicut ex hebreo
in latinū eloquiū p̄/
sbytero hieronymo
vtriusq̄ ligue perito
interp̄tāte translata
sūt. Cū igit arгueret
ipios/supbos/luxuri
osos/ τ fraterne ideo
negligētissimos cha/
ritatis: rustic⁹ vel ex
rustico iste prophe/
ta exclamauit dicēs:
Ve vobis qui opu/
lēti estis in siō: τ cōfi/
ditis in monte sama
rie: optimates capi/
ta populorum/ingredi/
entes pompatice do
mū isrl. Trāsite in ca
lamne τ videte: et ite
inde i emath magnā
τ descendite in geth palestinorum: τ ad opti/
ma queq̄ regna horum/si latior termin⁹ corum
termino vestro ē. Qui sepati estis i diē ma
lū/τ appropinquatis solio iniq̄tatis. Qui
dormitis in lectis eburneis/τ lasciuitis in
stratis vr̄is. Qui comeditis agnū de gre/
ge/τ vitulos de medio armēti. Qui cani/
tis ad vocē psalterij. Sicut dauid putaue/
runt se habere vasa cātici/bibētes in phial
viniū/τ optimo vnguēto deliburi/ et nihil
patiebant sup cōtritione ioseph. Nūquid F
nā isti q̄ pphetas nostros tanq̄ ieruditos
τ elocutionis ignaros/ veluti docti diserti
q̄ ptemnūt: si aliquid eis tale vel i tales di
cenduz fuisset: aliter se voluissent dicere/q̄
tamē eorum insanire noluissent? Quid enim
est qd̄ isto eloquio aures sobrie pl⁹ deside/
rēt: p̄ma ipa inuectio/quasi sopitis sensib⁹
vt euigilarēt/quo fremitu illisa est? Ve vo
bis q̄ opulēti estis in sion/τ pfiditis in mō/
te samarie/optimates capita populorum/in/
grediētes pompatice domū israel. Deinde
vt beneficijs dei/ qui eis ampla spacia re/
gni dedit/ostendat ingratos: quoniā con/
fidebant in monte samarie/ vbi vtiq̄ ido/
la colebantur. Transite inquit in calamne
et videte: τ ite inde in emath magnā: τ de/
scendite in geth palestinorū/ et ad optima
queq̄ regna horū/ si latior terminus eorū
termino vestro est. Simul etiam cum ista

¶ Tertia veritas/ q̄ se/
ptuagita iterp̄tes q̄ diui
no spū interp̄tati sūt/ob
h̄ vident aliter nōnulla
dixisse q̄ in hebreo con/
tinentur/ vt ad spiritua/
lem sensum scrutandum
magis moueretur lecto/
ris intentio. Ex adiun/
gitq̄ sicut accipiūt i he/
breo/sic exhibentur in la
tinum a presbytero hie/
ronymo vtriusq̄ lingue
perito. Ex quibus dictis
accipiunt q̄ttuor theolo/
gica documēta p̄ q̄ vidēt
terminari nōnulle cōtro/
uersie que videbant fuis
se int augustinū τ hiero/
nymū de ista trāslatiōe.
Primū ē/q̄ septuagita
iterp̄tes declinauerūt a
lingua vel littera hebrai/
ca: quia dicit q̄ nō nulla
videntur aliter dixisse p/
pter causam quam assi/
gnat. Secundū documē/
tū/q̄ ista translatio fuit
autentica: quia dicit q̄ a
spūsancto dictata. Ter/
tium documentū q̄ ista
diuersitas litteralis fuit
pmissa a spūsancto ad vti
litatem nostram / vt sen/ Amos. 6. a
sus spūalis meli⁹ ostēde/
ret ex lrārū diuersitatē
q2 istā rationem hic assi/
gnat. Quartum docu/
mentum; q̄ trāslatio hie
ronymi est maxime con/
sona hebraice littere: q2
dicit q̄ sicut ibi habetur
ita exhibent in editione
hieronymi.

dicuntur/ locoꝝ nominibus tanꝗ lumini/
bus ornatur eloquium: que sunt sion/ sa/
maria/calamne/emath magna/ꝛ geth pa/
lestinorum. Deinde verba que his adiun/
guntur locis decentissime variātur: Opu/
lenti estis/cōfiditis/transite/ite/descēdite.
Cōsequēter denunciaꝛ futura sub iniquo
rege ꝓpinq̄re captiuitas/cū adiūgiꝛ: Qui
separati estis i diem malum/et appropin/
quatis solio iniquitatis. Tunc subijciun/
tur merita luxurie: Qui dormitis in lectis
eburneis/ꝛ lasciuitis in stratis vestris: qui
comeditis agnum de grege: et vitulos de
medio armenti. Ista sex membra tres bi/
Al. t ediderūt membres circūitus †reddiderūt. Nō enim
ait: Qui separati estis in diem maluꝫ: qui
appropinquatis solio iniquitatis: qui dor
mitis in lectis eburneis: qui lasciuitis in
stratis vestris: qui comeditis agnū de gre/
ge: qui vitulos de medio armenti: Quod
si ita diceretur/ esset quidē ꝛ hoc pulchrū/
vt ab vno pronomine repetito omnia sex
membra decurrerent: ꝛ pronunciantis vo/
ce singula finirenꝛ. Sed pulchrius factum
est/ vt eidem pronomini essent bina subne
xa/ que tres sententias explicarēt: Vnam
ad captiuitatis prenunciationē: qui sepa/
rati estis in diem malum/ ꝛ appropinqua/
tis solio iniquitatis: Alterā ad libidinem:
qui dormitis in lectis eburneis/et lasciui/
tis in stratis vestris: Ad voracitatem ꝟo
tertiam pertinentē: qui comeditis agnum
de grege/et vitulos de medio armenti: vt
in potestate sit pronunciantis/ vtrum sin/
gula finiat ꝛ membra sint sex: an primū et
tertium et quintum voce suspendat: et se/
cundum primo: quartū tertio: sextū quin/
to connectendo: tres bimembres circūi/
tus decentissime faciat: vnum quo calami
tas imminens: alterum quo lectus impu/
rus: tertium quo prodiga mensa monstre/
tur. Deinde luxuriosam remordet aurium
voluptatem: Vbi cum dixisset: Qui cani/
tis ad vocem psalterij: quoniam potest ex/
erceri sapienter a sapientibus musica mi/
rabili decore dicendi/ inuectionis impetu
relaxato: ꝛ non ad illos/sed de illis iam lo/
quens: vt nos musicam sapientis a musi/
ca luxuriantis distinguere cōmoneret: nō
ait: Qui canitis ad vocē psalterij: et sicut
dauid putatis vos habere vasa cantici:
sed cum illud ad illos dixisset/ quod luxu/
riosi audire deberēt: Qui canitis ad vocē
psalterij: imperitiā q̄ꝫ eoꝝ alijs q̄dāmodo
idicauit/adiūgēs: Sicut dauid putauerūt
se habere vasa cantici/bibentes in phialis
vinum: ꝛ optimo vnguento delibuti. Tria
hec melius pronunciātur/ si suspēsis duo/
bus prioribus membris circūitus tertio
finiatur. Jam vero q̄d his omībus adijci/
tur: Et nihil patiebantur super contritio/
ne ioseph: siue continuatim dicaꝛ/ vt vnū
sit membrū: siue decentius suspendatur/ꝛ
nihil patiebantur: et post hanc distinctio/
nem inferetur/super contritione ioseph: at
ꝙ sit bimēbris circūitus/miro decore non
dictum est: nihil patiebantur super contri/
tione fratris: sed positus est pro fratre io/
seph/ vt quicunqꝫ frater †proprio significa/ Al. t ꝓpitius
retur eius nomine: cuius ex fratribus fa/
ma preclara est/ vel in malis que pendit/
vel in bonis que rependit. Iste certe tro/
pus vbi ioseph quemcunqꝫ fratrē facit in/
telligi/ nescio vtrum illa quam didicimus
et docuimus arte tradatur. Qꝫ sit tamen
pulcher/ꝛ quemadmodum afficiat legētes
atqꝫ intelligentes: non opus est cuiꝙ dici
si ipse non sentit. Et plura quidē que per/ 6
tineāt ad p̄cepta eloquētie/ in hoc ipso lo/
co quem pro exemplo posuimus possunt
reperiri: Sed bonū auditorē nō tā si diligē
ter discutiaꝛ instruit/ꝙ si ardēter ꝓnuncie/
tur accendit. Neqꝫ eni hec humana indu/
stria composita/sed diuina mente sunt fu/
sa: et sapienter et eloquenter non intenta
in eloquentiam/ sed a sapientia non rece/
dente eloquentia. Si enim (sicut quidam
disertissimi atqꝫ acutissimi viri videre ac
dicere potuerunt) ea que velut oratoria ar
te discuntur/non obseruarentur ꝛ notaren
tur/ꝛ in hanc doctrinam redigerentur: ni/
si prius in oratorū inuenirentur ingenijs:
quid mirum si ꝛ in istis inueniuntur/ quos
ille misit qui facit ingenia? Quapropter ꝛ
eloquētes quidem non solū sapientes ca/
nonicos nostros auctores doctoresqꝫ fate
amur tali eloquentia vsos/ qualis ꝑsonis
eiusmodi congruebat.

Qualiꝛ expositores sacre scꝑture/ꝛ quomodo et qua intentione dicere debeat: Ca. VIII.

Sed nos et si de litteris eorum que
sine difficultate intelligunꝛ nōnul/
la sumimus elocutionis exempla:

Quarta veritas a ¶ Nec tñ putare debem⁹ imitãdos eos nob eẽ ĩ his q̃ ad ex-ercẽdas, z eliminãdas qñammodo mentes legentium, et ad rũpenda fastidia atq̃ acuenda studia discẽre volentium, celan-nos quoq̃ siue vt ad pietatem conuertan-tur, siue vt a myste-rijs secludantur ani-mos impiorum vtili ac salubri obscurita-te dixerũt: Sic quip-pe illi locuti sunt, vt posteriores q̃ eos re-cte intelligerent et exponerent, alterã gra-tiam disparẽ quidẽ, verũtamen subsequẽ-tem in dei ecclesia reperirẽt. Nõ ergo expo sitores eorũ ita loqui debẽt, tãq̃ se ipsi ex-ponẽdos simili auctoritate ꝓponãt: sed in oĩbus sermonib⁹ suis primit⁹ ac maxime vt intelligant̃ elaborẽt ea quãtũ pñt per-spicuitate dicendi, vt aut multũ tardus sit qui nõ intelligit, aut in rerũ quas explicare atq̃ ostẽdere volum⁹ difficultate ac subtili tate: nõ in nostra locutiõe sit causa, quo mi nus tardiusve qđ dicimus possit intelligi.

a ¶ Quarta veritas: q̃ cum auctores sacre scri-pture obscure locuti sunt ad exercendas et elimi-nandas mentes legentiũ et ad rũpenda fastidia at q̃ acuẽda studia, vel ad impios cõuertendos: nõ ita inquit expositores eo rum debent loqui tanq̃ hos exponẽdo simili au ctoritate proponãt: sed in omnibus sermonibus suis primitus ac maxi-me vt intelligantur ela-borẽt quantum possunt. Unde accipitur documẽ tum: q̃ doctor theolog⁹ debet principaliter intẽ-dere ad claritatem vt in telligatur: quia dicit pri-mitus et maxime. Un-de dicit postea sic:

¶ Quid ꝓdest

Quãta euidẽtia docere debe-at doctor intelligẽtes: Ca. ix.

f Sunt enĩ quedã que sua vi nõ intel ligunt̃, aut vix intelligunt̃: quan-tolibet z quantumlibet, cuiuis pla-nissime dicẽtis versentur eloquio, que in populi audiẽtiã, vl̃ raro si aliq̃d vrget, vel nunq̃ oĩno mittẽda sunt. In libris autẽ q̃ ita scribũt̃, vt ipsi sibi quodãmodo lecto-rẽ teneãt cũ intelligunt̃, molesti nõ sint vo lẽtibus legere: cũ aũt nõ intelligunt̃, mole sti nõ sint nolẽtibus legere. Et in aliquorũ collocutionibus nõ est hoc officiũ deserẽn dũ, vt vera cuiuis difficillima ad intelligen dũ q̃ ipsi iã pcepimus, cũ quantocũq̃ labo re disputationis, ad aliorũ intelligentiã ꝑ-ducamus: si tenet auditorẽ vel collocutorẽ discẽdi cupiditas: nec mẽtis capacitas de-sit, q̃ quoquo modo intimata possit acci-pere, nõ curante illo qui docet quanta elo quentia doceat, sed quanta euidentia.

Qualiter agendum sit vt intel-ligantur dicenda: Ca. x.

c Cuius euidẽtie diligẽs appetit⁹ ali-qñ negligit verba cultiora: nec cu rat q̃d bñ sonet, sed q̃d bñ indicet atq̃ intimet quod ostẽdere intẽdit. Unde ait quidã cũ de tali genere locutionis age-ret: esse in ea quandã diligentẽ negligẽtiã. Hec tñ sic detrahit ornatũ, vt sordes nõ cõ trahat. Quãuis in bonis doctoribus tãta docendi cura sit vel esse debeat, vt v̄bũ qđ nisi obscurũ sit vel ambiguũ, latinũ esse nõ põt. Uulgi aũt more sic dicit̃, vt ambigui-tas obscuritasq̃ vitet̃: nõ sic dicat̃ vt a do ctis, sed poti⁹ vt ab indoctis dici solet. Si enĩ nõ piguit dicere ĩterp̄tes nostros: Nõ cõgregabo ꝯuenticula eorũ de sanguinib⁹: Ps. 15. qm̃ senserũt ad rẽ ptinere, vt eo loco plura-liter enunciaret̃ hoc nomẽ, qđ in latina lin gua tñmodo singulariter dicit̃: cur pieta-tis doctorẽ pigeat imperitis loquentẽ os-sum potius q̃ os dicere, ne ista syllaba nõ ab eo q̃ sunt ossa, sed ab eo q̃ sunt ora in-telligatur: vbi vafre aures de correptione vocalium vel productione non iudicãt.

b ¶ Quid enim ꝓdest locutionis inte-gritas, quã nõ sequi-tur intellect⁹ audien-tis: cũ loquẽdi omni no nulla sit causa: si qđ loq̃mur nõ intelli gunt, ꝓpter quos vt intelligãt loquimur? Qui ergo docet, vi-tabit omnia verba q̃ non docẽt. Et si pro eis alia integra que intelligãtur potest di-cere, id magis eliget. Si autẽ nõ potest: si-ue q: nõ sũt, siue q: in p̄sentia nõ occurrũt: vtet̃ etiã verbis minus integris, dũ tamẽ res ipsa doceat̃ atq̃ discatur integre. Et h quidẽ non solũ in collocutionibus, siue fi-ant cũ aliquo vno, siue cũ pluribus: verũ-etiã multo magis in populis, qñ sermo ꝓ-mitur, vt intelligamur instãdum est: quia z in collocutionibus est cuiq̃ interrogãdi potestas. Ubi autem omnes tacent vt au diatur vnus: z in eum intenta ora conuer-tunt: ibi vt requirat quisq̃ qđ nõ intellexe rit, nec moris est nec decoris: ac p hoc de-bet maxime taceñti subuenire cura dicẽtis. Solet autem motu suo significare auida multitudo cognoscendi vtrũ intellexerit.

b ¶ Quid prodest lo-cutionis integritas quã non sequitur intellectus audientis: cum loquen-di au nulla sit causa om-nino, si quod loquimur non intelligitur. Unde accipit̃ vulgatissimũ ver bum, q̃ sermones nobis dati sunt ad manifestan dum inuicem conceptus mentis: et ideo vbi non est talis manifestatio, frustra sit locutio.

¶ Intelligẽdũ

b ¶ Qd̄ donec signi/ficet/versandū est qd̄ agit multimoda va/rietate dicēdi: quod in potestate non ha/bent qui p̄parata ⁊ ad verbum memori/ter retenta pronūci/ant. Mox autem vt intellectum esse con/stiterit/ aut sermo fi/niendus/ aut in alia transeūdum est. Si/cut enim gratus est qui cognoscenda enu/bilat: sic onerosus est qui cognita inculcat eis dūtaxat quorū tota expectatio in dis/soluenda eorum que pandūtur difficulta/te pendebat. Nam delectandi gratia etiā nota dicunt/ vbi non ipsa sed modus quo dicuntur attenditur. Qz si et ipse iam not⁹ est atq̄ auditoribus placet: pene nihil in/terest/ vtrū is qui dicit dictor vel lector sit. Solent enim ⁊ ea que cōmode scripta sūt/ non solum ab his q̄bus primitus innote/scunt iocunde legi: verū ab his etiam qui/bus iam nota sunt: neq̄ adhuc illa de me/moria deleuit obliuio/non sine iocūditate relegi/vel ab vtrisq̄ libenter audiri. Que autem quisq̄ iam oblitus est/cum commo/netur docet. Sed de mō delectādi nūc nō ago: de mō aūt q̄ docendi sūt q̄ discere de/siderāt loquor. Is aūt est optim⁹/q̄ fit vt q̄ audit verū audiat/ ⁊ qd̄ audit intelligat.

b ¶ Intelligendum tamen q̄ consequenter po/nit beatus augustin⁹ se/ptem notabilia. Primū est/ q̄ versandum est qd̄ agit multimoda varieta/te dicendi/donec innote/scat doctori q̄ sit intelle/ctum. Mox autē vt intel/lectum esse cōstiterit/aut sermo inquit finiendus est/aut in alia transeun/dum. Sicut enim gratus est/ ait / qui cognoscēda enubilat: sic onerosus q̄ cognita inculcat.

¶ Secundū no/

c ¶ Ad quem finem cum ventum fuerit/ nihil tūc amplius de ipsa re tanq̄ diutius docenda laborandū est/sed forte de com/mendanda vt in cor/de figat. Qd̄ si faciendū videbit: ita mode/ste faciendū est/ne perueniat ad tediū.

c ¶ Secūdum notabi/le: q̄ quādo ista intellecta sunt/ tūc cōmendāda sūt vt in corde figantur: cō/mendatio enī magis fa/cit attētos ad percipiēdū ⁊ tales efficaci⁹ retinent.

¶ Tertiū no/

euge dicitur / vt pudeat si nō ita homo sit. Et hec nō flebam / sed flebam didonem extinctam / ferroq̄ extrema secutā: sequēs ipse extrema condita tua relicto te / e terra iens in terram: et si prohiberer ea legere dolerem / quia nō legerem quod dolerē. Tali demētia honestiores et vberiores littere putantur / q̄ ille quibus legere et scribere didici. Sed nunc in animā meam clamet deus meus: ⁊ veritas tua dicat mihi: Non est ita: Melior est prorsus doctrina illa prior: Nam ecce paratior sum obliuisci errores enee / atq̄ omnia eiusmodi / q̄ scribere et legere. At enim vela pendent in liminibus grāmaticarum scholarū / sed non illa magis honorem secreti / q̄ tegumentū erroris significant. Nō clament aduersum me / quos iam non timeo dum confiteor tibi / que vult anima mea deus meus: et acquiesco in reprehensione malarum viarū mearum: vt diligam bonas vias tuas. Nō clament aduersum me venditores grammatice vel emptores: quia si proponā eis / interrogans vtrum verum sit / q̄ eneā aliquando carthaginem venisse poeta dicit: indoctiores se nescire respondebunt: doctiores autem etiam negabūt verum esse. At si queram quibus litteris scribat̄ enee nomen: omnes mihi qui hec didicerūt / verum respondebunt s̄m id pactum et placitum / quo inter se homines ista signa firmarunt. Item si queram / quid horum maiore vite huius incōmodo quisq̄ obliuiscatur: legere ⁊ scribere / an poetica illa figmenta:

144

quis nō videat quid respōsurus sit/qui nō est penitus oblitus sui? Peccabā ego puer cū illa inania istis vtilioribꝰ amore ꝑponebā: vel potius ista oderā/ illa amabam. Iā vero vnū et vnū duo: duo ⁊ duo quattuor/odiosa cantio mihi erat: ⁊ dulcissimū spectaculū vanitatis: equus ligneꝰ plenus armatis: et troię incendiū/atq; ipsius vmbra creusę.

Cur grecam grāmaticam cū difficultate didicerit: ⁊ qualr̄ latinā linguam agnouerit: Ca. xiiii.

[C]ur ergo grecā etiā grāmaticā oderā talia cantantē? Nā ⁊ homerꝰ peritꝰ texere tales fabellas/⁊ dulcissime vanus est: mihi tū amarus erat puero. Credo etiā grecis pueris virgilius ita sit/ cū eū sic discere coguntˀ/vt ego illū: videlicet difficultas omino ediscende peregrine lingue/ qsi felle aspgebat oēs suauitates grecas fabulosarū narrationū. Nulla eni verba illa nouerā/⁊ seuis terroribus ac penis/vt noscerē instabatˀ mihi vehementer. Nā ⁊ latina aliquando infans vtiq; nulla nouerā: ⁊ tū aduertēdo didici sine vllo metu atq; cruciatu: inter blandimēta etiā nutricū/et ioca arridentiū/et leticias alludentiū. Didici vō illa sine penali onere vrgentium/ cū me vrgeret cor meū ad parienda
Al. tet quę non essent
cōcepta sua†que nō posse/ nisi aliqua verba didicissem/nō a docentibus sed a loquētibus: in quorum ⁊ ego auribus parturiebā quicqd sentiebā. Hinc satis elucet maiorē habere vim ad discenda ista liberā curiositatē/q̄ meticulosam necessitatē. Sed illius fluxū restringis legibus tuis deꝰ: legibꝰ tuis a magistrorꝫ ferulis vsq; ad tēpta-
Al. t martyrū
tionē† matrum valētibꝰ legibꝰ tuis miscere salubres amaritudines reuocātes nos ad te a iocunditate pestifera q̄ recessimꝰ a te.

Orat vt exaudiatur: ⁊ dei obsequio seruiēs/sua scientia a vanitatibus liberetur: Ca. xv.

[E]xaudi domine deprecationem meam/ne deficiat anima mea sub disciplina tua: neq; deficiam in confitendo tibi miseratiōes tuas/quibꝰ eruisti me ab omibꝰ vijs meis pessimis: vt dulcescas mihi sup omnes seductiones quas sequebar: ⁊ amem te validissime: ⁊ amplexer manū tuā totis precordijs meis/vt eruas me ab omi tēptatione vsq; in finem. Ecce enī tu dñe rex meus ⁊ deus meus: tibi seruiat quicquid vtile puer didici: tibi seruiat quod loquor et scribo/ et lego et numero: quoniā cum vana discerem/ tu mihi disciplinā dabas: et in eis vanis/peccata delectationū mearꝫ dimisisti mihi. Didici enī i eis multa verba vtilia: sed ⁊ in rebus non vanis disci possunt/ ⁊ ea via tuta est i qua
† pueri ambularent. Al. t veri

Quare ioui ⁊ alijs hominibus scelestis diuinitatem tribuerint poetę: Ca. xvi.

[S]ed ve tibi flumen moris humani: quis resistet tibi? Q̄diu nō siccaberis? Quousq; volues eue filios in mare magnū ⁊ formidolosū: qd vix trāseunt qui lignū conscēderint? Nōne ego† in- Al. t te legi
telligo ⁊ tonantē iouē ⁊ adulterantem? Et vtiq; nō posset hec duo/sed actū est vt haberet auctoritatē ad imitandū verꝫ adulterū/ lenocināte falso tonitru. Quis autē penulatorꝫ magistrorꝫ audiat aure sobria/ ex eodē puluere hominē clamantē ⁊ dicentē: Fingebat hec homerus/ et humana ad deos trāsferebat/diuina mallē ad nos: Sꝫ verius dicitˀ q fingebat hec quidē ille/ sed hominibus flagitiosis diuina tribuendo: ne flagitia flagitia putarentˀ: ⁊ vt quisquis ea fecisset/nō homines pditos: sed celestes deos videretˀ imitatꝰ. Et tñ o flumē tartareū/iactantˀ in te filij hominū cū mercedibus vt hec discāt: et magna res agitur/cū hoc agitur publice in foro/in conspectu legū sup mercedē salaria decernentiū: ⁊ saxa tua percutis et sonas/dicens: Hinc verba discuntur: hinc acquiritˀ eloquētia rebus psuadendis sententijsq; explicandis maxime necessaria. Ita vō nō cognosceremus verba hec: imbrē aureū ⁊ gremiū/ et fucū ⁊ templa celi/ et alia verba q̄ in eo loco scripta sunt: nisi terentius induceret nequam adolescentē proponentē sibi iouē ad exemplū stupri/dum spectat tabulā quandā pictam i pariete/vbi inerat pictura hec. Iouem quo pacto danę misisse aiunt in gre-
miū† quendā imbrē aureū fucū factū muli- Al. t quondā
eri. Et vide quemadmodū se concitat ad libidinē/quasi celesti magisterio. At quem deū inquit? Qui templa celi summo sonitu concutit. Ego homuncio id non facerē? Ego vero illud sponte feci ac libens. Non omino per hanc turpitudinē verba ista cō-

modius discuntur: sed per hec verba tur-
pitudo ista confidentius perpetrat. Non
accuso verba quasi vasa electa atq; precio-
sa: sed vinũ erroris quod in eis nobis ꝓpi-
natur ab ebrijs doctoribus: et nisi bibere-
mus cedebamur: nec appellare ad aliquẽ
iudicẽ sobriũ licebat. Et tamen ego deus
meus/in cuius conspectu iam secura est re-
cordatio mea/libenter hec didici: et in eis
delectabar miser: et ob hoc bone spei puer
appellabar.

Qualiter pueri cogebant memo-riter recitare figmenta poetarũ: Ca. XVII.

Sine me deus meus
f dicere aliquid et de ingenio meo
munere tuo/ in quibus a me delyra-
mentis atterebat. Proponebat eni mihi
negociũ anime mee satis inquietũ premio
laudis ⁊ dedecoris/vel plagaꝝ metu: vt di-
cerẽ verba iunonis irascẽtis ⁊ dolentis/ ꝙ
nõ posset italia teucrorum auertere regẽ:
que nunꝗ iunonẽ dixisse audierã/ sed fig-
mentoꝝ poeticoꝝ vestigia errantes sequi
cogebamur: ⁊ tale aliquid dicere solutis v-
bis/quale poeta dixisset versib⁹. Et ille di-
cebat laudabili⁹: in quo pro dignitate ad-
umbrate ꝑsone/ ire ac doloris similior af-
fectus eminebat: verbis sententias ꝯgru-
enter vestientibus. Ut quid mihi illud o
vera vita mea deus meus: quid mihi reci-
tanti acclamabat pre multis coetaneis et
conlectoribus meis? Nõne ecce illa omnia
fumus ⁊ ventus? Ita ne aliud nõ erat vbi
exerceretur ingeniũ meum et lingua mea
laude tua dñe? Laudes tue ꝑ scripturas
tuas suspenderẽt palmitẽ cordis mei: ⁊ nõ
raperet ꝑ inania nugarũ turpis preda vo-
latilib⁹. Nõ eni vno modo sacrificat trans-
gressoribus angelis.

Qr homines curant seruare leges gramaticorum/⁊ nõ diuinorum preceptorum: Ca. XVIII.

Quid aũt mirũ ꝙ in vanitates ita fe-
q rebar/⁊ a te deus me⁹ ibã foras: qñ
mihi imitãdi ꝓponebant homies/
qui aliqua facta sua nõ mala/ si cũ barba-
rismo aut soloecismo enunciarent/repꝛhen-
si cõfundebant? Si autẽ libidines suas in-
tegris ⁊ rite consequentibus verbis copi-
ose ornateq; narrarent/laudati gloriaban-
tur? Uides hec dñe ⁊ taces/longanimis et
multũ misericors ⁊ verax. Nũquid semper
tacebis/⁊ nõ erues de hoc imanissimo ꝓfũ-
do querentẽ te aiam/et sitientẽ delectatio-
nes tuas: ⁊ cui⁹ cor dicit tibi: Quesiui vultũ Ps. 26.
tuũ/vultũ tuũ dñe requirã? Nã lõge a vul-
tu tuo in affectu tenebroso recesserã. Non
eni pedibus aut spacijs locoꝝ itur abs te/
aut redit ad te. Aut vero filius ille tuus mi- Luc. 15. c.
nor/equos aut curr⁹ vl' naues quesiuit: aut
auolauit penna visibili/aut moto poplice
iter egit: vt in longinqua regione viuẽs ꝓ-
dige dissiparet quod dederas proficiscen-
ti? Dulcis pat' qr dederas/ ⁊ egeno redeũti
dulcior. In affectu ergo libidinoso/ id eni
est tenebroso: atq; id ẽ longe a vultu tuo.
Uide dñe deus/⁊ patiẽter vt vides/vide/
quõ diligẽter obseruẽt filij hoim pacta lra-
rũ ⁊ syllabaꝝ/accepta a priorib⁹ locutorib⁹/⁊
a te accepta eterna pacta ꝑpetue salutis ne-
gligãt: vt qui illa sonoꝝ vetera placita tene-
at aut doceat/si ꝯ disciplinã grãmaticã/si-
ne aspiratione prime syllabe/ominẽ dixerit:
magis displiceat hoib⁹/ꝙ si ꝯ tua pcepta
hoiem oderit cũ sit hõ: Quasi vero quẽlibet
inimicũ hoiem ꝑniciosius sentiat/ꝙ ipsum
odiũ quo in eũ irritat: aut vastet quisꝗ ꝑ-
sequẽdo aliũ grauius ꝙ cor suũ vastat inimi-
cãdo. Et certe nõ ẽ interior lrarũ sciẽtia/ꝙ
scripta ꝯsciẽtia: id se alteri facere qd nolit pa- Tob. 4. c
ti. Qꝫ tu secret⁹ es/habitãs in excelsis i silẽ- Mat. 7. b
tio deus sol⁹ magn⁹/lege infatigabili spar-
gẽs penales cecitates sup illicitas cupidi-
tates. Cũ hõ eloqntie famã qrit astans an
hominẽ iudicẽ/circũstãte hoim multitudi-
ne/inimicũ suũ odio imanissimo insectãs:
vigilãtissime cauet/ ne ꝑ lingue errorẽ di-
cat inter hominib⁹: ⁊ ne per mentis furorẽ
hoiem auferat/ex hominibus nõ cauet.

Qr augustin⁹ plus curauit vitare barbarismũ ꝙ alia vitia moꝝ. Ca. XIX.

Horum ergo puer mo-
b rum in limine iacebã miser: ⁊ hu-
ius arene palestra erat illa/vbi ma-
gis timebam barbarismũ facere/ ꝙ caue-
bam si facerẽ nõ facientibus inuidere. Di-
co enim et confiteor tibi deus meus / in
quibus laudabar ab eis/ quibus placere
tunc mihi erat honeste viuere. Non enim
videbam voraginem turpitudinis/in quã
proiectus eram ab oculis tuis. Nam in il-
lis iam quid me fedius fuit/ vbi etiam ta-
libus displicebam fallendo innumerabili-
bus mendacijs/ ⁊ pedagogũ/et magistros

et parentes amore ludendi/studio spectandi nugatoria/et imitandi ludicram inquietudinem? Furta etiam faciebam de cellario parentum et de mensa/ vel gula imperitante/vel vt haberem quod darem pueris/ludum suũ mihi quo pariter vti᷑ delectabantur/tamen vendentibus. In quo etiã ludo fraudulentas victorias/ipse vane excellentię cupiditate victus/ sępe aucupabar. Quid autem tam nolebam pati/ atq̃ atrociter si deprehenderem arguebam/q̃ id quod alijs faciebam: et si deprehensus arguerer/sęuire magis q̃ cedere libebat? Ista ne est innocẽtia puerilis? Nõ est domine/non est: oro te deus meus. Nã hęc ipsa sunt/ quę a pędagogis et magistris / a nucibus et pilulis et passeribus/ ad pręfectos et reges/aurum/pędia/ mancipia: hęc ipsa omnino q̃ succedentib⁹ maioribus ętatibus transeunt: sicuti ferulis maiora supplicia succedunt. Humilitatis ergo signum in statura pueritię rex noster Mat.19.b probasti cum aisti: Taliũ est regnũ celorum.

Qr augustinus pro bonis sibi collatis/deo gratias agit:

(Ca. XX.

Sed tamen domine tibi excellentissimo atq̃ optimo cõditori et rectori vniuersitatis deo nostro gratias/ etiam si me puerũ tñ esse voluisses. Eram enim/et iam tunc viuebã atq̃ sentiebam / meamq̃ incolumitatem vestigium secretissimę vnitatis/ex qua erã curę habebam: custodiebam interiore sensu integritatem sensuũ meorum: inq̃ ipsis paruis paruarumq̃ rerum cogitationibus veritate delectabar. Falli nolebam/ memoria vigebam/ locutione instruebar/ amicitia mulcebar/ fugiebam dolorẽ / abiectionem/ignorantiam. Quid in tali animante nõ mirabile atq̃ laudabile? At ista omnia dei mei dona sunt: nõ mihi ego dedi hęc/et bona sunt: et hęc omnia ego. Bonus ergo est qui fecit me/ ⁊ ipse est bonum meum: ⁊ illi exulto bonis omnibus/quib⁹ etiam puer eram. Hoc enim peccabam q̃ non in ipso/sed i creaturis eius me atq̃ cęteras voluptates/sublimitates/veritates querebam: atq̃ ita irruebam in dolores/ cõfusiones/ ⁊ errores. Gratias tibi dulcedo mea et honor meus/et fiducia mea deus meus. Gratias tibi de donis tuis: sed tu mihi ea serua. Ita enim seruabis me: ⁊ augebũtur et perficientur quę dedisti mihi/et ero ipse tecum: quia et vt sim tu dedisti mihi.

Sancti augustini episcopi liber cõfessionum primus explicit.

Annotatio capitulorum secũdi libri eiusdem.

Eiusdem diui aurelij augustini episcopi/confessionum liber secundus incipit.

Assignat causã suę cõfessionis: ⁊ q̃d amauerit prius: Ca.I.

Recordari volo trãsactas feditates meas/⁊ carnales corruptiões aię meę: nõ q̃ eas amem/s vt amem te de⁹ me⁹. Amore amoris tui facio istud/recolẽs vias meas neq̃ssimas in amaritudine recogitationis meę: vt tu dulcescas mihi dulcedo nõ fallax/ dulcedo fęlix et secura et colligens me a dispsione i qua frustatim discissus sũ/ dũ ab vno te auersus i multa †euanui. Exarsi eni aliq̃n satiari in inferis in adolescẽtia: ⁊ siluescere ausus sum varijs ⁊ vmbrosis amoribus: ⁊ cõtabuit species mea: ⁊ cõputrui corã oculis tuis placẽs mihi: ⁊ placere cupiens oculis hominũ. Al. † euonui

Accusat tempus adolescentię suę in ardore libidinoso ꝯsūpto: Ca. II

A Et quid erat quod me de-
lectabat/nisi amare et amari? Sz
non tenebatur modus ab animo
vsq; ad animum/quatenus est luminosus
limes amicitię:sed exhalabātur nebulę de
limosa concupiscentia carnis et scatebra
pubertatis:et obnubilabant atq; offusca-
bant cor meum/vt non discerneretur sere-
nitas dilectiōis a caligine libidinis. Utrū
q; in confuso ęstuabat:et rapiebat imbecil-
lem ętatem per abrupta cupiditatum/ at-
q; mersabat gurgite flagitiorum. Inualu-
erat super me ira tua et nesciebam: Obsor
dueram stridore catenę mortalitatis meę:
pęna superbię animę meę: et ibam longi-
us a te/et sinebas: et iactabar/ et effunde-
bar/et diffluebam/ et ebulliebam per for-
nicationes meas/ et tacebas. O tardum
B gaudium meū. Tacebas tunc/ et ego ibā
porro longe a te in plurima et plura steri-
lia semina dolorum/superba deiectione et
inquieta lassitudine. Quis mihi modera-
retur erumnam meam/ et nouissimarū re-
rum fugaces pulchritudines in vsum ver-
teret: earumq; suauitatibus metas pręfi-
geret: vt vsq; ad coniugale litus exęstua-
rent fluctus ętatis meę: si tranquillitas in
eis non poterat esse sine procreandorū li-
berorum contenta: sicut pręscribit lex tua
domine/qui formas etiam propaginē mor
talitatis nostrę/potens imponere leuē ma
num ad temperamentū spinarum a para-
C diso tuo seclusarum? Non enim longe est
a nobis omnipotentia tua/etiam cum lon
ge sumus a te/vtī aut certe sonitū nubium
1.Cor.7.e tuarum vigilantius aduerterem: Tribu-
lationem autem carnis habebunt huius-
Ibidē.a. modi: Ego autem vobis parco. Et bonū
Ibidem.f. est homini mulierem non tangere. Et qui
sine vxore est/cogitat ea quę sunt dei/quo-
modo placeat deo: Qui autem matrimo-
nio iunctus est:cogitat ea quę sunt mun-
di/quomodo placeat vxori. Has ergo vo-
ces exaudirē vigilantior: et abscisus ꝓpter
regnum cęlorum/ fęlicior expectarem am-
plexus tuos. Sed efferbui miser sequens
impetū fluxus mei relicto te: et excessi om-
nia legitima tua: nec euasi flagella tua:
Quis eni hoc mortaliū? Nam tu semp ad-
eras misericorditer sęuiens/ et amarissimis
aspergens offensionibus omnes illicitas
iocunditates meas/ vt ita quęrerē sine of-
fensione iocundari. Et vbi hoc possem nō
inuenirē quicq̄/pręter te dñe: pręter te qui Ps̄.93.
fingis dolorē in pręcepto: et percutis vt sa Deut.32.f.
nes/ et occidis nos ne moriamur abs te?
Ubi eram et q̄ lōge exulabā a delitijs do-
mus tuę: Anno illo sextodecimo ętatis car
nis meę/cum accepit in me sceptrum: et to
tas manus ei dedi vesania libidinis licen-
tiose per dedecus humanū: illicite autem
per leges tuas? Non fuit cura meorū ruen
tem excipere me matrimonio: sed cura fuit
tm̄ vt discerē sermonē facere q̄ optimū/ et
persuadere dictione.

Quāta sollicitudine mater augustini persuadebat castimoniā: et cur vterq; parēs affectabat studium ipsius: Ca. III.

Et anno quidē illo intermissa erāt A
studia mea/dū mihi reducto a ma-
dauris/ in q̄ vicina vrbe iā cęperā
litterature atq; oratorię ꝑcipiendę gratia
peregrinari: lōginquioris apd̄ carthaginē
peregrinatiōis sūptus pręparabantur: ani-
mositate magis q̄ opibus patris munici-
pis thagastensis admodū tenuis. Cui nar
ro hęc? Neq; eni tibi deus meus: sed apud
te narro hęc generi meo generi humano/
quātulacunq; ex particula incidere potest
in istas meas lras. Et vt qd hoc? Ut vide-
licet ego et quisquis hęc legit/cogitemus de
q̄ ꝓfundo clamandū sit ad te. Et quid ꝓpi
us auribus tuis/ si cor confitens et vita ex
fide ē? Quis eni nō extollebat laudibus tūc
hominem patrē meū: q vltra vires rei fa-
miliaris suę impēderet filio/ quicquid etiā
longe peregrinanti studiorū causa opus
esset? Multorū eni ciuiū longe opulentio-
rū/ nullū tale negociū pro liberis erat: cū
interea non satageret idē pater qualis cre-
scerem tibi/aut q̄ castus essē/ dūmodo es-
sem disertus/ vel desertus potius a cultu-
ra tua deus: qui es vnus/verus et bonus
dñs agri tui cordis mei. Sed vbi sexto illo B
decimo anno interposito ocio ex necessi-
tate domestica feriatus ab omni schola cū
parētibus esse cępi: excesserunt caput me-
um vepres libidinum: et nulla erat eradi-
cans manus: Quinimo vbi me ille pater
in balneis vidit pubescentē: et īquieta in-
dutū adolescētia: q̄si iā ex hoc in nepotes

gestiret/gaudens matri indicauit:gaudẽs
vinolentia/in qua te iste mundus oblitus
est creatorem suum/ et creaturam tuã pro
te amauit diuino inuisibili/ peruerse atq;
inclinate in ima voluntatis suę. Sed ma-
tris in pectore iam inchoaueras templum
tuũ/et exordium sanctę habitationis tuę.
C Nam ille adhuc cathecuminus/ et hęc re-
cens erat. Itaq; illa exiluit pia trepidati-
one ac tremore: ꝛ q̃uis mihi nondum fide-
li/timuit tamen vias distortas: in quibus
ambulant qui ponunt ad te tergũ/et nõ fa-
ciẽ. Hei mihi/ ꝛ audeo dicere tacuisse te de-
us meus/cum irem abs te lõgius: Ita ne
tu tacebas tunc mihi? Et cuius erant nisi
tua verba illa p matrẽ meã fidelem tuam
quę cantasti i aures meas? Nec inde quic-
q̃ descendit in cor meum vt facerem illud.
Volebat eni illa ꝛ secreto memini/vt mo-
nuerit cum sollicitudine ingenti ne forni-
carer/maximeq; ne adulterarẽ cuiusq̃ vxo
rem. Qui mihi monitus muliebres vide-
bantur/quibus obtemperare erubescerẽ.
Illi autẽ tui erant/et nesciebam:et te tace-
re putabã: atq; illam loqui per quam mi-
hi tu non tacebas/ꝛ in illa contemnebaris
a me filio eius/ filio ancillę tuę seruo tuo.
Sed nesciebam: ꝛ pręceps ibam tanta cę-
citate/vt iter coętaneos meos puderet me
minoris dedecoris/q̃ audiebam eos iactã
tes flagitia sua: ꝛ tanto gloriãtes magis/
quãto magis turpes essẽt: ꝛ libebat malũ
facere non solum libidine facti/ verumeti-
am laudis. Quid dignũ est vituperatione
nisi vitiũ? Ego ne vituperarer vitiosior fie
bam: ꝛ vbi non suberat quo admisso ęqua
rer perditis: fingebam me fecisse quod nõ
feceram:ne viderer abiectior quo eram in-
nocentior: ꝛ ne vilior haberer quo erã ca-
stior. Ecce cũ quibus comitibus iter age-
bam platęarum babylonię: ꝛ volutabar i
cęno eiꝰ/tanq̃ in cinnamomis et vnguen-
tis preciosis: Et i vmbilico eius quo tena-
cius hęrerem/ calcabat me inimicus inui-
sibilis/ et seducebat me: qꝛ ego seductilis
D eram. Non eni ꝛ illa quę iam de medio ba
Hiere.51.a. bylonis fugerat: sed ibat in cęteris eius
tardior mater carnis meę:sicut monuit me
pudicitiam: ita curauit quod de me a vi-
ro suo audierat: iamq; pestilentiosum et
in posterum periculosum sentiebat coer-
cere termino coniugalis affectus/si reseca-
ri ad viuũ non poterat. Non curauit hoc:
quia metus erat ne impediretur spes meã
compede vxoria: nõ spes illa quã in te fu-
turi sęculi habebat mater:sꝫ spes litterarũ
quas vt nossẽ/ nimis volebat parẽs vter-
q;. Ille quia de te prope nihil cogitabat/
de me autem inania: illa autem quia non
solum nullo detrimento/sed etiam nõnul-
lo adiumento ad te adipiscendum profu-
tura existimabat vsitata illa studia doctri-
nę. Ita eni conijcio/recolens vt possũ mo-
res parentum meorũ. Relaxabantur etiã
mihi ad ludendum habenę vltra tempera-
mentũ seueritatis in dissolutionẽ affectio-
nũ variarum: et in oĩbus erat caligo in-
tercludens mihi deus meus serenitatẽ ve-
ritatis tuę: ꝛ prodiebat tanq̃ ex adipe ini- Ps.72.
quitas mea.

Confitetᷣ furtũ suũ: ꝛ quare id fecerit ostendit: Ca. iiii.

Furtum certe punit lex tua dñe: et
lex scripta i cordibus hominum/
quã ne ipsa quidem †delet iniqtas. Al.†delectat
Quis eni fur ęquo animo furem patitur?
Nec copiosus adactũ inopia. Et ego fur-
tum facere volui et feci/nulla compulsus
egestate/nec penuria/sꝫ fastidio iusticię/ et
sagina iniquitatis. Nã id furatus sum qđ
mihi abundabat:et multo melius. Nec ea
re volebam frui quam furto appetebam:
sed ipso furto ꝛ peccato. Arbor erat pirus
in vicinia vinei nostrę pomis onusta: nec
forma/nec sapore illecebrosis. Ad hanc ex-
cutiendam atq; asportandam/ nequissimi
adolescentuli perreximus nocte intempe-
sta/quousq; ludum de pestilentię more in
areis produxeramus: et abstulimus inde
onera ingentia: non ad nostras epulas/
sed vel proijcienda porcis/etiam si aliquid
inde comedimus/ dum tamen fieret a no-
bis q eo liberet quo non liceret. Ecce cor
meum deus meus/ecce cor meum/ quod
miseratus es in imo abyssi. Dicat tibi nũc
ecce cor meum/quid ibi quęrebat vt essem
gratis malus: et malicię meę causa nulla
esset nisi malicia. Fęda erat et amaui eã.
Amaui perire:amaui defectum meum: nõ
illud ad quod deficiebam / sed defectum
ipsum meum amaui/turpis animę/ et dis-
siliens a firmamento tuo in exterminı-
um: non de decore aliquid / sed dedecus
appetens.

Ostendit quare peccatum homicidij aut alterius flagitij committatur: Ca. v.

A Etenī species est pulchris corporibus/ et auro et argēto et omnib⁹/ et in contactu carnis congruentia valet plurimū: ceterisq͂ sensibus ē sua cuiq͂ accōmodata modificatio corporū. Habet etiā honor temporalis/ et imperitandi atq͂ superādi potentia suū decus: vnde etiam vindictę auiditas oritur: ⁊ tamen i cūcta hec adipiscenda nō est egrediendū abs te domine: neq͂ deuiādū a lege tua. Et vita qua hic viuimus habet illecebrā suam ꝓpter quendam modum decoris sui ⁊ cōuenientiā/ cum his omnibus infimis pulchris. Amicitia quoq͂ hoim charo nodo dulcis ē ꝓpter vnitatē de multis animis. Propter vniuersa hec atq͂ hmōi peccatū admittitur: dū immoderata i ista inclinatione/ cum extrema bona sint meliora ⁊ summa deserunt/ tu domine deus noster/ ⁊ veritas tua/ et lex tua. Habent eni ⁊ hec ima delectatiōes/ s₃ nō sicut deus meus qui fecit oia: q2 i ipso delectat iust⁹: et ipse ē delitię rectoꝝ corde.

B Cū itaq͂ de facinore queritur q̄ causa factū sit/ credi nō solet nisi cū appetit⁹ adipiscēdi alicui⁹ illoꝝ bonoꝝ q̄ infima dixim⁹/ esse potuisse apparuerit/ aut metus amittēdi. Pulchra sūt eni ⁊ decora: q͂q͂ p̄ bonis supiorib⁹ ⁊ beatificis abiecta ⁊ iacētia. Homicidiū fecit: Cur fecit? Adamauit eius coniugē aut ꝑdiū/ aut voluit depredari vñ viueret/ aut timuit ab illo tale aliquid amittere: aut lesus vlcisci se exarsit. Num homicidiū sine causa faceret ipso homicidio delectatus? Quis crediderit? Nā et de quo dictum est vecordi et nimis crudeli homine/ q͂ gratuito potius malus atq͂ crudelis erat. Predicta tamen est causa ne p ocium inquit torpesceret manus aut animus. Quare id quoq͂? Cur ita? Ut scʒ illa exercitatione scelerū capta vrbe: honores/ imperia/ diuitias assequeret: et careret metu legū/ et difficultate reꝝ/ ꝓpter inopiam rei familiaris/ et conscientia₃ scelerum. Nec ipse igitur catilina amauit facinora sua: sed vtiq͂ aliud cuius causa illa faciebat.

Quid in vitijs inueniat/ ⁊ q͂ in deo nō querat/ cū excellēti⁹ i ipso omnia inueniant. Ca. vi.

A Quid ego miser in te amaui o furtū meū: o facin⁹ illud meū nocturnū sextidecimi anni ętatis meę? Non eni pulchrū eras cū furtū esses: aut vo aliquid es vt loq̄r ad te? Pulchra erāt poma illa q̄ furati sum⁹: qm̄ creatura tua erāt/ pulcherrime oim creator: oim de⁹ bone: de⁹ summū bonū/ et bonū veꝝ meū. Pulchra erāt illa poma/ sed nō ipsa concupiuit aia mea miserabil. Erat eni mihi melioꝝ copia: illa aūt decerpsi tm̄ vt furarer. Nā decerpta ꝓieci: epulat⁹ inde solā iniq̄tatē q̄ lętabar fruens. Nā et si qd illoꝝ pomoꝝ intrauit i os

B meū/ ꝯdimētū ibi facinus erat. Et nūc domine deus meus/ quero qd me i furto delectauerit: et ecce species nulla ē. Nō dico sicut i ęq̄tate atq͂ prudētia: sed neq͂ sicut i mēte hois atq͂ memoria ⁊ sensib⁹ et vegetāte vita: neq͂ sicut speciosa sunt sidera et decora locis suis: et terra ⁊ mare plena fętibus/ qui succedunt nascēdo decedētibus nō saltē vt ē quędā defectiua species ⁊ vmbratica vitijs fallentibus. Nā et superbia celsitudinē imitat: cū tu sis vnus sup omnia deus excelsus. Et ambitio qd nisi honores q̄rit ⁊ gloriam: cum tu sis pre cunctis honorādus vnus et gloriosus in eternū. Et seuitia potestatū timeri vult: Quis autē timēdus nisi vnus deus? Cuius potestati eripi aut subtrahi quid potest: quādo aut vbi aut q̄ vel a quo potest? Et blandicię lasciuientiū amari volunt: sed neq͂ blādius ē aliqd tua charitate: Nec amat quicq͂ salubrius q͂ illa pre cūctis formosa et luminosa veritas tua. Et curiositas affectare videt studiū sciētię/ cū tu oia summe noueris. Ignorantia quoq͂ ipsa atq͂ stulticia simplicitatis ⁊ innocētię nomine tegit: ¶ Quia te simplici⁹ quicq͂ nō reperitur. Quid aūt te innocētı⁹/ quādoquidē opa sua mal inimica sūt? Et ignauia quasi de quiete appetit. Que vo quies certa ꝑter dominū? Luxuria saturietatē atq͂ abūdātiā se cupit vocari: tu autē es plenitudo ⁊ indeficiēs copia incorruptibilis suauitatis.

¶ Primum dictum est illud: Te domine simplicius q͂cq͂ nō reperitur. Ex quo dicto accipitur illud vulgatissimū fidelibus ⁊ infidelib⁹ documentū/ q͂ deus ē simplicissim⁹. Sed oriē difficultas: qr illa q̄ habēt maiorem identitatem videntur habere maiorem simplicitatem: cum identitas sit annexa simplicitati: sicut ipse augustinus ostendit de ciuitate dei: sed maior est identitas inter angelum et seipsū/ q̄ inter patrem et filium in diuinis: cū ibi nō sit tanta

Primū dictū secundi libri

Effusio liberalitatis obtendit vmbram: sed bonorum omnium largitor affluentissim⁹ tu es. Auaricia multa possidere vult: et tu possides omnia. Inuidia de excellētia litigat: quid te excellentius? Ira vindictā querit: te iustius quis vindicat? Timor insolita et repētina exhorrescit: rebus que amant aduersantia/dū p̄cauet securitati: Tibi enim quid insolitum/quid repentinū? Aut quis a te sepat quod diligis? aut vbi nisi apd̄ te firma securitas? Tristicia rebus amissis cōtabescit/quib⁹ se oblectabat cupiditas: quia ita sibi nollet/sicut tibi auferri nihil potest: Ita fornicat anima cū auertitur abs te: et querit extra te ea que pura et liquida nō inuenit nisi cum redit ad te. Peruerse te imitant omnes qui longe se a te faciunt/et extollūt se aduersum te. Sed etiam sic te imitādo indicāt creatorem te esse omnis nature: et ideo nō esse quo a te omnimodo recedat.

C Quid ergo i illo furto ego dilexi: et in q̄ dn̄m meū vel vitiose atq̄ peruerse imitatus sū? An libuit facere contra legē/saltē fallacia: quia potentatu nō poteram: vt mancā libertatem captiuus imitarer faci-

Si sit tanta distinctio: q̄ et maior simplicitas: et sic deus non est summe simplex. Secūda difficultas: quia vbi est maior multitudo/ibi videtur esse maior compositio/cum pluralitas coniunctorum sine compositione non queat intelligi: sed maior pluralitas videtur esse in deo q̄ i aliquib⁹ creaturis: ergo nō est ita simplex. Minor probatur: quia resoluendo composita que sunt i creaturis: cum non sit p̄cedere in infinitum est deuenire ad aliquid qd̄ est ita simplex q̄ nullam habet multitudinem in se/cum tamen in deo sit vera personarum et vera relationum pluralitas. Dicitur autem ad istas duas difficultates q̄ illi theologi qui nolunt secernere diuersitatem a cōpositione et multitudine/non possunt aliquo modo soluere istas difficultates que ab inimicis fidei catholice inducuntur: Si enī distinctio et pluralitas sūt annexa necessario compositiōi/vt sine ipsa esse nō possint/cum in diuinis veram distinctionem et pluralitatem ponamus: cur non poneremus ita eodem modo compositionem. Nunc autem qui sane intelligit/videt q̄ distinctio et pluralitas possint esse sine compositione/licet nō econuerso: quia i essentialiter ordinatis priora possunt a posterioribus separi/et nō econuerso. Nūc autē distinctio et pluralitas preintelliguntur compositioni: componentia enī inquantū talia sunt plura et distincta: et tamen componentia inquantū talia precedunt compositionem/sicut extrema habitudinem suam. Unde inter deum et creaturam est vera distinctio et nulla compositio inuicem. Et tunc patet cuiuslibet difficultatis istarum maior: quia sicut multitudo potest separari a compositione/ita identitas aliqua a simplicitate: cum identitas p̄cedat simplicitatē/sicut diuersitas cōpositionem.

endo impune: quod non liceret tenebrosa omnipotentie similitudine?

Gratias agit deo de remissiōe peccatoꝝ ab eo factoꝝ/et a p̄seruatione multorum: Ca. vii.

Ecce est iste seruus fugiens dn̄m suum/et ꝯsecutus vmbrā. O putredo/o monstrū vite et mortis ꝓfūditas. Potuit ne libere qd̄ nō licebat/non ob aliud nisi quia non licebat? Quid retribuam domino: quod recolit hec memoria mea: et anima mea non metuit? Inde diligā te dn̄e et gratias agam/et confitear nomini tuo: quoniā tanta dimisisti mihi mala et nefaria opera mea. Gratie tue deputo et misericordie tue/q̄ peccata mea tanq̄ glaciem soluisti: gratie tue deputo et q̄cunq̄ nō feci mala. Quid enim non facere potui/qui etiam gratuitum facinus amaui? Et omnia mihi dimissa esse fateor: et q̄ mea sponte feci mala: et que te duce non feci. Quis est hominū/qui suam cogitans infirmitatē/audet viribus suis tribuere castitatē atq̄ innocentiā suā/vt minus amet te/quasi minus ei necessaria fuerit misericordia tua/qua donas pctā cōuersis ad te? A

e

B

Qui enim vocatus a te secutus ē vocem tuam: et vitauit ea que me de meipso recordantem et fatentem legit: nō me derideat ab eo medico egrū sanari: a quo sibi p̄stitū est vt non egrotaret/vel poti⁹ vt minus egrotaret. Et ideo te tantundē imo vō amplius diligat: q2 p quē me videt tātis pctōꝝ meorū lāguorib⁹ exui/per eū se videt tātis peccatoꝝ languorib⁹ nō implicari.

Secundum dictum est istud: Qui vocatus a te domine/et secutus ē vocem tuam/non me derideat ab eo medico egrū sanari/a quo sibi p̄stitutum est ne egrotaret/vel potius vt minus egrotaret. Et ideo te tantundem: immo vero amplius diligat: quia per quē videt me tātis peccatorum meorum languoribus exui/per eum se videt tantis peccatorū languoribus nō implicari. Ex quo dicto accipiūtur duo theologica documenta. Primum est/q̄ quilibet homo sibiipsi derelictus a deo/faceret omnia mala que fieri ab eo possent: quia sicut re⁹ ab omnib⁹ malis per deum liberatur: ita et ille qui non est reus s̄m beatum augustinū per deum non implicatur. Secundum documentum/q̄ plus tenetur ad diligendum deum innocens preseruatus q̄ peccator reconciliatus: quia dicit expresse/q̄ nō solū tantū debet diligere/immo amplius. Sed oritur dubium: quia ad oppositum videtur esse responsio pharisei in luca/quem christus dominus commendauit/dicentis/q̄ ille cui plus dimittitur plus diligere debet. Dicitur autem q̄ quot sunt rationes diligendi aliquod obiectū/tot sūt Scd̄m dict

Luc. 7. d

dilectiones

[...] dilectiões pticulares ipsi⁹ obiecti/cū noua rō inducat nouū actū diligēdi aliquē/aut qꝛ pseruauit a malo:aut qꝛ a malo eripuit:alteri⁹ aūt rōnis videt̄ eē iste rões di ligēdi sicut ⁊ fines/ita q̄ pseruatiua ē mag⁹ initialis: ⁊ liberatiua magis seruilis qꝰammō. Nūc aūt aug⁹ h loquit̄ de dilectiōe initiali/⁊ phariseꝰ i luca de seruili/ q̄ est tm̄ liberatoꝝ:qꝛ quāto a maiori malo liberat̄/cō stat q̄ tāto pl⁹ debet de tali amore q̄ non est mal⁹ ex q̄ est amor/q̄uis seruilis p istū modū.

Quid amauerit augustinus in furto ab ipso facto: Ca. VIII.

q Uē fructū habui miser aliqñ i his q̄ nūc recolēs erubesco:maxime in illo furto in quo ipsū furtū amaui/ nihil aliud/ cū et ipsū esset nihil: et eoipso ego miserior? Et tm̄ sol⁹ id nō fecissē: sic recordor aīm tūc meū:sol⁹ oīno modo id nō fecissem. Ergo amaui ibi etiā consortiū eorū cū quib⁹ id feci. Non ḡ nihil aliud q̄ furtū amaui:imo vō nihil aliud:qꝛ et illud nihil ē. Quid ē reuera? Quis ē q̄ doceat me/ nisi q̄ illuminat cor meū: ⁊ discernit vmbras ei⁹? Quid ē qđ mihi venit i mentē q̄rere et discutere ⁊ osiderare? Quia si tūc amarem poma illa q̄ furatus sum/⁊ eis frui cuperē: possem etiā sol⁹ si satis esset/cōmittere illā iniq̄tatē/ qua puenirē ad voluptatē meā: nec ofricatione osciorū animorū accenderē pruritū cupiditatis meę. Sed qm̄ i illis pomis voluptas mihi ñ erat:ea erat i ipō facinore/quā faciebat osortiū simul peccātiū.

Cur appetierit societate in furto suo: Ca. IX.

q Uid erat ille affectus animi? Certe eni plane turpis erat nimis:⁊ vę mihi erat qui habebā illū. Sed ta- Ps. 18. men quid erat? Delicta quis intelligit? Risus erat / quasi titillato corde/ q̄ fallebamus eos qui hęc a nobis fieri nō putabāt/ et vęhemēter nolebāt. Cur ergo eo me delectabat/quo id nō faciebā solus? An quia etiā nemo facile solus ridet? Nemo quidē facile/sed tamē etiā solos ⁊ singulos homines/ cū alius nemo p̄sens est:vincit risus aliquādo/si aliquid nimie ridiculū/ vel sensibus occurrerit/vel animo. At ego illud solus nō facerē/nō facerē omnino solus. Ecce est coram te deus meus viua recordatio animę meę: Solus nō facerē furtū illud/in quo me non libebat id quod furabar/ sed qꝛ furabar qđ me solū facere ,p̄sus non liberet/ nec facerē. O nimis inimica amicitia:seductio mētis inuestigabilis: ex ludo et ioco nocēdi auiditas/⁊ alieni damni appetitus:nulla lucri mei/nulla vlciscendi libidine/sed cū dicit̄: Eam⁹:faciamus: ⁊ pudet nō esse impudentē.

Qꝛ in deo sit omne bonū appetibile homini: Ca. X.

q Uis †exaperit istā tortuosissimā et implicatissimā nodositatē? Feda est/nolo in eā intēdere/nolo eā videre. Te volo iusticia ⁊ innocētia: pulchra ⁊ decora honestis luminib⁹ ⁊ insatiabili satietate. Quies ē apud te valde/ ⁊ vita imperturbabilis. Qui intrat in te/ intrat in gaudiū domini sui/et nō timebit: et habebit se optime i optimo. Defluxi abs te ego et erraui deus meus/nimis deui⁹ a stabilitate tua in adolescentia: et factus sū mihi regio egestatis.

Al. reperit
Mat. 25. b.

Explicit liber secundus cōfessionū sancti augustini.

Annotatio capitulorum tertij libri eiusdem.

Eiusdem diui aurelii augustini epi/cōfessionū liber terti⁹ incipit.

Qualiter amare ⁊ amari cupiebat augustin⁹: ⁊ ꝙ̄ sentiebat carnalium desiderioꝝ stimulos acriter: Ca. i.

Veni carthaginem/et circumstrepebat me vndiq̃ sartago flagitiosorū amoꝝ. Nondū amabam/et amare amabā: et secretiore indigentia oderā me minus indigentem. Querebā quid amarē amās amare: ⁊ oderam securitatē/ ⁊ viā sine muscipul': Quoniā fames mihi erat int⁹ ab interiori cibo teipso deus meus: et ea fame nō esuriebā/ sed erā sine desiderio alimentoꝝ incorruptibiliū: nō quia plen⁹ eis erā/sed quo inanior/eo fastidiosior; ⁊ ideo non bñ valebat aīa mea: ⁊ vlcerosa ꝓijciebat se foras miserabiliter scalpi auida cōtactu sensibiliū: Sed si nō haberent animā/ nō vtiq̃ amarent. Amare et amari dulce mihi erat: magis si etiā amantis corpe fruerer. Venam igit amicitię coinquinabā sordibus concupiscentię/candorēq̃ eius obnubilabā tartarea libidine: ⁊ tamē fędus atq̃ inhonestus /elegans ⁊ vrbanus esse gestiebā abūdanti vanitate. Rui etiā in amorē quo cu-
Ps.58. piebā capi. Deus meus misericordia mea/ quanto felle mihi suauitatē illam/ ⁊ ꝙ̄ bonus aspersisti: quia ⁊ amatus sum/ ⁊ perueni occulte ad vinculū fruendi: ⁊ colligabar lętus erumnosis nexib⁹/vt cęderer virgis ferreis ardentibus zeli /et suspitionū/et timoꝝ/ ⁊ iraꝝ atq̃ rixarū. Rapiebāt me spectacula theatrica/plena imaginibus miseriaꝝ meaꝝ/ ⁊ fomitibus ignis mei.

Quid theatri cōferāt spectacula/ ⁊ q̇ vere sint misericordes: Ca. ii

Quid est ꝙ homo ibi vult dolere/ cū spectat luctuosa atq̃ tragica: q̄ tamē pati ipse nollet? Et tamē pati vult ex eis dolorē spectator: ⁊ dolor ipse est voluptas ei⁹: Quid em̄ ē nisi miserabilis insania? Nam eo magis eis mouet q̄sq̃/quo minus a talibus sanus est affectibus: ꝙ̄ꝙ̄ cū ipse patit miseria cū alijs cōpatit/ misericordia dici solet. Sed qualis tandē misericordia in reb⁹ fictis ⁊ scęnicis? Nō eni ad subueniēdū prouocat auditor: sed tm̄ ad dolēdū inuitat. Et auctori earū imaginū amplius fauet cuȝ ampli⁹ dolet. Et si calamitates illę hominū vel antiquę vel falsę sic agant? Vt qui spectat non doleat/abscedit inde fastidiēs ⁊ reprehēdēs. Si aūt doleat/manet intentus ⁊ gaudēs lachrymat. Ergo amant et dolores? Certe omnis homo gaudere vult. An cum miserum neminē esse libeat/libet tamē esse misericordē? Quod q₂ nō sine dolore est/ hac vna causa amant dolores: Et hoc d̓ illa vena amicitię est. Sed quo vadit/quo fluit? Vt quid decurrit in torrentē picis bulliētis ęstus immanis terrarum libidinuȝ/ in quo ipsa mutatur ⁊ vertitur per nutum ꝓprium dē cęlesti serenitate detorta atq̃ deiecta? Repudietur ergo misericordia? Nequaq̃. Ergo ament dolores aliquando. Sed caue immundiciā anima mea sub tu-
tore deo meo/deo patrū nostroꝝ: ⁊ lauda- Dan.3.c.
bili ⁊ superexaltato i omnia sęcula: caue immundiciam. Neq̃ eni nunc non misereor: sed tunc in theatris congaudebam amantibus/ cum sese fruebant ꝑ flagitia: q̄uis hęc imaginarie gererent in ludo spectaculi. Cum autē sese amittebant/quasi misericors contristabar: et vtrunq̃ delectabat tamen. Nūc vero magis misereor gaudentem in flagitio/ꝙ̄ velut dura ꝑpessum detrimento pernitiosę voluptatis/ ⁊ amissione miserę felicitatis. Hęc certe verior misericordia/sed nō in ea delectatur cor: Nā et si approbat officio charitatis qui dolet miserū: mallet tamē vtiq̃ nō esse quod doleret/qui germanitus misericors ē. Si eni est maliuola beniuolētia/quod fieri nō potest: potest et ille qui veraciter sinceriterq̃ miseret/cupere esse miseros vt misereatur. Nōnullus itaq̃ dolor approbandus/ nullus amādus est. Hoc eni tu domine deus qui animas amas/longe alteq̃ purius ꝙ̄ nos: et incorruptibilius misereris q̇ nullo dolore sautiaris. Et ad hęc quis idoneus? At ego tunc miser dolere amabam / ⁊ quęrebā vt esset quod dolerē/ quando mihi i erumna aliena et falsa et saltatoria ea magis placebat actio histrionis: meq̃ alliciebat vehementius/ qua mihi lachrymę excutiebant. Quid autem mirū cum infelix pecus aberrans a grege tuo/ ⁊ impatiens custodię tuę turpi scabie fędaret? Et inde erant dolorum amores/nō quibus altius

penetrarer: non enim amabam talia perpeti qualia spectarem: sed quibus auditis et fictis/ tanq̄ in superficie raderer: quos tamen quasi vngues scalpentium feruidus tumor et tabes/ ⁊ sanies horrida consequebatur. Talis vita mea: nunquid vita erat deus meus?

Confitetur se augustinus in ecclesijs concupisse carnalia/ et ludos scenicos/ similes operationibus demoniorum: Ca. iii.

c Et circumuolabat super me fidelis a lōge misericordia tua. In q̄ntas iniquitates distabui/ ⁊ sacrilegam curiositatem secutus sum: vt deserētem te/ deduceret me ad ima infida et circumuētoria obsequia demoniorū: quibus immolabam facta mea mala: ⁊ i omnibus flagellabas me. Ausus sum etiam in celebritate solennitatum tuarum/ intra parietes ecclesie tue cōcupiscere et agere negocium procurandi fructus mortis: Unde me verberasti grauibus penis/ sed nihil ad culpam meam. O tu pregrandis misericordia mea deus meus: refugium meum a terribilibus nocentibus/ in quibus vagatus sum preuidenti collo ad longe recedendum a te/ amans vias meas et non tuas/ amans fugitiuam libertatem. Habebant et illa studia que honesta vocabantur/ ductum suum intuentē fora litigiosa: vt excellerē in eis: eo laudabilior/ quo fraudulentior. Tanta est cecitas hominum de cecitate etiam gloriantium: Et maior iam eram in schola rhetoris/ et gaudebam superbe/ et tumebam typo: q̄q̄ longe sedatior: domine tu scis: et remotus omnino ab euersionibus quas faciebāt euersores. Hoc enī nomen sceuum ⁊ diabolicum/ velut insigne vrbanitatis est: inter quos viuebam pudore impudenti: quia talis non eram: et cum eis eram: et amicitijs eorum delectabar aliquando: a quorum semp factis abhorrebam: hoc est ab euersionibus quibus proterue insectabantur ignotorū verecundiam/ quam perturbarent gratis illudendo/ atq̄ inde pascendo maliuolas leticias suas. Nihil est illo actu similius actibus demoniorum: Quid itaq̄ verius q̄ euersores vocantur? Euersi plane prius ipsi atq̄ peruersi/ deridentibus eos et seducētib⁹ fallacibus occulte spiritib⁹/ in eo ipso quo alios irridere amant et fallere.

Quid sibi contulerit hortensius liber ciceronis ad philosophiam sectandam: Ca. iiii.

f Inter hos ergo imbecilla tunc etate discebam libros eloquentie: in qua eminere cupiebam fine damnabili ⁊ ventoso per gaudia vanitatis humane: ⁊ vsitato iam discendi ordine perueneram in librum quendam cuiusdam ciceronis: cuius linguam fere omnes mirant: pect⁹ nō ita. ¶ Sed liber ille ipsi⁹ exhortationē continet ad philosophiam: ⁊ vocatur hortensius. Ille vero liber mutauit affectum meum: et ad teipsum domine mutauit p̄ces meas: et vota ac desideria mea fecit alia. Uiluit mihi repente omnis vana spes: ⁊ immortalitatem sapiētie concupiscebā estu cordis incredibili: et surgere iam ceperam vt ad te redirem. Nō enim ad acuendam linguam/ quod videbar emere maternis mercedibus: cū agerem annū etatis vndeuigesimū: iam defuncto patre ante bi enniū. Non ergo ad acuendam linguam referebam illū librū: neq̄ mihi locutionē/ sed quod loquebatur psuaserat. Quomodo ardebam deus meus: quomodo ardebam euolare a terrenis ad te: ⁊ nesciebam quid ageres mecum. Apud te est enim sapientia. Amor autē sapientie nomen grecū habet/ φιλοσοφιαν/ philosophiā: q̄ me accendebant ille littere. Sunt qui seducāt per philosophiam magno ⁊ blando et honesto nomine: colorantes et fucantes errores suos. Et prope omnes qui ex illis et supra temporibus tales erant/ notantur i eo libro ⁊ demonstrantur: et manifestatur ibi salutifera illa admonitio spiritus tui p

A

Primū dictū tertij libri

¶ Primum dictum est istud: q̄ quidam liber ciceronis qui vocabatur hortensi⁹/ exhortans ad philosophiam: mutauit inquit augustinus affectum meum ad te domine: et preces ac vota et desideria mea fecit alia: Uiluit ait mihi repente omnis vana spes: et immortalitatem sapientie concupiscebam estu cordis incredibili: et surgere iam ceperam vt ad te redirem. Ex quo in quam dicto colliguntur duo catholica documenta. Primum documentum est: q̄ vtile est quandoq̄ viris fidelibus legere libros philosophorū: quia liber ciceronis beatum augustinum cōuertit. Secundum documentum: Inter omnia q̄ p̄sunt ad fugandā concupiscentiam/ est affectio scientie/ et admonitio ad veram philosophiā: q̄ cum beatus augustinus esset carnalibus desiderijs nimis grauatus/ vt patet hic/ exhortatio ad philosophiam mutauit animam eius ad puritatem maximam.

B

Col.2.b seruū tuum bonū ꝛ pium: Uidete ne quis vos decipiat per philosophiā ꝛ inanē seductionē ſm traditionē hominū: ſm elementa huius mūdi/ ꝛ non ſm christum: quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter. Et ego illo tēpore/ scis tu lumē cordis mei: quoniā nondū mihi hec apostolica nota erant: hoc tamen solo delectabar in illa exhortatione/ ꝙ non illam aut illam sectā/ sed ipsam quecunqꝫ esset sapientiā/ vt diligerē/ et quererē/ et assequerer/ ꝛ tenerē/ atqꝫ amplexarer fortiter: excitabar sermone illo/ ꝛ accēdebar/ ꝛ ardebā: ꝛ hoc solū me in tanta flagrantia refringebat/ ꝙ nomen christi non erat ibi: quoniā hoc nomen ſm misericordiā tuā domine: hoc nomen saluatoris mei filij tui/ in ipso adhuc lacte matris/ tenerū cor meum pie biberat et alte retinebat: et quicquid sine hoc nomine fuisset/ q̄uis litteratū ꝛ expolitū ꝛ veridicū/ nō me totū rapiebat.

Repudiauit legere sacras litteras ꝓpter simplicitatē stili: Ca. v.

Scdm dictū — **I**Taqꝫ instituī animum intendere in scripturas sāctas/ vt viderem quales essent: Et ecce video rē non compertam superbis/ neqꝫ nudatā pueris: sed icessu humilem/ successu excelsam/ et velatam mysterijs: et non eram ego talis/ vt intrare in eā possem/ aut inclinare ceruicē ad eius gressus. Nō enim sicut modo loquor/ ita sensi/ cū attendi ad illā scripturam/ sed visa mihi est indigna/ quam tulliane dignitati compararē. Tumor enī meus refugiebat† modū eius/ et acies mea nō penetrabat interiora eius. Uerūtamen illa erat q̄ cresceret cum paruulis: sed ego dedignabar esse paruulus/ et turgidus fastu mihi grandis videbar.

Al. tmodicū

¶ Secundum dictum est istud: Institui animū intendere in scripturas sanctas vt viderem quales essent: et ecce video rem non compertam superbis/ neqꝫ nudatam pueris: sed incessu humilem/ successu excelsam/ ꝛ velatam mysterijs: verū/ tamen inquit illa erat q̄ cresceret cum paruulis: sed ego dedignabar esse paruulus. Ex quo dicto accipitur documentum/ ꝙ nullus potest proficere in studio sacre scripture/ nisi sit fundatus ī humilitate: propter cuius carentiam ipsam scripturam non potuisse se penetrare hic asserit aug⁹.

Qualiter inciderit in sectam manicheorum: et ꝙ melius ei fuisset studuisse grāmaticorū et poetarum fabellas: Ca. vi.

INcidi itaqꝫ in homines superbe delirātes/ ꝛ carnales nimis ꝛ loquaces: in quorꝫ ore laquei diaboli/ et viscū confectū cōmixtione syllabarꝫ nominis tui/ et domini iesu christi/ et paracleti consolatoris spiritussancti. Hec† enim oīa nō recedebant de ore eorꝫ/ sed† sono/ tenus ꝛ strepitu lingue/ ceterꝫ cor inane veri: Et dicebant veritas ꝛ veritas: et† multi eā dicebant mihi/ ꝛ nusq̄ erat in eis: sꝫ falsa loquebant̄/ nō ꝺ te tm̄ qui vere veritas es/ sed etiā de istis elementis hui⁹ mundi creaturis tuis: de quibus etiā vera dicentes ph̄os trāsgredi debui ꝓ amore tuo/ mi pater summe bone/ pulchritudo pulchrorꝫ oīm. O veritas veritas/ q̄ intime etiā tūc medulle animi mei suspirabant tibi/ cū te illi sonarent mihi frequēter ꝛ multipliciter voce sola ꝛ libris multis ꝛ ingentib⁹. Et illa erant fercula in quibus mihi esurienti te/ inferebant̄ ꝓ te sol ꝛ luna pulchra opa tua: sed tm̄ opera tua/ nō tu/ nec ipsa pma. Priora eni spūalia opera tua/ q̄ ista corporea/ q̄uis lucida ꝛ celestia. At ego nec priora illa/ sed teipsum/ te veritas/ in qua nō est cōmutatio/ nec momenti obumbratio/ esuriebā et sitiebā/ et apponebantur adhuc mihi i illis ferculis phantasmata splēdida/ q̄bus iam melius erat amare istū solem/ saltem istis oculis verꝫ/ q̄ illa falsa animo decepto ꝑ oculos. Et tamē quia te† putabā/ manducabā/ non auide quidē: quia nec sapiebas in ore meo sicuti es: neqꝫ enim tu eras figmēta illa inania/ nec nutriebar eis/ sed exhauriebar magis. Cibus enī in somnis simillimus est cibis vigilantiū: quo tamen dormientes nō alunt̄: dormiunt enī. At illa nec similia erant vllo modo tibi/ sicut nūc mihi locutus es: quia illa erāt corporalia phantasmata/ falsa corpa: q̄b⁹ certiora sunt vera corpora ista/ que videmus visu carneo/ siue celestia/ siue terrestria: cū pecudibus ꝛ volatilibus: videmus hec: et certiora sunt q̄ cū imaginamur ea. Et rursus certius imaginamur ea/ q̄ ex eis suspicamur alia grandiora ꝛ infinita/ que omīno nulla sunt: qualibus ego tūc pascebar inanibus/ ꝛ non pascebar. At tu amor meus in quē deficio vt fortis sim: nec ista corpora es que videmus/ q̄q̄ in celo: nec ea que nō videmus ibi: quia tu ista condidisti: nec in summis tuis conditionib⁹ habes.

A — Al. † nomina — Al. † tenui sono — Al. † multi — B — Iaco. 1. c — Al. † potabā: — C

Quāto ergo longe es a phantaſmatib⁹ il-
lis meis/phantaſmatibus corpoꝝ/ q̄ omi-
no nō ſunt:quib⁹ certiores ſunt phantaſię
corporū eorū quę ſunt:et eis certiora cor-
pora/quę tū non es:ſed nec anima es/ quę
vita eſt corporū: ideo melior vita corpo-
rū/certiorq̄ ꝙ corpa. Sed tu vita es ani-
maꝝ:vita vitarū viuens teipſa/ ⁊ non mu
taris vita animę meę. Ubi ergo mihi tunc
eras/⁊ ꝙ longe?Et longe pegrinabar abs
Luc.17.c te excluſus/ ⁊ a ſiliquis porcorū quos de ſi-
D liquis paſcebā. Quanto enī meliores grā
maticorū et poetarū fabellę ꝙ illa decipu-
la: Nam verſus et carmen/et medea vo-
lans/vtiliores certe ꝙ quinq̄ elemēta va-
rie fucata/propter quinq̄ antra tenebraꝝ:
quę omino nulla ſūt/ ⁊ occidunt credentē.
Nā verſū ⁊ carmen etiā ad vera pulmen-
ta transfero: Uolantē autem medeā/et ſi
cantabā non aſſerebā: et ſi cantari audie-
bā/non credebā:illa autem credidi. Uę vę
quibus gradibus deductus ſum in profū-
da inferi:quippe laborans et ęſtuans ino
pia veri:cū te deus meus: tibi enim confi-
teor qui me miſeratus es:et nondū confi-
tentē/cū te non ſm intellectū mentis/quo
me prętare voluiſti beluis/ſed ſm ſenſum
carnis quęrerē. Tu autem eras īterior in-
timo meo/et ſuperior ſummo meo: offen-
di in illam mulierē audacē/inopem prudē-
tie/ęnigma ſalomonis/ ſedentē ſuper ſellā
Prouer.9.d in foribus/ et dicentē: Panes occultos li-
benter edite/et aquam dulcem furtiuā bi-
bite. Quę me ſeduxit:quia īuenit foris ha
bitantē in oculo carnis meę:et talia rumi-
nantē apud me/qualia p illā vorаſſem.

Qꝫ inconueniens ſit doctrina manicheorū/ oſtendit exemplis: (Ca.VII.

A Neſciebam enī aliud ve-
re quod eſt/⁊ quaſi acutule moue-
bar/vt ſuffragarer ſtultis decępto-
ribus:cū a me quęrerent/vnde malum: et
vtrū forma corporea deus finiretur/et ha-
beret capillos ⁊ vngues:⁊ vtrum iuſti exi-
ſtimandi eſſent qui haberent multas vxo-
res ſimul/et occiderent homines/et ſacrifi-
carent de animalibus. Quibus reb⁹ igna-
rus perturbabar:⁊ recedens a veritate/ire
in eā mihi videbar: quia non nouerā ma-
lum non eſſe niſi priuationē boni/ vſq̄ ad
quod omnino nō eſt. Quod vnde viderē/
cuius videre vſq̄ ad corpus erat oculis/ ⁊
animo vſq̄ ad phantaſma. Et nō nouerā Ioh.4.d
deum eſſe ſpiritū:cui non membra eſſent g
longum ⁊ latum/nec cui moles eſſet: quia
moles in parte minor eſt ꝙ in toto ſuo:et
ſi infinita ſit/minor eſt in aliqua parte cer-
to ſpacio definita/ꝙ per infinitum:et non
eſt tota vbiq̄/ſicut ſpiritus/ſicut deus. Et
quid ī nobis eſſet/ ſm qḋ eſſemus ſimiles
deo:et recte ī ſcripturis diceremur/ad ima Gen.1.d.
ginem dei/ prorſus ignorabā. Et nō noue- B
ram iuſticiam veram interiorē/non ex con-
ſuetudine iudicantē/ ſed ex lege iuſtiſſima
dei omnipotentis/qua formarentur mo-
res regionū et dierum pro regionib⁹ ⁊ die-
bus:cum ipſa vbiq̄ ac ſemp eſſet:nō alibi
alia/nec alias alit̃/ſm quā iuſti eſſent abra
am et iſaac et iacob et moyſes et dauid: et
illi omnes laudati ore dei: ſed eos ab im-
peritis iudicari iniquos/ iudicantib⁹ ex hu 1.Cor.4.a.
mano die:et vniuerſos mores humani ge
neris ex parte moris ſui metientibus: tan-
ꝙ ſi quis neſcius in armamentis/quid cui-
q̄ membro accōmodatū ſit/ocrea velit ca-
put contegi/ ⁊ galea calciari/ et murmuret
quod non apte conueniat: aut in vno die
indicto a ꝓmeridianis horis iuſtitio/ q̄ſꝙ
ſtomachetur non ſibi concedi quid vęnale
proponere/quia mane conceſſum eſt: aut ī
vna domo videat aliquis tractari mani-
bus a quoꝙ ſeruo/quod facere nō ſinatur
qui pocula miniſtrat: aut aliquid poſt pre-
ſepia fieri/quod ante menſam prohibeat/
⁊ indignetur/cū ſit vnū habitaculū et vna
familia/nō vbiq̄ atq̄ omnibus idē tribui.
Sic ſunt iſti qui indignātur/ cū audierint
illo ſęculo licuiſſe iuſtis aliquid/ quod iſto
nō licet iuſtis: ⁊ quia illis aliud ꝓcepit de-
us/iſtis aliud ꝓ temporalibus cauſis/cum
eidē iuſticię vtriq̄ ſeruierint/cū in vno ho-
mine et in vno die/et in vnis ędibus vide-
ant aliud alij mēbro congruere/ ⁊ aliud iā
dudū licuiſſe/et poſt horam nō licere: quid
dam in illo angulo permitti aut iuberi/qḋ
in iſto iuſte vetetur ⁊ vindicetur. Nūquid
iuſticia varia eſt ⁊ mutabilis? Sed tempo-
ra quibus pręſidet/nō pariter eunt: tēpo-
ra enī ſunt. Homines autē quorū vita ſu-
per terram breuis eſt: quia ſenſu nō valēt
cauſas contexere ſęculorū priorū/aliarūq̄
gentium quas experti non ſunt/cum his
quas experti ſunt: in vno autē corpore vel
die vel domo/facile poſſūt videre/qḋ cuiq̄

membro / quibus momentis / quibus partibus personisve congruat: in illis offen/duntur / his seruiunt. Hęc ego tunc nesciebam / et non aduertebā / et feriebant vndiq̄ ista oculos meos / et non videbam. Et cantabam carmina / et non mihi licebat ponere pedem quēlibet / vbilibet: sed in alio atq̄ alio metro / aliter atq̄ aliter: et in vno aliquo versu / non omnibus locis eundem pedem. Et ars ipsa qua canebam / non habebat aliud alibi / sed oīa simul. Et nō intuebar iustiā cui seruirēt boni et sācti hoīes / longe excellēti⁹ atq̄ sublimi⁹ habere simul oīa quę pcepit: et nulla ex parte variari: et tamen varijs temporibus nō oīa simul / sed ppria distribuentē ac precipientem. Et reprehendebam cęcus pios patres / nō solum sicut deus iuberet atq̄ inspiraret vtētes presentib⁹: verū quoq̄ sicut de⁹ reuelaret futura pnūciantes. C

Flagitia quę et qualia punienda semper sint: et quę pro tempore: quo medio recedat a deo / vel redeatur: Ca. VIII.

A *Al. † alicubi* *Deut'. 6. a* *Mat. 22. d* *32. q. 7. c. flagitia*

Nunquid aliquando aut † alicui iniustum est diligere deum / ex toto corde / ex tota anima / ex tota mente: et diligere proximū tanq̄ seipsum? Itaq̄ flagitia quę sunt contra naturam / vbiq̄ ac semper detestanda atq̄ puniēda sūt / qualia sodomitarum fuerunt. *Gen. 19. e* Quę si omnes gentes facerent: eodem criminis reatu diuina lege tenerentur: quę nō sic fecit homines / vt se illo vterentur modo. Violatur quippe ipsa societas / quę cū deo nobis esse debet: cum eadem natura cuius ille auctor est / libidinis peruersitate polluitur. *B* *Dis. 8. c. quę ɔtra* Quę autem contra mores hominum sūt flagitia / pro morum diuersitate vitanda sunt: vt pactum inter se ciuitatis / aut gentis consuetudine vel lege firmatū: nulla ciuis aut peregrini libidine violetur.

Tertiū dictū ¶ Turpis enī omnis pars est suo vniuerso non congruēs.

¶ Tertium dictum / q̄ turpis est oīs pars suo vniuerso non congruēs. Et est istud dictū aliq̄ntulum preallegatum ante. Ista autem regula quadrupliciter declaratur. Exemplificat primo quidem in naturalibus: quia cū videmus vnum hominem habentē nimis grossum caput in habitudine ad cetera membra: vituperamus illam magnitudinem partis tanq̄ suo toti non congruentē. Secundo in artificialibus: quia portam nimis magnam in parua domo vituperamus / propter hoc: quia non congruit suo vniuerso. Tertio in moralibus: quia cū videmus hominē bonis virtutibus adornatum: si in modico deficit / vituperamus illam partem s̄m quam peccat / plus q̄ in homine vitioso: eo q̄ talis pars est incōgruentior suo vniuerso. Quarto in politijs / vbi vituperatur vnaqueq̄ politia particularis / quādo nō ē conueniēs cū republica vniuersali. Sed intelligendum est / q̄ beat⁹ augustinus in hoc loco inducit istam regulam ad declarandum q̄ pactum aut consuetudinem ciuitatis vel legis nullus ciuis vel peregrinus violare debet.

¶ Cum autē deus aliquid contra morem aut pactū quorumlibet iubet: et si nunq̄ ibi factum est / faciendū ē: et si omissum / instaurandum: et si institutum non erat / instituendum est.

Quartum dictum ¶ Quartum dictum / q̄ quando deus cōtra morem vel pactū iubet aliquid in aliq̄ ciuitate vel communitate / si nunq̄ ibi factum est / faciendū est: et si institutum non erat / instituendum est. Cuius rationē assignat: quia superiori semp pl⁹ est obediendum.

Si enim regi licet i ciuitate cui regnat iubere aliquid / qđ neq̄ ante illum quisq̄ / nec ipse vnq̄ iusserat: et nō contra societatem ciuitatis eius obtemperatur: immo contra societatem nō obtemperatur. ¶ Generale quippe pactū est societatis humanę obedire regib⁹ suis: quāto magis deo regnatori vniuersę creaturę suę ad eā quę iusserit sine dubitatione seruiēdum est.

Quītū dictū ¶ Quintū dictum / q̄ generale pactum societatis humane est obedire regibus suis: quāto magis deo / qui est rex vniuersorum. Intelligendū tamē q̄ hic ponit duo q̄ pertinent ad potestatem liberam pncipum. Primum est / q̄ ipsi possunt dare noua precepta que nunq̄ ab alijs fuerūt data. Secundum est / q̄ cōtra communitatem non potest obtemperari regi: quia talis obtemperantia est commune pactum: et ita quicquid fiat s̄m eius preceptum / non potest esse contra talem communitatem.

¶ Sicut enim i potestatibus societatis humanę maior potestas minori ad obediendum preponitur: ita deus omnibus. Item in facinoribus / vbi libido est nocendi / siue per cōtumeliā / siue per iniuriam: et vtrūq̄ vel vlciscēdi causa / sicut inimico inimic⁹: vel adipiscendi alicuius extra cōmodi / sicut latro viatori: vel euitādi mali / sicut ei qui ti

Sextū dictū ¶ Sextum dictum / q̄ sicut in potestatibus societatis humane maior potestas minori ad obediendū preponitur: ita inquit deus .s. est preponēdus. Ex quo dicto accipiuntur duo theologica documēta. Primū ē / q̄ in ciuilib⁹ q̄ significātur per potestatem humane societatis .s. superior et inferior opposita pncipia: semper superioribus est parendum: et ideo nō debet obedire ppsitus principi inferiori volenti rebellare aduersus superiorē: quia sicut hic dicit: superiorum est obedientia preferēda. Secundū documentū / q̄ in hierarchijs quādocūq̄ prelat⁹ inferior aliquid precipit repugnās pcepto superioris / nō ē C

mef: vel inuidẽdo/si-
cut feliciori miserior:
aut i aliquo ꝓspera-
tus/ ei quẽ sibi equari
timet/aut equalẽ do
let: vel sola volupta-
te alieni mali/sicẽ spe-
ctatores gladiatoꝝ/
aut irrisores/aut illu-
sores quorũlibet. Hec
sunt capita iniquita-
tis/que pullulãt princi-
pãdi et spectãdi et sen-
tiẽdi libidine/aut vna/aut duabus earum/
aut simul oĩbus: Et viuif male aduersus
Exo.20. tria et septẽ/psalteriũ decẽchordaꝝ decalo
Ps.32. gũ tuũ/deus altissime et dulcissime. Sed que
D flagitia in te qui nõ corrũperis? Aut que ad-
uersus te facinora/cui noceri nõ põt? Sed
hoc vindicas quod in se homines ꝑpetrãt: qꝛ
etiã cũ in te peccãt/impie faciũt in animas
Ps.26. suas/et mentif iniquitas sibi: siue corrum-
pendo aut ꝑuertendo naturã suam quã tu
fecisti et ordinasti: vel immoderate vtendo
concessis rebus: vel in nõ concessa flagrã-
Ro.1.d do in eum vsum qui est contra naturã: aut
rei tenentur animo/et verbis seuientes ad-
Act.9.a. uersus te/et aduersus stimulũ calcitrãtes:
aut cum diruptis limitibus humane socie
tatis letantur audaces/ priuatis concilia-
tionibus aut direptiõibus/ꝓut quiqꝫ de-
lectauerit aut offenderit. Et ea fiunt cũ tu
derelinqueris fons vite/qui es vnus et ve-
rus creator et rector vniuersitatis: et priua-
ta superbia diligitur in parte vnũ falsum.
E Itaqꝫ pietate humili redif in te: et purgas
nos a consuetudine mala: et propitius es
peccatis confitentiũ: et exaudis gemitus
Ps.101. compeditorũ: et soluis a vinculis que no-
bis fecimus/ si iam nõ erigamus aduersus
te cornua false libertatis/auaricia plus ha-
bendi/et damno totum amittendi/ ampli-
us amando proprium nostrũ/ qꝫ te omni-
um bonum.

¶ Non oĩs/nõ est parendũ sed superiori: quia ista ratione probat de deo respectu omniũ: qꝛ eius suprema potestas. Sed oritur dubiũ: si prelatus aut princeps inferior ꝓcipiat aliquid ꝫm rectã rationẽ: et superior contra ipsũ cui est parendũ. Dicitur autẽ ꝙ quia recta ratio que ẽ manifesta cadit sub ꝓcepto summi legislatoris.s. dei: tũc est faciẽda nõ sicut iussa ab inferiore/ sed sicut a superiore omnium deo.

Quod multa humanitus tanqꝫ recta approbentur/que diuino iudicio reprobãf: et econuerso: Ca.IX

f Sed int flagitia et facinora/et tã mul
tas iniquitates/ sunt pctã ꝓficien
tiũ: que a bñ iudicãtib⁹/ et vituperã-
tur ex regula ꝑfectionis/et laudanf spe fru-
gis/sicut herba segetꝭ. Et sunt quedã similia
vel flagitio vel facinori: et nõ sunt peccatã:
qꝛ nec te offendũt dñm deum nostrũ: nec
sociale consortium/cũ concilianttur aliqua
in vsum vite congrue tempori: et incertum
est an libidine habendi/aut puniuntur cor
rigendi studio potestate ordinata: et incer-
tum est an libidine nocendi. Multa itaqꝫ
facta que hominibus improbanda viden-
tur/testimonio tuo approbata sunt: et mul
ta laudata ab hominibus/te teste damnã-
tur: cum sepe se aliter habet species facti/et
aliter facientis animus/atqꝫ articulus oc-
culti temporis. Cum vero tu aliquid repen
te inusitatũ et improuisum imperas/etiã si
hoc aliquãdo vetuisti: quãuis causam impe
rij tui ꝓ tempore occultes: et quãuis contra
pactum sit aliquorum hominũ societatis:
quis dubitat esse faciendũ/quãdo ea iusta
est societas hoim que seruit tibi? Sed be-
ati qui te imperasse sciunt. Fiunt eni om-
nia a seruientibus tibi/vel ad exhibendũ
quod ad presens opus est/vel ad futura ꝓ-
nuncianda.

Ostenditur fatua peruersitas fidei manicheorum: Ca.X.

b Et ergo ne-
sciens/irride-
bã illos san-
ctos seruos et ꝓphe-
tas tuos. Et qd age-
bã cũ irridebam eos/
nisi vt irriderer abs
te/sensim atqꝫ paula-
tim ꝑductus ad eas
nugas vt crederẽ fi-
cum plorare cũ decer
pitur/et matrẽ ei⁹ ar-
borẽ lachrymis lacte
is? Quã tñ ficũ si co-
medisset aliqs sanct⁹
alieno sane non suo
scelere decerptaꝫ/mi-
sceret visceribus et anhelaret de illa an-
gelos/ imo vero particulas dei gemendo
in oratiõe atqꝫ ructãdo: que ꝑticule sũmi et
veri dei ligate fuissent i illo pomo/ nisi ele-
cti sancti dente ac ventre soluerenf. Et cre
didi miser magis esse misericordiã prestan
dã fructib⁹ terre/qꝫ hominib⁹ ꝓpter qs na-
scerenf. Si qs eni esuriẽs peteret q manì-
cheus nõ esset: quasi capitali supplicio dã-
nanda buccella viderenf si ei darenf.

¶ Septimum dictũ: ꝙ beat⁹ augustin⁹ cũ fuisset hereticus et manicheus/paulatim perductus ad eas nugas/ vt crederet ficum plorare cum decerpitur: et matrem eius arborem lachrymis lacteis: quã tñ ficũ si aliqs comedisset sanctus/ alieno non suo scelere decerptã: et multa alia ridicula narrat i textu ꝑtinẽtia ad illam sectã. Unde accipitur documentum/ ꝙ homines quantumcunqꝫ intellectu precellẽtes/ sicut iste fuit/ quãdo sũt ad aliquam prauitatem affectati/ mox fiunt excecati vt credant irrationabilia.

Septimũ dictum

Qualit̃ mat̃ augustini visiõe ꝯsolari meruit a luctu ꝓ filio / ꝛ de ei⁹ cõuersione certificari: Ca. xi.

A
e
T misisti manũ tuam ex alto / et de
hac ꝓfunda caligine eruisti animã
meam: cũ ꝓ me ploraret ad te ma
ter mea fidelis tua / ampli⁹ ꝙ̃ flent matres
corpea funera. Uidebat eni illa mortẽ me
am ex fide ꝛ spiritu quem ex te habebat: ꝛ
exaudisti eã dñe. Exaudisti eã / nec despexi
sti lachrymas eius / cũ ꝓfluẽtes rigarẽt ter
rã sub oculis ei⁹ / in omi loco orõnis ei⁹: et
exaudisti eã. Nã vñ illud somniũ quo eam
Al. ꝉ bibere consolat⁹ es / vt ꝉ viuere me secũ crederet / et
Al. ꝉ mecũ habere ꝉ secũ eandẽ mensam in domo: qđ
Al. ꝉ auersãs nolle ceparat ꝉ aduersans ꝛ detestãs blasphe
mias erroris mei? Uidit eni stantẽ se in q̃
B dã regula lignea: et aduenientẽ ad se iuue
nẽ splendidũ / hilarẽ atq; arridentẽ sibi: cũ
illa esset mẽrẽs ꝛ mẽrore confecta. Qui cũ
causas quẽsisset ab ea mẽsticiẽ suẽ quoti
dianarũq; lachrymarꝫ / docendi vt assolet
nõ discẽdi grã: atq; illa respõdisset ꝑditio
nẽ meã se plãgere: iussisse illũ q̃ secura eẽt /
atq; admonuisse vt attenderet et videret
i. 8. ca. 12. i fi. vbi esset illa / ibi esse ꝛ me. Qđ illa vbi attẽ
dit / vidit me iuxta se in eadẽ regula stantẽ.
Unñ hoc / nisi q: erãt aures tuẽ ad cor eius?
O tu bone omĩpotẽs / q̃ sic curas vnũquẽ
q; nostrũ tanq̃ solũ cures: et sic omẽs tan
q̃ singulos. Unñ illud etiam / q cũ mihi nar
rasset ipsũ visũ: et ego ad id trahere cona
rer / vt illa se poti⁹ non desparet futurã esse
qđ erã: cõtinuo sine aliqua hẽsitatione / nõ
inquit: nõ eni mihi dictũ est / vbi ille / ibi et
C tu: sed vbi tu / ibi ꝛ ille. Confiteor tibi dñe
recordationẽ meã quãtũ recolo / q sẽpe nõ
tacui: amplius me isto ꝑ matrẽ vigilãtem
respõso tuo / qđ tã vicina interꝑtatiõis fal
sitate turbata nõ est: et tã cito vidit qđ vi
dendũ fuit: quod ego certe anteq̃ dixisset
non videram: etiã tũ cõmotũ fuisse q̃ ipso
somnio / quo fẽminẽ piẽ gaudiũ tanto post
futurꝫ: ad consolationẽ tunc ꝑ̃sentis sollici
8. cofẽ. ca. 6. a tudinis / tanto añ ꝑ̃dictũ est. Nam nouem
De moribus ferme anni secuti sunt / quibus ego in illo
monachorũ. limo ꝓfundi ac tenebris falsitatis / cũ sẽpe
ca. 23. b
De vtilitate surgere conarer: et grauius allideret volu
credendi. tatus sũ: cũ tamẽ illa vidua casta / pia ꝛ so
ca. 1. D. bria / quales amas: iam quidẽ spe alacrior /
sed fletu et gemitu nõ segnior: non desine
ret horis omib⁹ / orationũ suarꝫ de me plã
gere ad te: et intrabant i conspectũ tuũ ꝑ
ces eius: et me tñ dimittebas adhuc volui
et inuolui in illa caligine.

Quale responsũ mater augustini acceperit a quodã epo de ipsius conuersione: Ca. xii.

e
T dedisti alterꝫ respõsum interim
qđ recolo. Nã ꝛ multa ꝑ̃tereo: pro
pter qđ ꝓpero ad ea quẽ me magĩ
vrgẽt ꝯfiteri tibi: ꝛ multa nõ memini. De
disti ergo alterꝫ per sacerdotez tuũ / quẽdã
epm nutritũ i ecclesia / et exercitatum in li
bris tuis. ¶ Quem
cũ illa fẽmina rogas
set / vt dignaret me
cũ colloqui / ꝛ refelle
re errores meos: ꝛ de
docere me mala / ac
docere bona: facie
bat eni hoc / si quos
forte idoneos inue
nisset: noluit ille pru
denter sane / quantũ
sensi postea. Respõ
dit eni me adhuc esse
indocilẽ / eo q inflat⁹
essem nouitate here
sis illius: et nonnul
lis quẽstiũculis iam
multos iperitos exa
gitassem / sicut illa in
dicauerat ei. Sed si
ne inquit illum ibi / ꝛ
tñ roga pro eo do
minum: ipse legen
do reperiet / quis ille sit error ꝛ quanta im
pietas. Simul etiam narrauit se quoq;
paruulum a seducta matre sua datum fu
isse manicheis: et omnes pene non legisse
tñ / verumetiã scriptitasse libros eorum: si
bi q; apparuisse nullo contra disputante et
conuincẽte / q̃ esset illa secta fugiẽda / itaq;
fugisse. Quẽ cũ ille dixisset / atq; illa nol
let acquiescere: sed instaret magis deprecã
do / ꝛ vbertim flẽdo vt me videret et mecũ
dissereret: ille iã substomachans tẽdio / va
de inquit a me / ita viuas: fieri eni non põt
vt fili⁹ istarꝫ lachrymarꝫ pereat. Qđ illa ita
se accepisse inter colloquia sua mecũ sẽpe
recordabaẽ / ac si de cẽlo sonuisset.

Octauum dictum ¶ Octauũ dictũ / q cũ mater beati augustini rogasset quẽdam episcopũ vt cũ ipso augustino colloqueretur ad refellendum errores hereseũ / q̃s nouiter assumpserat: ille episcopus noluit / prudẽter inquit augustin⁹ quãtum sensi postea. Respõdit eni me adhuc esse indocibilẽ / eo q inflatus inquit essem nouitate illius heresis. Ex quo dicto accipitur documentum bipertitum. Primũ est / q quando aliquis ẽ aliquo errore recẽter inuolutus vel imbibitus / difficilior est ad conuertendũ / donec magis deliberet circa ipsũ / ꝛ viderit eius falsitatẽ. Aliud documentum / q inaniter laboratur ad auertẽdum aliquem ab errore q̃diu stat in mentis tumore: q: ideo iste episcopus nolebat loqui cum augustino.

Sancti augustini episcopi liber confessionum tertius explicit.

Annotatio capitulorum quarti libri eiusdem.

1 Repudiat augustinus irrisores cõfessionis sue: et qualiter deceptus sit & plures deceperit.

2 Qualiter rhetoricã docuerit: & q̃ p victoria habẽda i scenicis cõsuluerit

3 Quibus medijs ductus astro (auruspicẽ.) logorum falsitates vix relinq̃re potat.

4 Qualiter amicũ seductũ ab eo & baptizatũ i egritudĩe mortuũq̃ deplora

5 Querit q̃ sit diuersitas lachry (bat marum i orõne/ et i re chara & amissa.

6 Explicat magnũ affectũ quo diligebat amicũ multis medijs.

7 Ostẽdit iquietudinẽ animi d̃ morte amici: & q̃liter d̃ sua patria venerit

8 Quibus medijs cõsola (carthaginẽ. tus sit/ & qualiter disputauerit.

9 Quid sit i amicis dilectũ: et q̃s vere diligatur

10 Q̃ omnis creature pulchritudo ex deo est: vnde et ipse ex omnibus & in omnibus laudandus.

11 Q̃ omnia creata sunt mutabilia in se/in deo stabilia.

12 Quibus medijs nos in se reduxerit: et qualiter sit ascẽdendũ vt ad eum veniamus.

13 Quare om̃is creatura amabilis sit/ et vnde creator.

14 Q̃ librũ de apto et pulchro ad oratorem romanũ scripserit/ & quare ipsum amauerit.

15 Q̃ corporalibus imaginibus cõtenebratus/ nõ potuit capere spiritualia.

16 Q̃ decẽ cathegorias aristotelis/ et eas artes quas vocant liberales/ per seipsum intellexerit.

Eiusdem diui aurelij augustini episcopi/ confessionum liber quartus incipit.

Repudiat augustinus irrisores cõfessionis sue: & qualiter deceptus sit/ & alios deceperit. Ca. I.

A Per idem tempus annorum nouem ab vndeuicesimo anno etatis mee/ vsq̃ ad duodetricesimũ/ seducebamur & seducebamus: falsi atq̃ fallentes in varijs cupiditatibus: & palã per doctrinas quas liberales vocant: occulte autẽ falso nomine religionis: hic superbi/ibi superstitiosi: vbiq̃ vani ac popularis glorie sectantes inanitatem/ vsq̃ ad theatricos plausus et contentiosa certamina/ et agonẽ coronarum fenearũ et spectaculorũ nugas/ et intemperantiã libidinũ. Illac autẽ purgari nos ab istis sordibus expetentes cũ eis qui appellantur electi et sancti/ afferebamus escas: de quibus nobis in officina aqualiculi sui fabricarent angelos et deos per quos liberaremur: et sectabar ista atq̃ faciebã cum amicis meis/ per me ac mecum deceptis. Irrideant me arrogantes/ et nondum salubriter prostrati et elisi a te deus meus: ego tamen confiteor tibi dedecora mea i laude tua. Sine me obsecro/ et da mihi circũire presenti memoria preteritos circũitus erroris mei: et immolare tibi hostiam iubilationis. Quid enim sum ego mihi sine te/ nisi dux in preceps? Aut quid sum cum mihi bene est/ nisi sugẽs lac tuum/ aut fruens te cibo qui nõ corrumpitur? Et quis homo est quilibet homo cum sit homo? Sed irrideant nos fortes et potentes: nos autem infirmi et inopes confiteamur tibi. Al. afferremus Ps. 26. Nota

Qualiter rhetoricam docuerit: et q̃ pro victoria habenda in scenicis consuluerit auruspicem. Ca. II.

A Docebam in illis annis artem rhetoricam/ et victoriosam loquacitatem victus cupiditate vendebã. Malebã tamẽ domine/ tu scis/ bonos habere discipulos/ sicut appellantur boni: et eos sine dolo docebã dolos: nõ in quibus contra caput innocẽtis agerẽt/ sed aliquãdo pro capite nocentis. Et tu deus vidisti de longinquo lapsantem in lubrico: et in multo fumo scintillantẽ fidem meã/ quam exhibebam i illo magisterio diligentibus vanitatem/ et querentibus mendaciũ socius eorũ.

B In illis annis vnam habebã/ nõ eo q̃d legitimũ vocatur cõiugio cognitã: sed quã indagauerat vagus ardor inops prudentie: Sed vnam tamen ei quoq̃ seruans thori fidem/ in qua sane experirer exemplo meo/ quid distaret inter coniugalis placiti modũ/ quod federatũ esset generãdi gratia/ & pactum libidinosi amoris: vbi

proles etiam cõtra votum nascitur/ quis iam nata cogat se diligi. Recolo etiam cũ mihi theatrici carminis certamẽ inire placuisset: mandasse mihi nescio quem aruspicem/ quid ei dare mercedis vellẽ vt vincerem: me autem fęda illa sacramenta detestatum et abominatũ respondisse: nec si corona illa esset immortaliter aurea/ muscam pro victoria mea sinerem necari. Necaturus enĩ erat ille in sacrificijs suis animantia: et illis honoribus inuitaturus mihi suffragatura dęmonia videbatur. Sed hoc quoque malum non ex tua charitate repudiaui deus cordis mei. Non enĩ amare te noueram: qui nisi fulgores corporeos cogitare non noueram. Talibus enĩ figmẽtis
Ps.72. Osee.12.a suspirans anima: nonne fornicatur abs te/ et fidit in falsis/ et pascit ventos? Sed videlicet sacrificari pro me nollẽ dęmonibus/ quibus me illa superstitione ipse sacrificabam. Quid est enĩ aliud ventos pascere/ quam ipsos pascere: hoc est errando eis esse voluptati atque derisui?

Quibus medijs ductus/ astrologorum falsitates vix relinquere poterat: Ca. III.

26.q.2.c.illos planetarios Ideo illos planetarios/ quos mathematicos vocant/ plane consulere non desistebã: quod quasi eis nullum esset sacrificiũ/ et nullę preces ad aliquẽ spiritũ ob diuinationẽ dirigerentur: quod tamen christiana et vera pietas consequẽter repellit et damnat.
Ps.91. Ps.40. Bonum est enĩ cõfiteri tibi domine/ et dicere: miserere mei/ cura animã meam quoniã peccaui tibi. Neque ad licentiã peccandi abuti indulgẽtia tua/
Joh.5.c. sed meminisse dominicę vocis: Ecce sanus factus es: iam noli peccare/ ne quid tibi deterius contingat. Quam totam illi salubritatẽ interficere conantur cũ dicunt: De cęlo tibi est ineuitabilis causa peccãdi: et venus hoc fecit/ aut saturnus/ aut mars. scilicet vt homo sine culpa sit caro et sanguis et superba putredo: culpãdus sit autem cęli ac siderum creator et ordinator. Et quis est hic nisi deus noster/ suauitas et origo iu-
Mat.16.d Ps.50. sticię: qui reddis vnicuique secundum opera eius: et cor contritum et humiliatum non spernis? Erat eo tempore vir sagax/ medicinę artis peritissimus atque in ea nobilissimus: qui proconsule manu sua coronam illam agonisticam imposuerat non sano capiti meo/ sed nõ vt medicus. Nam illius morbi tu sanator: qui resistis superbis/ humili-
Jaco.4.b 1.Pet.5.b bus autẽ das gratiã. Nunquid tamen etiam per illum senem defuisti mihi: aut destitisti mederi animę meę? Quia enĩ factus ei eram familiarior/ et eius sermonibus: erãt enĩ sine verborũ cultu/ viuacitate sententiarũ iocundi et graues: assiduus et fixus inhęrebam. Ubi cognouit ex colloquio meo libris genethliacorum esse me deditũ: benigne ac paterne me monuit vt eos abijcerem: neque curã et operam rebus vtilibus necessariã/ illi vanitati frustra impenderẽ: dicens ita se illam didicisse/ vt victus eius professionem primis annis ętatis suę deferre voluisset/ qua vitã degeret: et si hippocratem intellexisset/ et illas vtique litteras potuisset intelligere: et tamen non ob aliam causam se postea illis relictis medicinam assecutum/ nisi quod eas falsissimas cõperisset: et nollet vir grauis decipiẽdis hominibus victũ quęrere. At tu inquit/ quo te in hominibus sustentas rhetoricam tenes: hanc autem fallaciã libero studio/ nõ necessitate rei familiaris sectaris: quo magis mihi te oportet de illa credere/ qui eam tã perfecte discere elaboraui/ quam ex ea sola viuere volui. A quo ego cũ quęsissem quę ex causa hoc fieret/ vt multa inde vera pronunciarentur: Respondit ille vt potuit/ vim sortis hoc facere in rerum natura vsquequaque diffusam. Si enim de paginis poetę cuiuspiam longe aliud canentis atque intendentis/ cũ forte quis consulit mirabiliter consonus negocio/ sępe versus exiret: mirandum nõ esse dicebat/ si ex anima humana superiore aliquo instinctu nesciente quid in se fieret: non arte sed sorte sonaret aliquid quod interrogantis rebus factisque cõcineret. Et hoc quidem ab illo vel per illum procurasti mihi: et quid ipse postea per meipsum quęrerẽ in memoria mea delimasti. Tunc autẽ nõ ipse nec charissimus meus nebridius adolescens valde bonus et valde cautus irridẽs/ totũ illud diuinationis genus persuadere mihi potuerunt vt hęc abijcerẽ: quoniam me amplius ipsorũ auctorũ mouebat auctoritas: et nullum certũ quale quęrebã documentũ adhuc inuenerã/ quo mihi sine ambiguitate appareret quę ab eis consulti vera dicerent/ sorte nõ arte inspectorum siderum dici.

Qualiter amicum seductum ab eo ⁊ baptizatũ in egritudine mortuumq; deplorabat: Ca.IIII.

(i) N illis annis quo primũ tpe ĩ municipio quo natus sum/docere ceperã/ comparaverã amicũ societate studiorũ nimis charum/coeuũ mihi ⁊ conflorentẽ flore adolescentie. Mecũ puer creverat/et pariter in scholã ieramus/pariterq; luseramus. Sed nondũ sic erat amicus/ ꝙꝗ ne tunc quidem sicuti est vera amicitia: quia nõ est vera/nisi cũ eam tu agglu-
Ro.5.a tinas inter coherẽtes tibi charitate diffusa in cordibus nostris ꝑ spiritũsanctũ/ qui datus est nobis. Sed tamẽ dulcis erat nimis cocta fervore parliũ studiorũ. Nã et a fide vera/quã si germanitus et penitus adolescens tenebat/deflexerã eum in superstitiosas fabellas et pniciosas: ꝓpter quas plãgebat me mater. Mecum iam errabat in animo homo ille: ⁊ nõ poterat anima mea sine illo. Et ecce tu imminens dorso fugiti-
Ps.93. vorũ tuorum: deus vltionũ et fons misericordiarũ simulq; convertẽs nos ad te miris modis: ecce abstulisti hominẽ ð hac vita/cũ vix expleuisset annũ ĩ amicitia mea: suavis mihi sup omnes suavitates illi⁹ vite mee. Quis laudes tuas enumerat vn⁹ in se vno/quas expertus est? Quid tunc fecisti deus meus: et ꝙ investigabilis abyssus iudiciorum tuorum? Cum eni laboraret ille febribus: iacuit diu sine sensu in sudore letali. Et cum desperaretur/baptizatus est nesciens: me nõ curante/ et ꝑsumẽte id retinere poti⁹ animã eius/ quod a me acceperat/nõ quod in nescientis corpe fiebat. Longe aũt aliter erat: nam recreatus est ⁊ salvus factus. Statimq; vt primũ cũ eo loqui potui: potui autẽ mox vt ille potuit: quoniã non discedebam/⁊ nimis pendebamus ex invicẽ. Tẽptavi apud illum irridere/tanq; et illo irrisuro mecũ baptismum quem acceperat mẽte atq; sensu absentissimus: sed tamen iam se accepisse didicerat. At ille ita me exhorruit vt inimicum: admonuitq; mirabili et repentina libertate: vt si amicus esse vellem/talia sibi dicere desinerem. Ego autem stupefactus atq; turbatus/ distuli omnes motus meos: vt convalescens prius/essetq; idoneus viribus valitudinis/ cũ quo agere possem quod vellem. Sed ille abreptus dementie mee/vt apud te servaret consolatiõi mee: post paucos dies me absente repetitur febribus et defungitur. Quo dolore contenebratum est cor meũ: et quicquid aspiciebam/mors erat. Et erat mihi patria supliciũ: et paterna domus mira infelicitas: et quicquid cum illo cõmunicaveram/sine illo in cruciatum immanẽ vertebatur. Expetebant eum vndiq; oculi mei/ ⁊ non dabatur mihi: ⁊ oderã oĩa/ q; nõ haberẽt eũ. Nec mihi iam dicere poterant: ecce venit/ sicut cũ viveret quãdo absens erat. Et factus erã ipse mihi magna questio: et interrogabã animã meã/quare tristis esset/⁊ Ps.41.
quare conturbaret me valde: ⁊ nihil noverat respõdere mihi. Et si dicebã: Spera in deo/iuste nõ obtẽperabat: q; verior erat ⁊ melior homo quẽ charissimũ amiseram/ ꝙ phantasma in qð sperare iubebat. Solus fletus/erat dulc mihi: et successerat amico in delitijs animi mei.

Querit ꝙ sit diversitas lachrymarum in oratione ⁊ in re chara et amissa: Ca.V.

(e) T nũc dñe iam illa transierunt: et tpe lenitũ est vulnus meũ. Possũne audire abs te qui veritas es: et admovere aurẽ cordis mei ori tuo/ vt dicas mihi/cur fletus dulcis sit miseris? An tu ꝙuis vbiq; assis/longe abiecisti a te miseriam nostrã? Et tu in te manes/nos aũt ĩ expimentis volvimur: et tñ nisi ad aures tuas ploraremus/nihil residui de spe nostra fieret. Vñ igit suavis fructus de amaritudine vite carpit/gemere ⁊ flere et suspirare ⁊ ꝯqueri? An hoc tibi dulce ẽ q speram⁹ exaudire te? Recte istud in precib⁹: q; desideriũ ꝑveniẽdi habẽt. Nũquid ĩ dolore amisse rei et luctu quo tũc operiebar? Neq; eni sperabã reviviscere illũ: aut hoc petebã lachrymis/sed tñ dolebam ⁊ flebam. Miser eni eram/⁊ amiseram gaudiũ meum. An ⁊ fletus res amara est ꝑ fastidio rerũ quibus prius fruebamur: ⁊ tũc dum ab eis abhorremus/delectat?

Explicat magnũ affectum quo diligebat amicũ/multis medijs:

(q) Vid autem ista loquor? (Ca.VI.

Nõ eni tẽpus querẽdi nũc ẽ/ sz cõfitẽdi tibi. Miser eni eram/et miser est omnis animus vinctus amicitia rerũ mortaliũ: ⁊ dilaniat cũ eas amittit: ⁊ tunc

sentit miseriã qua miser est/ et anteq̃ amittat eas. Sic enĩ ego eram illo tẽpore/ ⁊ flebam amarissime/ et requiescebam ĩ amaritudine. Ita miser eram/ ⁊ habebam chariorem illo amico meo vitam ipsam miserã. Nam q̃uis eam mutare vellem: nollem tamen amittere magis q̃ illum. Et nescio an vellem vel pro illo/ sicut de oreste et pylade traditur/ si non fingitur: qui vellent pro inuicem vel simul mori: qua morte peius eis erat non simul viuere. Sed ĩ me nescio quis affectus nimis huic cõtrarius ortus erat: et tedium viuendi erat in me grauissimũ/ et moriendi metus. Credo quo magis illum amabam/ eo magis mortem que mihi eum abstulerat tanq̃ atrocissimam inimicã oderam ⁊ timebã: et eam repente cõsumpturã oĩes homines putabã: quia illum potuit. Sic eram oĩnino/ memini. Ecce cor meum deus meus/ ecce intꝰ vide qz memini: spes mea qui me mundas a taliũ affectionũ immundicia/ dirigens oculos

Ps̃.124. meos ad te: et euellens de laqueo pedes meos. ¶ Mirabar enĩ ceteros mortales viuere: quia ille quẽ quasi non moriturũ dilexerã/ mortuus erat: et me ma-

Primũ dictũ quarti libri

Al. tq̃ ab illo gis† quia illi alter erã viuere illo mortuo mirabar. Bene quidam dixit de amico suo: dimidiũ anime mee. Nam ego sensi

2. Retrac. 6. b animã meã et animã illius vnã fuisse animã in duobus corporibꝰ: ⁊ ideo mihi horrori erat vita: qz nolebam dimidius viuere: ⁊ ideo forte mori metuebã/ ne totꝰ ille moreref/ quẽ multũ amauerã.

¶ Primũ dictũ est istud/ dũ loquif augustinꝰ de illo amico/ qui secum ab infantia nutritus fuerat et morte sublatus. Mirabar ĩquit ceteros mortales viuere: qz ille quẽ quasi non moriturum dilexerã/ mortuus erat: et me magis/ quia illi alter eram/ viuere/ illo mortuo mirabar. Ah inq̃t augustinꝰ: dixit q̃dã philosophꝰ de amico suo: dimidium vite sue siue anime sue. Nam et ego ait augustinꝰ/ sensi animã meam ⁊ animã illius vnam fuisse in duobus corporibus: et ideo mihi horrori erat vita: quia nolebam dimidius viuere: et ideo forte mori metuebam/ ne totus ille moreretur/ quem multum amaueram. Sed attende q̃ ista verba augustini non sunt per modum determinantis estimationem quam habuit/ cum adhuc veram amicitiam non haberet erroribus implicatus. Ex quibus verbis potest elici duplex documentum. Primum est/ q̃ quando amicitia est a teneris annis radicata/ tunc fit intensissima: quia istius tante amicitie hic augustinus rationem assignat. Secundum documentum/ q̃ tam mirandam animorum vnionem facit amor/ vt quilibet amicorum se existimet esse vnum cum alio/ et alium esse dimidium sui.

Ostendit inquietudinem animi de morte amici: ⁊ q̃liter de sua patria venerit carthaginem: Ca. VII.

O dementiã nescientem homĩes diligere humaniter: o stultũ hominẽ ĩmoderate humana patientẽ: quod ego tunc erã. Itaq̃ estuabã/ suspirabam/ flebã/ turbabar: nec requies erat nec consiliũ. Portabã enĩ conscissam et cruentã animã meam/ impatientẽ a me portari/ ⁊ vbi eam ponerẽ non inueniebã: Non in amenis nemoribus/ non in ludis atq̃ cantibus/ nec in suaue olentibus locis: nec in conuiuijs apparatis/ neq̃ in voluptate cubilis et lecti: non deniq̃ ĩ libris atq̃ carminibus acquiescebã. Horrebant oĩa/ ⁊ ipsa lux/ ⁊ quicquid non erat quod ille erat/ improbũ et odiosum erat/ preter gemitũ et lachrymas. Nam in eis solis aliquantula requies. Ubi autem inde auferebatur anima mea/ onerabat me grandis sarcina miserie: que a te domine leuanda erat et curanda/ sciebam: sed nec volebam/ nec valebã eo magis: quia non mihi eras aliquid solidũ et firmũ/ cum de te cogitabam. Non enĩ tu eras/ sed vanũ phantasma et error meus erat/ deus meus. Si conabar eam ibi ponere vt requiesceret/ per inane labebatur/ ⁊ iterum ruebat sup me: et ego mihi remanseram infelix locus: vbi nec esse possem/ nec inde recedere. Quo enĩ cor meum fugeret a corde meo? Quo a meipso fugerem? quo non me sequerer? Et tamen fugi de patria: Minus enĩ eum querebant oculi mei/ vbi videre non solebant: atq̃ a tagastensi oppido veni carthaginem.

Quibus medijs consolatꝰ sit/ ⁊ qualiter disputauerit: Ca. VIII.

Non vacant tẽpora/ nec ociose voluuntur per sensus nostros: faciunt in animo mira opera. Ecce veniebant et preteribant de die in diem/ ⁊ veniendo et pretereundo inferebant mihi species alias/ et alias memorias: et paulatim resarciebant me pristinis generibus delectationũ/ quibus cedebat dolor meus ille: sed succedebant nõ quidẽ dolores alij/ cause tamẽ aliorũ dolorũ. Nam vnde me facillime et in intima dolor ille penetrauerat: nisi quia fuderã in arenã animã meã/ diligendo moriturũ ac si non moriturũ?

Maxime quippe me reparabant atq̃ recreabant aliorum amicorum solatia/ cum quibus amabam quod pro te amabam: et hoc erat ingens fabula et longum mendacium: cuius adulterina confricatione corrumpebatur mens nostra pruriens in auribus. Sed illa mihi fabula non moriebatur/ si quis amicorum meorũ moreretur.

Secũdũ dictum ¶ Alia erant que in eis amplius capiebãt animũ: colloqui ⁊ corridere: et vicissim beniuole obsequi: simul legere libros dulciloquos: simul nugari/ et simul honestari: dissentire interdũ sine odio/ tanq̃ ipse homo secũ: atq̃ ipsa rarissima dissensione condire cõsensiones plurimas: docere aliquid inuicem/ aut discere aliquid ab inuicẽ: desiderare absentes cũ modestia: suscipere venientes cũ leticia. His atq̃ huiusmodi signis/ a corde amantiũ et redamantiũ procedentibus per os/ p linguã/ p oculos/ ⁊ mille motus gratissimos: q̃si fomitibus conflare animos/ ⁊ ex pluribus vnum facere.

¶ Secundum dictum: q amicorũ ẽ colloqui et corridere/ vicissim beniuole obsequi/ simul legere/ simul nugari/ simul honestari: dissentire interdum sine odio tanq̃ ipse hõ secũ: docere inuicem aliquid/ aut addiscere aliquid inuicem: desiderare absentes/ suscipere revenientes cum leticia/ ⁊ gestibus corporis conflare ex pluribus animis quasi vnum. Ex quibus dictis colliguntur ille similitudines/ q̃ dicuntur cõmuniter ptinere ad amicos: Quarum prima est cohabitare: Non enim possunt simul colloqui nec alii/ nisi prope habitent. Secunda est cõsentire: et hoc i rebus arduis: licet in facilibus possint mutuo dissentire/ sic hic exponit augustinus. Tertia est condelectari: quia illi qui consentiunt sibi inuicem in rebus/ in eisdem gaudent/ et tristantur p consequẽs. Quarta est communicare/ vt i mutuis obsequijs sibi cõmunicent beniuole inquit obsequendo.

Quid sit in amicis dilectum: et quis vere diligatur: Ca. IX.

Tertiũ dictũ Hoc est quod diligit i amicis: et sic diligit/ vt rea sit sibi humana conscientia/ si non amauerit redamantem: aut si amãtem non redamauerit: nihil querens ex eius corpore preter indicia beniuolẽtie. Hinc ille luctus si quis moriatur/ et tenebre dolorum: ⁊ versa dulcedine in amaritudinẽ cor madidum: ⁊ ex amissa vita morientiũ mors viuentium.

¶ Tertium dictum/ q rea est sibi humana conscientia si non amauerit redamantẽ: aut si amantem nõ redamauerit/ nihil querens ex eius corpore preter indicia beniuolẽtie. Ex quo dicto accipiuntur duo moralia documenta. Primũ documentum ẽ/ q naturaliter quilibet inclinatur ad amandum amantem se: quia si nõ amet/ ream se consciẽtia inquit eius sentit tanq̃ refugiens istã qualitatẽ. Secundũ documentum/ q amans non querit in amato per se nisi dilectionem/ tanq̃ melius quod impendi potest: quia dicit q nõ querit nisi signa beniuolentie per que possit scire q amat.

Quartũ dictum ¶ Beatus q amat te/ et amicũ in te/ et inimicum propter te.

¶ Quartum dictum est istud: Domine beatus est q amat te/ ⁊ amicũ in te/ et inimicum propter te. Ex quo dicto accipitur argumentum/ q beatitudo cõsistit in actu amãdi. Sed que differentia significatur/ cũ dicitur amicus diligi in deum/ et inimicus propter deum. Dicitur autem q li propter/ dicit habitudinem cause extrinsece/ vtpote finis: et li in/ dicit habitudinem intrinsece/ vt formalis. Et quia dilectio inimici ẽ solum ab extrinseco: et amici ab intra fm naturalem inclinationem/ licet respectu eiusdem: ideo dicitur/ in deum/ et propter deum.

Quintum dictum Solus enĩ nullũ charũ amittit/ cui omnes in illo chari sunt qui non amittitur. Et quis est iste nisi deus noster: deus qui fecit celũ et terram et implet ea: quia implendo ea facit ea? Te nemo amittit nisi qui dimittit. Et qui dimittit/ quo it aut quo fugit/ nisi a te placido ad te iratum? Nam vbi non inuenit legem tuam in pena sua? Et lex tua veritas/ et veritas tu. Ps. 118.

¶ Quintum dictum/ q solus ille nullum charũ amittit/ cui omnes in illo chari sunt qui non amittitur/ scilicet deus. Ex quo dicto accipitur documentum/ q ille q omnia diligit propter deũ/ nihil potest amittere: cũ non possit deum amittere/ propter quem cetera diligit vniuersa.

Q̃ ois creature pulchritudo ex deo ẽ: vñ ⁊ ipse ex oibus ⁊ in omnibus laudandus: Ca. X.

Deus virtutũ conuerte nos/ ⁊ ostẽde faciẽ tuã ⁊ salui erimus. Nã quaquẽ versũ se verterit aia hominis/ ad dolores figit/ alibi p̃terq̃ in te. Tãetsi figit in pulchris extra te ⁊ extra se: que tñ nulla essent nisi essẽt abs te/ que oriunt ⁊ occidũt/ ⁊ oriendo quasi esse incipiũt: et crescũt vt pficiant/ ⁊ pfecta senescunt ⁊ intereũt: etenĩ oia senescunt/ ⁊ omnia intereũt. Ergo cũ oriunt ⁊ tẽdũt esse: quo magis celeriter crescũt vt sint/ eo magis festinãt vt nõ sint. Sic ẽ modus eorũ: Tantũ dedisti eis/ quia partes sunt rex que nõ sunt omnes simul: sed decedẽdo ac succedendo agunt omnes vniuersum/ cuius partes sunt. Ecce sic peragitur ⁊ sermo noster p signa sonãtia: Nõ enĩ erit totus sermo/ si vnũ verbũ nõ decedat cũ sonuerit p ptes suas vt succedat aliud. Laudet te ex illis anima mea deus creator omniũ: sed nõ infigat in eis glutino amoris p sensus corporis. Eunt enĩ quo ibant Ps. 79.

vt non sint:et conscindunt eam desiderijs
pestilentiosis: quoniā ipsa esse vult/ et re-
quiescere amat in eis quę amat:in illis au-
tem non est/vbi: quia non stant: fugiunt:
et quis ea sequitur sensu carnis: aut quis
ea cōprehendit/vel cum pręsto sunt? Tar-
dus est eni sensus carnis:quoniam sensus
carnis est: ⁊ ipse est modus eius. Sufficit
ad aliud ad quod factus est: ad illud autē
non sufficit vt teneat transcurrētia ab ini-
tio debito vsq; ad finem debitum. In ver
bo eni tuo per quod creantur/ ibi audiunt
hinc et huc vsq;.

Q omnia creata sunt mutabilia in se/in deo stabilia: Ca.xi.

n Oli esse vana anima mea/ ⁊ obsur
descere in aure cordis tumultu va
nitatꝭ tuę. Audi ⁊ tu. Verbū ipsū
clamat vt redeas:⁊ ibi ē locus quietis im-
perturbabilis/vbi nō deserit amor si ipse nō
deserat. Ecce illa discedunt vt alia succe-
dant:⁊ omībus suis partibus constet infi-
ma vniuersitas. Nūquid ego aliquo disce
do/ait verbū dei? Ibi fige mansionē tuā:
ibi cōmenda quicquid inde habes anima
mea/saltē fatigata fallacijs. Veritati com
menda quicquid tibi est a veritate/⁊ nō p-
des aliquid: ⁊ reflorescēt putrida tua/ ⁊ sa-
nabunt omnes languores tui/ ⁊ fluxa tua
reformabunt/⁊ renouabunt et constringē
tur ad te/⁊ nō te deponēt quo descendūt:
sed stabunt tecū/⁊ pmanebūt ad semp stā-
tem ac permanentē deū. Ut quid peruer-
sa sequeris carnē tuam? Ipsa te sequatur
conuersa. Quicquid per illam sentis i par
te ē: ⁊ ignoras totū cuius hę partes sunt:
⁊ delectat te tamen. Sed si ad totū compre
hendēdū esset idoneus sensus carnis tuę:
ac non et ipse in parte vniuersi accępisset p
pęna tua iustum modū: velles vt transiret
quicquid existit in pręsenti/ vt magis ti-
bi omnia placerent. Nam et quod loqui-
mur per eundē sensum carnis audis: ⁊ non
vis vtiq; stare syllabas/sed transuolare vt
alię veniant/⁊ totum audias. Ita semper
omnia quibus vnū aliquid constat: et nō
simul sunt omnia ea quibus constat: plus
delectant omnia q̄ singula/ si possint sen-
tiri omīa. Sed longe his melior qui fecit
omnia: et ipse est deus noster/⁊ non disce-
dit: quia nec succeditur ei. Si placent cor-
pora/deum ex illis lauda: et in artificē eo-
rum retorque amorem: ne in his quę tibi
placent tu displiceas.

Quibus medijs nos in se reduxerit:et qualiter sit ascendendum vt ad eum veniamus: Ca.xii.

f I placent animę/in deo amentur:
quia et ipsę mutabiles sunt: ⁊ in il
lo fixe stabiliuntur: alioquin irent
et perirent. In illo ergo amētur: ⁊ rape ad
eum tecū quas potes/et dic eis: Hūc ame-
mus/hunc amemus: ipse fecit hęc/ et non
est longe. Non eni fecit atq; abijt/sed ex il
lo in illo sunt. Ecce vbi est/vbi sapit veri-
tas. Intimus cordi est: sed cor errauit ab
eo. Redite pręuaricatores ad cor: ⁊ inhęre- Esa:46.c
te illi qui fecit vos. State cū eo/⁊ stabitis.
Requiescite i eo/et quieti eritis. Quo itis
in aspera? quo itis? Bonum quod amatis
ab illo est: sed quantū est ad illū/ bonū est
et suaue. Sed amarū erit iuste: quia iniu-
ste amatur deserto illo/quicquid ab illo ē.
Quo vobis adhuc et adhuc ambulare vi-
as difficiles et laboriosas? Non est requi-
es vbi quęritis eā. Quęrite quod quęritꝭ:
sed ibi nō est vbi quęritis. Beatā vitā quę-
ritis in regione mortis: non est illic. Quo-
modo eni beata vita/vbi nec vita? Et de-
scendit huc ipsa vita nostra/et tulit mortē
nostrā: et occidit eam de abundantia vitę
suę: et tonuit clamans/ vt redeamus hinc
ad eū in illud secretū vñ processit ad nos:
in ipsum primū virginalē vterū/vbi ei nu-
psit humana creatura caro mortalis/ nec
semp mortalis: ⁊ inde velut sponsus proce Ps.18.
dens de thalamo suo: exultauit vt gigas
ad currendam viam. Nō eni tardauit/ sed
cucurrit clamans dictis/factis/ morte/ vi-
ta: descensu/ascensu clamans vt redeam⁹
ad eum. Et discessit ab oculis: vt redeam⁹
ad cor/et inueniamus eum. Abscessit eni/
et ecce hic est. Noluit nobiscum diu esse/ ⁊
non reliquit nos. Illuc eni abscessit vnde
nunq̄ recessit: quia mundus per eum fa-
ct⁹ est: ⁊ in hoc mundo erat: et venit in hūc Joh.1.a
mundū peccatores saluos facere: cui confi 1.timoth.1.c.
tetur anima mea vt sanet eam/quia pecca Ps.40.
uit illi. Filij hominū vsq;quo graues cor- Ps.4.
de? Nunquid et post descensum vitę non
vultis ascendere et viuere? Sed quo ascen
ditis quando in alto estis/et posuistis i cę- Ps.72.
lum os vestrum? Descendite vt ascēdatis/
et ascendatis ad deum. Cecidistis enim

ascendendo cōtra eum. Dic eis ista vt plorent in conualle plorationis: et sic eos rape tecum ad deū: quia de spiritu eius hęc dicis eis/ si dicis ardens igne charitatis.

Quare omnis creatura amabilis sit/ et vnde creator: Ca. XIII.

b Et tunc nō noueram/ et amabam pulchra inferiora: et ibam in profundum: et dicebam amicis meis: Nū amamus aliquid nisi pulchrū? Quid est ergo pulchrum? et quid est pulchritudo? Quid est quod nos allicit et conciliat rebus quas amamus? Nisi enī esset in eis decus et species/ nullo modo nos ad se mouerent. Et animaduertebam ⁊ videbā in ipsis corporibus aliud esse quasi totū: ⁊ ideo pulchrum: Aliud autē quod ideo deceret: quoniā apte accōmodaretur alicui: sicut pars corporis ad vniuersum suū/ aut calciamentū ad pedē/ et similia. Et ista cōsideratio scaturiuit in animo meo ex intimo corde meo: et scripsi libros de pulchro ⁊ apto: puto duos aut tres: Tu scis deus: Nam excidit mihi. Nō enī habemus eos/ sed aberrauerunt a nobis/ nescio quō.

Qr librum de apto et pulchro ad oratorem romanū scripserit: et q̄re ipsū amauerit: Ca. XIIII.

A Ar. thiberiū q Uid ē autem quod me mouit domine de⁹ meus/ vt ad ✝ icberiū romanę vrbis oratorem scriberem illos libros: quē non nouerā facie/ sed amaueram hominem ex doctrinę fama quę illi clara erat: et quędam verba eius audierā/ et placuerant mihi? Sed magis quia placebat alijs: et efferebant eum laudib⁹ stupentes/ ꝙ ex homine syro docto prius grecę facundię: postea in latina etiam doctor mirabilis extitisset: et esset scientissimus rerum ad studium sapientię pertinentiū/ mihi placebat. Laudatur homo/ ⁊ amatur absens. Utrum nam ab ore laudantis intrat in cor audiētis amor ille? Absit: Sed ex amante alio accenditur alius. Hinc enī amatur qui laudatur/ dum nō fallaci corde laudatoris prędicari creditur: id est cum amans eum laudat. Sic enim tunc amabā homines ex hominum iudicio: non enim

B ex tuo deus meus/ ī quo nemo fallit. Sed tñ cur non sicut auriga ille nobilis/ sicut venator studijs popularibus diffamat⁹: sed longe aliter et grauiter: et ita quemadmodum et me laudari vellem? Non autem vellem ita laudari et amari me vt histriones: q̄ꝗ̄ eos et ipse laudarem et amarem: sed eligens latere q̄ ita notus esse/ et velle haberi odio q̄ sic amari: Ubi distribuuntur ista pondera variorum et diuersorum amorum in anima vna? Quid est quod amo in alio/ qđ rursus nisi odissem/ non a me detēstarer et repellerem/ cum sit vterq̄ nostrum homo? Non enī sicut equ⁹ bonus amat ab eo qui nollet hoc esse/ etiam si posset: hoc et de histrione dicendum est/ qui naturę nostrę soci⁹ ē. Ergo ne amo in homine quod odi esse/ cum sim homo? Grande profundum est ipse homo/ cuius etiam capillos tu dñe numeratos habes: Mat. 10. d et non minuunt in te: et tamē capilli eius magis numerabiles sūt q̄ affect⁹ ei⁹/ ⁊ motus cordis ei⁹. At ille rhetor ex eo erat genere: quem sic amabam/ vt vellem me esse talem: et errabam typo/ et circumferebar C omni vento: et nimis occulte gubernabar abs te. Et vnde scio/ et vnde certus confiteor tibi/ ꝙ illum in amore laudantiū magis amauerā/ q̄ ī rebus ipsis de q̄bus laudabat? Quia si nō laudatū eū vituparēt/ eū idē ipsi ⁊ vituperādo atq̄ spernendo ea ipsa narrarent: nō accēderer in eū ⁊ nō excitarer: ⁊ certe res non alię forent/ nec homo ipse alius/ sed tm̄modo affectus alius narrantium. ¶ Ecce vbi iacet anima īfirma: nondum hęrēs soliditati veritatis. Sicut aurę linguarū flauerint a pectoribus opinantiū: ita fertur ⁊ vertitur/ torquet ac retorquetur ⁊ obnubilatur ei lumē/ ⁊ nō cernit veritas: Et ecce est añ nos. Et magnum quiddam mihi erat/ si sermo meus et studia mea illi viro innotescerent.

¶ Sextum dictum/ ꝙ in hac vita anima nostra iacet infirma/ nondum herens soliditati veritatis. Et sicut inq̄t aure linguarum flauerint a pectoribus opinātium: ita fert et vertit/ torquet ac retorquet ⁊ obnubilat ei lumē/ et non cernitur veritas. Ex quo dicto accipiūtur duo notabilia documenta. Primum est ꝙ anima nostra in ista vita parum potest habere de solida veritatis noticia. Secundum documentū ꝙ diuersitas opinantiū et contrarietas loquentium obnubilat veritatē in rebus. Sextū dictū

Quę si pbaret/ flagrarē magis: si autē improbaret/ sauciaret cor vanū et inane soliditatis tuę. Et tñ pulchrū illud atq̄ aptū/ vnde ad eum scripserā: libenter animo versabā/ ob os contemplationis meę: ⁊ nullo collaudatore mirabar.

De corporalibus imaginibus contenebratus/non potuit capere spiritualia: Ca.xv.

A Sed tantę rei cardinem in arte tua nondum videbam omnipotens:
Ps.71. qui facis mirabilia sol⁹: et ibat animus meus p formas corporeas: et pulchrū quod per seipsum: aptum autem quod ad aliquid accōmodatum deceret definiebā et distinguebam/ et exemplis corporeis astruebam. Et conuerti me ad animi naturam: et non me sinebat falsa opinio/ quā de spiritalib⁹ habebā/ verū cernere. Et irruebat in oculos meos ipsa vis veri/ et auertebā palpitantē mentem ab incorporea re ad liniamenta et colores/ et tumentes magnitudines. Et quia non poteram ea videre in animo/ putabā me nō posse videre animū meū. Et cum in virtute pacem amarem/ in
B vitiositate autē odissem discordiā: In illa vnitatem/ in ista quandā diuisionē notabam: Inqȝ illa vnitate mens rationalis et natura veritatis ac sūmi boni mihi esse videbat: in ista vo diuisione irrationalis vitę/ nescio quam substantiā et naturā summi mali: quę nō solum esset substantia/ sed omnino vita esset: et tamen abs te nō esset deus meus ex quo sunt omnia/ miser opinabar: Et tamen illam monaden appellabam: tanq̄ sine vllo sexu mentem: hanc vero diaden/ iram in facinoribus/ libidinem in flagitijs: nesciens quid loquerer. Non enim noueram neqȝ didiceram/ nec vllam substantiam malum esse: nec ipsam mentē nostram summū atqȝ incōmutabile bonum. Sicut enim facinora sunt/ si vitio
C sus est ille animi motus/ in quo est impet⁹/ et se iactat insolenter ac turbide/ et flagitia si est immoderata illa animę affectio/ q̄ carnales hauriuntur voluptates: ita errores et falsę opiniones vitā contaminant/ si rationalis mens ipsa vitiosa ē: qualis in me tunc erat nesciente alio lumine illam illustrandā esse/ vt sit particeps veritat: quia
Ps.17. nō est ipsa natura veritatis: Quoniam tu illuminabis lucernā meā/ dne de⁹ me⁹ il
Joh.1.b luminabis tenebras meas: Et de plenitudine tua nos omnes accepimus. Es eni tu
Jaco.1.c lumen verum quod illuminat omnē hominem venientē in hūc mundū: quia in te nō est transmutatio/ nec momenti obumbratio: Sed ego conabar ad te/ et repellebar abs te/ vt saperem mortē: quoniam superbis resistis. Quid autem superbius/ q̄ vt 1. Pet.5.b
assererem mira dementia me id esse naturaliter quod tu es: Cū enim ego essem mutabilis/ et eo mihi manifestū esset/ q ideo vtiqȝ sapiēs esse cupiebam/ vt ex deteriore melior fierē: malebam tamen etiā te opinari mutabilem/ q̄ me non hoc esse quod tu es. Itaqȝ repellebar/ et resistebas vētosę ceruici meę: et imaginabar formas cor D
poreas/ et caro carnē accusabam: et spirit⁹ Ps.77.
ambulans nondū reuertebar ad te: et ambulando ambulabā in ea quę nō sunt: neqȝ in te/ neqȝ in me/ neqȝ in corpe: neqȝ mihi creabantur a veritate tua/ sed a mea vanitate fingebant ex corpore: et dicebā paruulis fidelibus tuis ciuibus meis: a quib⁹ nesciens exulabā: dicebam illis garrulus et ineptus: Cur ergo errat anima quam fecit deus: Et mihi nolebā dici: cur ergo errat deus: Et contendebā magis incōmutabilem tuam substantiā coactā errare/ q̄ meam mutabilē sponte deuiasse/ et pene errare confitebar. Et eram ętate annorū fortasse vigintisex aut septem/ cum illa volu
mina scripsi/ voluens apud me corporea E
figmenta obstrepentia cordi meo et auribus/ quas intendebā dulcis veritas in interiorē melodiam tuam: cogitans de pulchro et apto: et stare cupiens et audire te: et
gaudio gaudere ppter vocem sponsi/ et nō Joh.3.d
poteram: quia vocibus erroris mei rapiebar foras/ et pondere superbię meę in ima
decidebam. Nō enim dabas auditui meo Ps.50.
gaudium et lęticiā: aut exultabāt ossa quę humiliata nō erant.

De decem cathegorias aristotelis/ et eas artes q̄s vocant liberales p seipsū intellexerit: Ca.xvi.

Et quid mihi pderat q annos na A
tus ferme viginti/ cum in manus meas venissent aristotelica quędā
quas appellant decem cathegorias: quarum nomine cum eas rhetor carthaginensis magister meus buccis typo crepantib⁹ cōmemoraret: et alij qui docti habebantur tanq̄ in nescio quid magnum et diuinum suspensus inhiabam: legi eas solus et intellexi: Quas cum contulissem cū eis/ qui se dicebāt vix eas magistris eruditissimis: non loquentibus tm: sed multa in puluere depingētibus intellexisse: nihil inde aliud

Has cathegorias posita transtulit ps/ tio suo

mihi dicere potuerunt/ ꝗ ego solus apud
meipsum leges cognoueram. Et satis aper-
te mihi videbantur loquentes de substan
tiis/sicuti est homo: et que in illis essent/si-
cuti est figura hominis/qualis sit: et statu-
ra/quot pedum sit: et cognatio/cuius fra-
ter sit/aut vbi sit constitutus/ aut quando
natus/aut stet an sedeat/aut calciatus vel
armatus sit/aut aliquid faciat/ aut patia-
tur aliquid: et quecũq; in his nouem gene-
ribus/quorum exempli gratia quedã po-
sui: vel in ipso substantie genere innume-
B rabilia reperiuntur. Quid hoc mihi pro-
Notãt ꝗ po- derat/quando et oberat: cum etiam te de-
nẽtes deũ in us meus mirabiliter simplicem atq; incõ-
predicamẽto mutabilem illis decem predicamentis pu-
tans quicquid esset omnino comprehensũ
sic intelligere conarer/ quasi et tu subiect⁹
esses magnitudini tue aut pulchritudini:
vt illa essent in te quasi subiecto/sicut in cor-
pore: cum tua magnitudo et tua pulchritu-
do tuipse sis: corpus autem non eo sit ma
gnum et pulchrum quo corpus est: quia et
si minus magnum et minus pulchrum es-
set/nihilominus corpus esset. Falsitas enim
erat quam de te cogitabam/nõ veritas: et
figmenta miserie mee/ nõ firmamenta be-
atitudinis tue. Iusseras enim et ita fiebat
Gen.3.c in me/vt terra spinas et tribulos pareret mi-
hi: et cum labore peruenirem ad panẽ me-
C um. Et quid mihi proderat ꝙ omnes libros
artiũ quas liberales vocant/ tunc nequis-
simus malarum cupiditatũ seruus per me-
ipsum legi: et intellexi quoscunq; legere po
tui: et gaudebam in eis: et nesciebam vn-
de esset/ quicquid ibi verum et certum es-
set? Dorsum enim habebam ad lumẽ/ et ad
ea que illuminant faciem: vnde ipsa facies
mea qua illuminata cernebã/ non illumi-
Septimũ nabat. ¶ Quicquid
dictum de arte loquendi et
differendi/ quicquid
de dimensionibus fi-
gurarũ/ et de musicis/
et de numeris sine ma
gna difficultate/ nul-
lo hominũ tradẽte in
tellexi: scis tu domi-
ne deus meus: quia
et celeritas intelligen
di et discendi acumẽ/
donũ tuũ est: sed nõ

¶ Septimum dictum est
istud: Quicquid de ar-
te dialectica loquendi et
differendi: quicquid de
dimẽsionib⁹ figurarũ/ et
de musicis et de nũeris:
sine magna inde difficul
tate/ nullo hoim tradẽte
intellexi: tu scis dñe de⁹
meus. Ex quo dicto ac-
cipit argumẽtũ/ ꝙ scia
illi⁹ hois fuerit diuin⁹ in-
fusa/ et nõ hũanit⁹ acqsi-
ta: cũ hoies ingeniosissi-
mi istas doctrinas addi
scant ceteris docẽtib⁹ cũ
ingenti difficultate.

inde sacrificabã tibi. Itaq; mihi nõ ad vsũ
sed ad perniciẽ magis valebat: qꝛ tã bonã
partẽ substãtie mee sategi habere in ptãte:
et fortitudinẽ meã nõ ad te custodiebã: sꝫ ꝓ Ps.58.
fectus sũ abs te in lõginquã regionẽ/ vt eã Luc.15.c.
dissiparẽ in meretricias cupiditates. Nam
quid mihi ꝓderat bona res non vtenti bñ?
Non enĩ sentiebã illas artes/ etiã ab studi-
osis et ingeniosis difficillime intelligi/ nisi
cum easdem eis conabar exponere: et erat
ille excellẽtissimus in eis/ qui me exponen-
tẽ nõ tardi⁹ sequeret. Sꝫ qd hoc mihi ꝓde-
rat putãti ꝙ tu dñe de⁹ me⁹ veritas corp⁹
esses lucidũ et immensũ: et ego frustũ de illo
corpe? Nimia ꝑuersitas. Sed sic eram: nec D
erubesco de⁹ meus ꝯfiteri tibi in me miseri-
cordias tuas/ et inuocare te/ qui nõ erubui
tũc ꝯfiteri hoibus blasphemias meas: et la
trare aduersũ te. Quid ergo mihi tũc ꝓde-
rat ingeniũ ꝑ illas doctrinas agile: et nullo
adminiculo hũani magisterij tot nodosissi
mi libri enodati/ cũ deformiter et sacrilega
turpitudine in doctrina pietatis errarẽ? Aut
quid tantũ oberat paruulis tuis longe tar
dius ingeniũ/ cũ a te longe non recederẽt/
vt in nido ecclesie tue tuti plumescerent: et
alas charitatis alimento sane fidei nutri-
rẽt? O dñe deus noster/ in velamẽto alarũ Ps.62.
tuarũ speramus: et ꝓtege nos et porta nos.
Tu portabis et paruulos: et vsq; ad canos Esa.46.b.
tu portabis: qm̃ firmitas nostra qñ tu es/
tũc est firmitas: cũ aũt nostra ẽ/ infirmitas
est. Viuit apud te semꝑ bonũ nostrũ: et qꝛ
inde auersi sum⁹/ ꝑuersi sum⁹. Reuertamur
iã dñe vt nõ euertamur: qꝛ viuit apud te si-
ne vllo defectu bonũ nostrũ qđ tuipse es:
et nõ timebimus/ ne nõ sit quo redeamus:
qꝛ nos inde ruimus: nobis autẽ absentib⁹
nõ ruit dom⁹ nostra eternitas tua.

Sancti augustini episcopi liber cõfessi-
onũ quartus explicit.

Annotatio capitulorum quin-
ti libri eiusdem.

1 Offert deo cõfessionẽ suã/ et excitat
mentẽ ad deũ laudandũ.
2 Que causa elongationis creature a
deo/ et ꝙ nociua sit.
3 Qualiter faustũ manicheorũ episco
pũ audiẽs de astrologia docentẽ:
nec tamen aliquid vere fidei/ sed ꝗ
prius didicerat.

4 Exemplo ostẽdit hoiem nõ esse meliorẽ/si plura sciat et deũ ignoret.

5 Ostendit audaciá et superbiam fausti/iactantis i se spiritumsanctum esse: et tamen minima ignorantis et errãtis in fide ⁊ mathematicis.

6 Q fausti sermones ornati non satisfaciebant augustino: nec doct᷒ aut eloquẽs ex arte/ sed a natura erat.

7 Ignarũ cũ inuenit augustinus faustum/ vt ipse fatetur/in secta manicheorum proficere desperauit.

8 Que fuerit augustino causa proficiscendi romã: ⁊ quare maternus fletus ꝓ eo non fuerit exauditus.

9 Q egrotans augustinus non quesiuit anime salutẽ: et de maternis lachrymis.

10 Qualis fuerit fides augustini ante conuersionẽ.

11 Qualiter augustinus contulerit cũ catholicis.

12 Qualiter rome rhetoricam docuerit/ et q vitia in adolescentibus oderit.

13 Quomodo venerit mediolanum/ ⁊ audiuerit ambrosiũ in ecclesia disputantem.

14 Q audiẽs curiose in ecclesia sermones/inceperit manicheorꝫ dogmata relinquere.

Eiusdem diui aurelij augustini epi/cõfessionũ liber quit᷒ incipit.

Offert deo cõfessionem suam: et excitat mentem ad deum laudandum: Ca.I.

Ccipe sacrificiũ cõfessionũ mearũ de
a manu lingue mee/ quam formasti ⁊ excitasti: vt cõfiteat nomini tuo: et sana
Ps.40. omnia ossa mea/ ⁊ dicant: Dñe quis simi-
Ps.82. lis tibi? Neqꝫ eñi docet te quid in se agat qui tibi confitet: quia oculũ tuũ nõ excludit cor clausum/ nec manũ tuã repellit duricia hominũ: sed soluis eam cũ voles/aut
Ps.18. miserans aut vindicans: ⁊ nõ est qui se abscõdat a calore tuo. Sed te laudet anima mea vt amet te: ⁊ confiteatur tibi miserationes tuas vt laudet te. Nõ cessat nec tacet laudes tuas vniuersa creatura tua: nec spũs omnis per os cõuersum ad te: nec animalia nec corporalia per os considerantiũ ea: vt exurgat in te a lassitudine anima nostra/innitens eis que fecisti: ⁊ transiens ad te qui fecisti hec mirabiliter: ⁊ ibi refectio ⁊ vera fortitudo.

Que causa elõgationis creature a deo/ ⁊ q̃ꝫ nociua sit: Ca.II.

Ant ⁊ fugiant a te inquieti ⁊ iniq: A
c ⁊ tu vides eos/ et distinguis vmbras: ⁊ ecce pulchra sunt cũ eis omnia/⁊ ipsi turpes sunt. Et quid nocuerunt tibi/aut in quo imperiũ tuũ dehonestauerunt a celis/vsqꝫ in nouissima iustũ ⁊ integrũ? Quo eñi fugerunt cũ fugerent a facie Ps.138.
tua: aut vbi tu nõ inuenis eos? Sed fugerunt vt nõ viderent te videntẽ se/ atqꝫ excecati in te offenderent: q2 non deseris ali- Se. [illegible]
quid eorꝫ que fecisti. In te offenderẽt iniusti/⁊ iuste vexarent/ subtrahẽtes se lenitati tue: ⁊ offendẽtes in rectitudinẽ tuam: ⁊ cadentes in asperitatẽ tuam: videlicet nesciunt q vbiqꝫ sis/quem nullus circumscribit locus: et solus es presens/etiam his qui lõge fiunt a te. Conuertantur ergo et que- B
rant te: quia non sicut ipsi deseruerunt te creatorem suum: ita et tu deseruisti creaturam tuam. Ipsi conuertant et querant te: et ecce ibi es in corde eorum/ in corde confitentium tibi/ ⁊ proijcientiũ se in te: ⁊ plorantium in sinu tuo post vias suas difficiles: et tu facilis terges lachrymas eorum/ vt magis plorent et gaudeant in fletibus: quoniam tu domine/ nõ aliquis homo caro et sanguis/sed tu domine qui fecisti/ reficis ⁊ consolaris eos. Et vbi ego erã quãdo te querebã? Et tu eras ante me: ego autem ⁊ a me discesserã: nec me inueniebam/ quanto minus te.

Qualiter faustum manicheorꝫ epm audiens de astrologia docẽte: nec tamẽ aliqd vere fidei/ sed que prius didicerat: Ca.III.

Roloquar in cõspectu dei mei an- A
p nũ illũ vndetricesimũ etatis mee. J.li.6. ca.11.
Jã venerat carthaginẽ quidãma- Ri.1.contra faustũ in prin.
nicheorꝫ eps faustus nomine/ magnus la- De vtilitate credendi ca.
queus diaboli: et multi implicabant in eo 16.b.
ꝑ illecebrã suauis eloquentie: quã ego tã- Ar. [illegible]
etsi laudabã/discernebã tamẽ a veritate re-
rũ/quarꝫ discendarũ auidus erã: nec quali vasculo sermonis/sed quid mihi scietie co-

medendū apponeret nominatus apud eos
B ille faustus intuebar: fama eñ ð illo p̄locuta mihi erat/ q̄ esset honestarū omniū doctrinarū peritissimus: ꝛ apprime disciplinis liberalibus eruditus. Et quoniā multa philosophorū legerā/ memorieq̄ mandata retinebam: ex eis quedā compabam illis manicheorū longis fabulis: et mihi p̄babiliora ista videbant̄ que dixerunt illi/
Sap.13.b. qui tantū potuerūt valere/ vt possent estimare seculū/ q̄ꝗ̄ eius dn̄m minime inuenerint:
Ps.137. Quoniā magn⁹ es dn̄e/ ꝛ humilia respicis: excelsa autē a longe cognoscis. Nec ꝓpinquas nisi obtritis corde: nec inueneris a superbis: nec si illi curiosa peritia numerent stellas ꝛ arenam/ ꝛ dimetiant̄ sidereas plagas/ ꝛ inuestigent vias astrorum. Mente eñ sua querunt ista/ et ingenio qd̄ tu dedisti eis: ꝛ multa inuenerūt/ ꝛ p̄nunciauerunt ante multos annos defectus luminariū solis ꝛ lune: quo die/ q̄ hora/ quāta ex parte futuri essent/ et non eos fefellit numerus: et ita factū est vt p̄nunciauerunt: et scripserunt regulas indagatas/ et legūtur hodie: atq̄ ex eis p̄nunciat̄ quo anno/ ꝛ quo mense anni/ ꝛ quo die mēsis/ ꝛ qua hora diei: ꝛ quota parte luminis sui defectura sit luna vel sol: et ita fiet vt p̄nunciatur.
C Et mirantur hec homines ꝛ stupent qui nesciunt ea: ꝛ exultant atq̄ extolluntur qui sciunt: ꝛ p impiam superbiā recedētes ꝛ deficientes a lumine tuo: tanto ante solis defectum futurum p̄uident: et in p̄sentia suum nō vident. Non eñ religiose querunt vnde habeant ingeniū quo ista querunt. Et inuenientes quia tu fecisti eos/ nō ipsi se dant tibi vt serues quod fecisti: ꝛ quales se ipsi fecerant/ occidunt se tibi: ꝛ trucidant exaltationes suas sicut volatilia: et curiositates suas sicut pisces
Ps.8. maris/ quibus perambulant secretas semitas abyssi/ et luxurias suas sicut pecora cam-
Deut.4.d pi: vt tu deus ignis edax consumas mortuas curas eorum/ recreans eos immortaliter. Sed nō nouerunt viam/ verbum tu-
Joh.1.a. um/ per qd̄ fecisti oia ea que numerant: et ipsos qui numerant: et sensum quo cernūt que numerant: et mentem de qua nume-
Ps.146. rant: et sapientie tue non est numer⁹. Ipse
1.Cor.1.d autem vnigenitus factus est nobis sapiētia et iusticia et sanctificatio: ꝛ numeratus
Mat.22.b est inter nos/ et soluit tributum cesari. Nō nouerunt hanc viam qua descendant ad illum a se: et per eum ascendant ad eū. Nō nouerunt hanc viam/ et putant se excelsos esse cum sideribus ꝛ lucidos: et ecce ruerunt in terram: et obscuratum est insipiēs cor eorum. Ro.1.c
D Et multa vera de creatura dicunt: et verum creature artificem non pie querunt/ ꝛ ideo non inueniunt: aut si inueniunt/ cognoscentes deum nō sicut deum honorāt/ aut gratias agunt: sed euanescūt in cogitationibus suis: ꝛ dicūt se esse sapientes/ sibi tribuendo que tua sunt: ac per hoc student peruersissima cecitate etiam tibi tribuere que sua sūt: mendacia scʒ in te conferentes qui veritas es: ꝛ immutantes gloriā incorrupti dei in similitudinē imaginis corruptibilis hominis/ ꝛ volucrum/ et quadrupedum/ et serpentium: ꝛ conuertunt veritatem tuam in mendacium: ꝛ colunt et seruiunt creature potius q̄ creatori. Multa tamen ab eis ex ipsa creatura vera dicta retinebam: et occurrebat mihi ratio per numeros et ordinē temporū/ ꝛ visibiles attestationes siderum: ꝛ conferebam cū dictis manichei/ qui de his rebus multa scripsit copiosissime delyrans: et nō mihi occurrebat ratio/ nec solsticiorū et equinoctiorum/ nec defectuū luminarium: nec quicquid tale in libris secularis sapientie didicerā. Ibi autem credere iubebar/ et ad illas rationes numeris et oculis meis exploratas/ non occurrebat/ et longe diuersum erat.

Exemplo ostendit hominē nō esse meliorem si plura sciat/ ꝛ deū ignoret: Ca.iiii.

Nunquid domine deus veritatis/ quisquis nouit ista/ iā placet tibi?
¶ Infelix eñ hō q̄ scit illa oīa/ te aūt nescit: beat⁹ aūt q̄ te scit/ etiā si illa nesciat. Qui vo te ꝛ illa nouit/ nō ꝓpt̄ illa beatior/ sʒ ꝓpter te solū beatus ē: si cognoscēs te sicut deū glorificet ꝛ grās agat: ꝛ nō euanescat in cogitatiōib⁹ suis.

¶ Primum dictum est illud: Infelix homo qui scit oīa illa scʒ creata/ te autem nescit: Beatus autē qui te scit/ etiā si illa nesciat: qui vero te ꝛ illa nouit: nō ꝓpter illa beatior/ sed ꝓpter te solū beatus ē. Ex quo dicto accipiunt̄ quattuor theologica documēta. Primū est/ q̄ felicitas humana nō cōsistit in cognitiōe substātiar separatar/ sicut po fuerūt phi: qr omnes p̄ter primā sunt create: et hic dicit/ q̄ miser est ille qui oīa creata nouit. Secūdū documētū/ q̄ aliqs beat⁹ potest videre diuinā essentiā: nō videndo creaturā: qr ꝗ̄ dicit q̄ (Primū dictū quinti libri)

ꝗ dicit ꝗ beatus est etiam si illa nesciat: Si autē es/ set impossibile vnum sine altero videri: tunc non pos/ set sine visione creature in visione essentie quis beati/ ficari: quod est manifeste contra istum textum. Terti/ um documentum/ ꝗ eodem actu sancti in patria vi/ dent diuinam essentiam et creaturā relucentem in ea: quia dicit: qui vero te et illa nouit: loquens de actu be atifico/ qui est solum vnus. Quartum documentum/ ꝗ non est perfectior actus beatificus quo videt essen/ tia diuina et creatura/ ꝗ̄ ille quo videtur solum essen/ tia diuina: et per consequens in actu beatifico multi/ plicatio noticiarum creature/ nihil apponit perfectio/ nis: alioquin si act⁹ beatific⁹ pfectior/ nullo dubitāte hō esset beatior. Sz oꝛit dubiū: Si eodē actu in specie pōt quis videre essentiam diuinam solam/ et ipsam si/ mul cum creatura? Dicitur autem ꝗ sic: quia si actus isti differrent specie: vnus esset alio essencialiter perfe/ ctior: et tunc beatior qui videret diuinam essentiam cū creatura/ ꝗ̄ videns solam essentiam/ cum visio solius essentie non sit perfectior/ ꝗ̄ essentie cum creatura: et istud est manifeste contra hunc textum. Secundum dubium: Si eodē actu numero potest quis videre es/ sentiā solā ꝛ essentiā cū creatura? Dicit aūt ꝗ nō simul: qꝛ tūc esset cōtradictio. s. videre solā essentiā ꝛ videre essentiā cū creatura/ sz successiue bñ: qꝛ cū i patria ma/ neat semp idē act⁹ beatific⁹: sic aliqñ vidēt i ꝟbo que prius non viderant reuelatione matutina: sic cōmu/ niter concedunt doctores. Tertium dubium: Quo/ modo per eundem actum numero potest aliquādo vi/ deri creatura/ et aliquando nō videri/ nisi ipse actus diminuat vel augeatur. Dicitur autē ꝗ istud fit p ap/ positionem solius respectus ꝰm cōmunia dicta: ita ꝗ actus iste habet respectum ad obiectum primarium/ ꝛ alium ad secundarium: et respectus qui aduenit tali actui vel discedit qui est ad obiectum secundarium/ est extrinsecus vel intrinsecus aduenienс. Dicitur autē ꝗ potest dici vel poni extrinsec⁹ adueniens: quia nō innascitur positis extremis necessario/ posito scʒ tali actu ꝛ secundario obiecto: quia tamē iste respectus q̄ est scientie ad scibile est de genere relationis ꝰm bea/ tum augustinum in suis predicamentis: et tales respe/ ctus sunt inter se aduenientes: ideo videtur conueni/ entius ponere istum respectum intrinsecus aduenien/ tem. Sed tunc remanet dubium/ si talis respectus est intrinsecus adueniens/ quō poterit non inesse posito termino ꝛ fundamento/ vt videatur diuina essentia: ꝛ non creatura/ ablato tali respectu ab ipso actu. Dici/ tur autem ꝗ per diuinam potentiam potest fieri vtrū/ ꝗ extremum talis relationis sine ipsa: sicut due albe/ dines sine similitudine media/ vt alibi patet: quia in essentialiter ordinatis ꝛ realiter distinctis prioribus non repugnat a posterioribus separari: ita ꝗ deus in/ fluet ad actum/ et non ad talem respectum. Quartum dubium: quia tūc si deus apponat impedimentū sen/ tis subtractionis influentie generalis/ ipsi videbunt in deo omnes creaturas naturaliter visa diuina essen/ tia: sicut positis duabus albedinibus/ ponitur neces/ sario similitudo naturaliter: ꝛ tunc nisi deus priuaret sanctos/ ipsi viderent omnia visa diuina essentia natu raliter. Dicitur aūt ꝗ istud oportet concedere et ad re/ spectus extrinsecus aduenientes deuenire.

Sicut enim melior est qui nouit possidere arborē/ et de vsu eius tibi gratias agit/ ꝗ̄uis nesciat/ vel quot cubitis alta sit/ vel quanta latitudine diffusa: ꝗ̄ ille qui eā me
Hiero⁹ in p/logo biblie ca. 8. titur/ ꝛ omnes ramos ei⁹ numerat/ et neqꝫ possidet eā/ neqꝫ creatorem eius nouit aut
Al. † diligit † dilidit: ¶ Sic fide/
Scd̄m dictū lis homo cuius tot⁹

¶ Secūdum dictum est istud: Fidelis homo cui⁹ totus mundus diuitiarum est/ ꝛ q̄si nihil habēs omnia possidet: quod probat: quia inherendo deo sibi seruiunt omnia.

mundus diuitiarum est: et quasi nihil habens oīa possidet/ inherēdo tibi cui ser/ 2. Cor. 6. b
uiunt omnia: ꝗ̄uis nec saltem septentrio/ num gyros nouerit/ dubitare stultum est: quin vtiqꝫ melior sit ꝗ̄ mensor celi/ ꝛ nume rator siderum/ ꝛ pensor elemētorum: ꝛ ne/ gligens tui/ qui oīa in mensura ꝛ nume/ Sap. 11. d.
ro et pondere disposuisti.

Ostendit audaciam et superbiam fausti/ iactantis in se spiritū/ sanctum esse: et tn̄ minima igno/ rantis/ et errantis in fide/ et ma/ thematicis: Ca. v.

A

Sed tamē quis querebat maniche/ um nescio quem etiam ista scribe/ re/ sine quorū peritia pietas disci poterat? Dixisti enī homini: Ecce pietas Job. 28. d
est sapientia: quam ille ignorare posset/ eti am si ista perfecte nosset: ista ꝟo quia non nouerat/ ipudētissime audēs docere pro/ sus illam nosse nō posset. Vanitas est enī mundana ista etiam nota profiteri/ pietas autem tibi confiteri. Unde ille deuius ad hec ista multū locutus est/ vt cōuictus ab eis qui ista vere didicissent/ quis esset eius sensus in ceteris que abditiora sunt/ mani feste cognosceretur. Non enī parui existi/ mari se voluit: sed spiritūsanctum consola torem et ditatorem fidelium tuorū/ aucto/ ritate plenaria psonaliter in se esse persua dere conatus est. Itaqꝫ cum de celo ac stel B
lis/ ꝛ de solis ac lune motibus falsa dixisse dep̄henderet/ ꝗ̄uis ad doctrinā religionis ista non pertineant: tamen ausus eius sa/ crilegos fuisse satis emineret/ cū ea nō solū ignorata/ sz etiā falsa vel falsata tam vesa/ na supbie vanitate diceret/ vt ea tanꝗ̄ di/ uine psone tribuere sibi niteret. Cū enī au/ dio christianū aliquem fratrem illum aut illum ista nescientē/ et aliud pro alio senti/ entem/ patienter intueor opinantē homi/ nem: nec illi obesse video/ cum de te domi ne creator omniū nō credat indigna/ si for te situs et habit⁹ creature corporalis igno/ ret. Obest autem si hoc ad ipsam doctrine pietatis formam pertinere arbitretur: ꝛ p/ tinacius affirmare audeat quod ignorat. Sed etiā talis infirmitas in fidei cunabu/ lis a charitate matre sustinet/ donec assur/ gat nouus homo in virum perfectum: et Eph. 4. c

circumferri non possit omni vento doctrine. In illo autē qui doctor/qui auctor/qui dux ⁊ princeps coꝝ quibus illa suaderet: ita fieri ausus est/vt qui eū sequerent̄: non quemlibet hominē/sed spiritū tuū sanctū se sequi arbitrarent̄. Quis tantā dementiam sicubi falsa dixisse conuinceretur: non detestandā longeq̄ abijciendam esse iudicaret? Sed tamen liquido nondū compererā/vtrū etiam ſm eius verba vicissitudines longiorū ⁊ breuiorum dierum atq̄ noctiū/et ipsius noctis ⁊ diei/⁊ deliquia luminū: et si quid eiusmodi in alijs libris legeram/posset exponi: vt si forte posset/incertum quidem mihi fieret/vtrū se res ita haberet/an non ita: sed ad fidē meā illius auctoritatem/propter creditam sanctitatem proponerem.

Q faustí sermones ornati/non satisfaciebant augustino: nec doctus aut eloquēs ex arte/sed a natura erat: Ca. VI.

A
F. li. 3. ca. 11. c
De moribus monachoꝝ ca. 23. b.
De vtilitate credendi ca. 16. b.

Et per annos ferme ipsos nouem/ quibus eos animo vagabund⁹ audiui: nimis extento desiderio vētu rū expectabā istum faustū. Ceteri eñ eorū in quos forte incurrissem/qui taliū rerum questionibus a me obiectis deficiebant/illū mihi promittebant: cuius aduentu collatoq̄ colloquio facillime mihi hec/ et siq̄ forte maiora quererē/ enodatissime expedirentur. Ergo vbi venit/ expertus sū hominē gratum et iocundū verbis: et eaipsa que illi solent dicere/multo suauius garrientē. Sed quid ad meā sitim preciosoꝝ poculorum decentissimus ministrator? Iā rebus talibus satiate erant aures mee: nec ideo mihi meliora videbantur/ quia melius dicebantur: nec ideo vera quia diserta: nec ideo sapiens anima/quia vultus congruus ⁊ decoꝝ eloquiū. Illi autē qui eum mihi promittebant/nō boni rerū existimatores erant: ⁊ ideo illis videbat̄ prudens ⁊

B

sapiens/quia delectabat eos loquēs. Sensi autē aliud genus hominū etiam veritatē habere suspectam/ et ei nolle acquiescere/si compto atq̄ vberi sermone promeretur. Me autē iam docueras deus me⁹/miris et occultis modis: Et ꝓpterea credo ꝙ tu me docueris/quoniā veꝝ est: nec quisq̄ preter te alius est doctor veri/ vbicunq̄ et vndecunq̄ †claruerit. Iā ergo abs te didi

Al. †clamauerit

cerā: nec eo debere videri aliquid verū dici/quia eloquenter dicit̄: nec eo falsū/ quia incōposite sonant signa labiorū. Rursus nec ideo verū/ quia impolite enunciatur: nec ideo falsum/quia splēdidus sermo est: sed ꝑinde esse sapientiā ⁊ stulticiā/ sicut sūt cibi vtiles et inutiles: verbis autē ornatis ⁊ inornatis/sicut vasis vrbanis ⁊ rusticanis/vtrosq̄ cibos posse ministrari. Igi- C tur auiditas mea qua illū tanto tēpore expectauerā hominē/ delectabat̄ quidē motu affectuq̄ disputantis/⁊ verbis congruentib⁹ atq̄ ad †vestiendas sentētias facile occurrentibus. Delectabar aūt ⁊ cū multis/vel etiā pre multis laudabam ac efferebā: sed moleste habebā ꝙ in cetu audientium non sinerer illi ingerere et partiri cum eo curas questionū mearū/conferendo familiariter/⁊ accipiendo ac reddēdo sermonē. Quod vbi potui/et aures eius cum familiarib⁹ meis eo quoq̄ tēpore occupare cepi/quo nō dedeceret alternis disserere: ⁊ protuli quedā que me mouebant: expertus sum prius hominē expertē liberaliū disciplinaꝝ/nisi grāmatice/atq̄ eius ipsius vsitato modo: et quia legerat aliquas tullianas oratiōes/⁊ paucissimos senece libros/ ⁊ nonnulla poetaꝝ/⁊ sue secte si qua volumina latine atq̄ cōposite conscripta erāt: et quia aderat quotidiana sermocinandi exercitatio/inde suppetebat eloquiū: quod fiebat acceptius/ magisq̄ seductoriū moderamine ingenij/⁊ quodā lepore naturali. Ita ne est vt recolo dñe deus meus arbiter consciētie mee? Corā te cor meū ⁊ recordatio mea: q̄ me tūc agebas abdito secreto ꝓuidētie tue: et inhonestos errores meos iā conuertebas añ faciē meam/vt viderē ⁊ odissem.

Al. † inuestigandas

Ignarum cū inuenit augustinus faustum/vt ipse fatetur/in secta manicheorum proficere desperauit: Ca. VII.

A
De vtilitate credēdi ca. 16. b.

Nam posteaq̄ ille mihi imperit⁹ earū artiū quibus eū excellere putauerā/ satis apparuit: desꝑare cepi posse eū mihi illa que me mouebant/aꝑire atq̄ dissoluere: quorū quidē ignar⁹ posset veritatē† tenere pietatis: sȝ si maniche⁹ nō esset. Libri quippe coꝝ pleni sunt longissimis fabulis/de celo/⁊ sideribus/ et sole/et luna/que mihi eū q̄d vtiq̄ cupiebā collatꝭ

Al. † reddere

Al. quas numeroꝝ ratióibus† quos alibi ego lege-
Al. ista rã/vtrũ potius† ita essent/ vt manichei li-
bris coptinebantur/an certe vel par etiam
inde ratio redderet/ subtilit' explicare pos-
se iã non arbitrabar. Que tamẽ vbi consi-
deranda ⁊ discutienda protuli/modeste sa-
ne ille nec ausus est subire ipsam sarcinã.
Nouerat enĩ se ista nõ nosse: nec eum pu-
duit confiteri. Non erat de talibus qua-
les multos loq̃ces passus erã/conantes ea
me docere ⁊ dicentes mihi nihil: Iste vero
cor habebat/et si non rectum ad te/nec ta-
men nimis incautũ ad seipsum. Non vsq̃-
quaq̃ imperitus erat imperitie sue: ⁊ no-
luit se temere in ea disputando coartari:
vnde nec exit' ei vllus/ nec facilis esset re-
ditus. Etiam hinc mihi amplius placuit:
Pulchrior est enĩ temperantia confitẽtis
animi/q̃ illa que nosse cupiebã: ⁊ eũ i om-
nibus difficilioribus et subtilioribus que-
B stionibus talem inueniebã. Refracto ita-
q̃ studio quo intenderã in manichei litte-
ras/magisq̃ desperans de ceteris eoꝝ do-
ctoribus/ quãdo in multis que me moue-
bant/ita ille nominatus apparuit: cepi eũ
eo pro studio eius agere vitã/quo ipse fla-
grabat in eas litteras/quas tunc iam rhe-
tor carthaginis adolescentes docebam: ⁊
legere cum eo/ siue que ille audita deside-
raret/ siue que ipse tali ingenio apta exi-
I.ca.10.c. stimarẽ. Ceterum omnis conatus meus
quo proficere in illa secta statuerã/ illo ho-
mine cognito prorsus intercidit: nõ vt ab
eis omino separer/ sed quasi melius quic-
q̃ non inueniẽs eo quo iam quoquo mo-
do irrueram/ contentus interim esse decre-
ueram: nisi aliquid forte quod magis eli-
gendũ esset/ eluceret. Ita ille faustus/ qui
multis laqueus mortis extitit/meum quo
captus eram relaxare iam ceperat/nec vo-
C lens/nec sciens. Manus enĩ tue deus me-
us in abdito prouidentie tue/ non desere-
bant animã meã/et de sãguine cordis ma-
tris mee per lachrymas eius diebus ac no-
ctibus pro me sacrificabatur tibi/ et egisti
mecum miris et occultis modis. Tu illud
Ps.36. egisti deus meus. Nam a domino gressus
hominis dirigentur/ et viam eius volet.
Aut que procuratio salutis preter manũ tu-
am reficientẽ que fecisti?

Que fuerit augustino causa proficiscendi romam: ⁊ quare matris fletus pro eo non fuerit exauditus: Ca. VIII.

A Sisti ergo mecũ vt mihi persuade-
retur romã pergere/⁊ potiꝰ ibi do-
cere quod docebã carthagini. Et
hoc vnde mihi persuasũ sit/ non preteribo
confiteri tibi: quoniã et in his altissimi tui
recessus/ ⁊ presentissima in nos miseicor-
dia tua/cogitanda et predicanda est. Non
ideo romã pergere volui/ q̃ maiores que-
stus/maiorq̃ mihi dignitas ab amicis qui
hoc suadebant/pmittebatur: q̃q̃ ⁊ ista du-
cebant animũ tunc meũ: sed illa erat tunc
causa maxima ⁊ pene sola/q̃ audiebã quie-
tius ibi studere adolescentes/ et ordinati-
ore discipline coertione sedari: ne in eius
scholã† quo magistro non vtuntur/passim Al. ⁊ quo
et proterue irruant: nec eos admitti omni-
no nisi ille pmiserit. Contra apud cartha- B
ginẽ feda est ⁊ intemperãs licentia schola-
sticoꝝ. Irrumpunt impudẽter/ ⁊ prope fu-
riosa fronte perturbãt ordinẽ quem quisq̃
discipulis ad proficiendũ instituerit. Mul-
ta iniuriosa faciunt mira hebetudine ⁊ pu-
nienda legibus/ nisi consuetudo patrona
sit: hoc miseriores eos ostendẽs/ quo iam
quasi liceat faciunt/quod per tuam eternã
legem nunq̃ licebit: ⁊ impune se facere ar-
bitrantur/cũ ipsa cecitate faciendi punian-
tur: et incompabiliter patiantur peiora q̃
faciunt. Ergo quos mores cum studerem/
meos esse nolui: eos cum docerẽ/ cogebar
perpeti alienos: ⁊ ideo placebat ire vbi ta- C
lia non fieri/ omnes qui nouerant indica- Ps.141.
bant. Uerum autem tu spes mea ⁊ portio
mea in terra viuentiũ/ ad mutandũ terra-
rum locũ pro salute anime mee/⁊ carthagi-
ni stimulos quibus inde auellerer admo-
uebas: et rome illecebras quibus attrahe-
rer/proponebas mihi per homines/qui di-
ligebant vitã mortuã: hinc insana facien-
tes/inde vana pollicẽtes: et ad corrigẽdos
gressus meos vtebaris occulte/ ⁊ illorũ et
mea peruersitate. Nam et qui perturba-
bant ocium meũ/feda rabie ceci erãt: ⁊ qui
inuitabant ad aliud/terram sapiebãt. Ego
autem qui detestabar hic veram miseriã/ D
illic falsam felicitatẽ appetebã. Sed qua-
re hinc abirem/ et illuc irem tu sciebas de-
us: nec indicabas mihi nec matri/que me
profectum atrociter planxit/⁊ vsq̃ ad ma-
re secuta est. Sed fefelli eam violenter me

tenentē/ vt aut reuocaret/ aut mecum pergeret: et finxi me amicū nolle deserere/ donec vēto facto nauigaret. Et mētitus sum matri: τ illi matri: et euasi: Quia τ hō tu dimisisti mihi misericorditer: seruans me ab aquis maris/ plenū execrādis sordibus vsq ad aquā gratię tuę/ qua me abluto siccarentur flumina maternoȝ oculoȝ/ quibus quotidie tibi rigabat terrā pro me sub vultu suo: et tamen recusanti sine me redire vix persuasi/ vt in loco qui proximus nostrę naui erat memoria beati cypriani maneret ea nocte. Sed in ea nocte clāculo ego profect⁹ sum: Illa autē remansit orando τ flēdo. Et quid a te petebat deus meus tātis lachrymis/ nisi vt nauigare me nō sineres? Sȝ tu alte cōsulēs et exaudiēs cardinē desiderij eius/ non curasti quod tūc petebat/ vt in me faceres quod semp petebat. Flauit ventus τ impleuit vela nostra/ et litus subtraxit aspectibus nostris: In quo mane illa insaniebat dolore τ querelis/ ac gemitu implebat aures tuas contemnentis ista: cum et me cupiditatibus meis raperes ad finiendas ipsas cupiditates/ et illius carnale desideriū iusto doloȝ flagello vapularet. Amabat eñ secum pręsentiam meā more matrū/ sed multis multo amplius: τ nesciebat quid tu illi gaudioȝ facturus esses de absentia mea. Nesciebat/ ideo flebat τ eiulabat/ atq illis cruciatibus arguebat i ea reliquiaȝ euę/ cū gemitu quęrēs/ quod cū gemitu peperat. Et tñ post accusationē fallaciaȝ τ crudelitatis meę/ cōuersa rursus ad depcandū te pro me/ abijt ad solita/ τ ego romā.

E (margin) De vtilitate credēdi ca. 16.b.

De ęgrotans augustinus/ nō q̄siuit animę salutem: et de maternis lachrymis: Ca. ix.

A Et ecce excipior ibi flagello ęgritudinis corporalis/ et ibam iā ad inferos portans oīa mala quę cōmiserā/ τ in te τ in me τ in alios multa et grauia sup originalis pcti vinculū/ quo oēs in adā morimur. Non eñ quicq̄ eorū mihi donaueras in christo: nec soluerat ille i carne sua inimicitias quas tecum contraxerā peccatis meis. Quomodo eñ eas solueret in cruce phantasmatis/ quod de illo crediderā? Q̄ ergo falsa mihi videbatur mors carnis eius/ tā vera erat aīę meę: et q̄ vera erat mors carnis eius/ tā falsa vita animę meę quę id nō credebat. Et ingrauescentibus febribus/ iā ibam τ peribam. Quo eñ irē si tūc hinc abirem/ nisi in ignē atq tormēta digna factis meis in veritate ordinis tui? Et illa hoc nesciebat/ τ tñ pro me orabat absens: Tu autē vbiq pręsens vbi erat exaudiebas eā: τ vbi erā miserebaris mei/ vt recuperarē salutē corporis mei/ adhuc insanus corde sacrilego. Neq enim desiderabā in illo tanto periculo baptismū tuum: τ melior erā puer/ quādo illū de materna pietate flagitaui/ sicut iam recordatus atq cōfessus sū: Sed iā in dedecus meū creuerā: τ cōsilia medicinę tuę demēs irridebā/ qui non me sinisti talē bis mori: Quo vulnere si feriretur cor matris/ nunq̄ sanaretur. Non eñ satis eloquor/ quid erga me habebat animi/ et quanto maiore sollicitudine me parturiebat spiritu/ q̄ carne pepera͞t: Non itaq video quomodo sanaretur/ si mea talis illa mors transuerberasset viscera dilectiōis eius. Et vbi essent tante preces τ tā crebrę sine intermissione? Nusq̄ nisi ad te. An vo tu deus misericordiaȝ sperneres cor contritū τ humiliatum viduę castę ac sobrię/ frequentātis elemosynas/ obsequētis atq seruiētis sāctis tuis: nullū diē pretermittētis oblationē ad altare tuū: bis i die/ mane τ vespe ad ecclesiā tuā/ sine vlla intermissione venientis: nō ad vanas fabulas et aniles loquacitates: sed vt te audiret in tuis sermonibus/ et tu illā in suis orōnib⁹. Hui⁹ne tu lachrymas/ quibus nō a te aurum τ argentū petebat/ nec aliquod mutabile aut volubile bonū: sed salutē animę filij sui/ tu cuius munere talis erat contemneres/ τ repelleres ab auxilio tuo? Neq̄ dñe: Immo vo aderas/ τ exaudiebas/ τ faciebas ordine quo prędestinaueras esse faciendū. Absit vt tu fallere eā in illis visionib⁹ τ respōsis tuis/ quę iā cōmemoraui/ τ quę nō cōmemoraui/ q̄ illa fideli pectore tenebat: τ semp orās tāq̄ chirographa tua ingerebat tibi. Dignaris eñ/ quoniā in sęculū misericordia tua/ eis quib⁹ omnia debita dimittis/ etiā pmissionib⁹ tuis debitor fieri.

(margins) 1. Cor. 15. c. — Eph. 2. c — B — 3. li. 1. ca. 11. — C Ps. 50. — 3. li. 3. ca. 11.

Qualis fuerit fides augustini ante conuersionē: Ca. x.

A Recreasti ergo me ab illa egritudie et saluum fecisti filium ancille tuę/ tūc interim corpe/ vt eēt cui salutē

melioꝛem atqꝫ certioꝛem dares. Et iunge-
bar etiam tunc romę falsis illis atqꝫ fal-
lentibus sanctis: Non enim tm̄ auditori-
bus eoꝛum quoꝛum e numero erat etiam
is in cuius domo ęgrotaueram et conua-
lueram/ sed eis etiā quos electos vocant.
B Adhuc enim mihi videbatur non esse nos
qui peccamus/ sed nescio quam aliam in
nobis peccare naturam: et delectabar su-
perbiam meam extra culpam esse. Et cum
aliquid mali fecissem/ non confiteri me fe-
cisse/ vt sanares animā meam quoniā pec-
caui tibi: sed excusare me amabam/ ⁊ ac-
cusare nescio quid aliud quod mecum es-
set/ et ego non essem. Uerum autem totū
ego eram/ et aduersum me impietas mea
me diuiserat: et id erat peccatum insana-
bilius/ quo me peccatoꝛem non esse arbi-
trabar: et execrabilis iniquitas te deꝰ om-
Al.† in nipotens te† a me ad perniciem meam/ ꝙ̄
me a te ad salutem malle superari. Non-
Ps.38. dum ergo posueras custodiam oꝛi meo/ et
ostiū continentię circa labia mea: vt non
Ps.140. declinaret coꝛ meum in verba maligna/ ad
excusandas excusationes in peccatis: cum
C hominibus operātibus iniquitatē: et ideo
Al.† comu- adhuc† cōiungebam cū electis eoꝛum. Sed
nicabam tamen iam desperans in ea falsa doctrina
me posse proficere/ eaqꝫ ipsa quibus si ni-
hil melius reperirē/ contentus esse decre-
uerā: iam remissius/ negligentiusqꝫ retine-
bā. Etenim suboꝛta est etiam mihi cogi-
tatio/ prudentioꝛes cęteris fuisse illos phi-
Li.4. de ciui. losophos/ quos academicos appellant/
dei ca.30. et li. q̄ de omnibus dubitandū esse censuerāt:
8. ca.12. nec aliquid veri ab homine cōprehēdi pos-
De vtilitate se decreuerant. Ita em̄ et mihi liquido sen
credendi ca. sisse videbantur/ vt vulgo habetur etiam
16. b. illoꝛum intentionem nondum intelligen-
ti. Nec dissimulaui eundem hospitem me-
um reprimere a nimia fiducia/ quam sensi
eū habere de rebus fabulosis/ quibus ma-
nichei libri pleni sunt. Amicitia tamen eo-
rum familiariꝰ vtebar ꝙ̄ cęteroꝛum homi-
num/ qui in illa heresi non fuissent. Nec eā
defendebam pristina animositate: sed ta-
men familiaritas eoꝛum: plures enim eos
roma occultat: pigrius me faciebat ali-
ud quęrere/ pręsertim desperantē in eccle-
sia tua domine cęli et terrę/ creatoꝛ omniū
D visibilium et inuisibilium/ posse inueniri
verum vnde me illi auerterant: Multum

ꝙ̄ mihi turpe videbatur/ credere te figu-
rā habere humanę carnis: et membroꝛum
nostroꝝ liniamentis coꝛpoꝛalibus termi-
nari. Et quoniā cum de deo meo cogitare
vellem/ cogitare nisi moles coꝛpoꝛū non
noueram: Neqꝫ enim videbatur mihi esse
quicꝙ̄ quod tale non esset: et ea maxima ⁊
pꝛope sola causa erat ineuitabilis erroꝛis
mei. Hinc enim et mali substantiā quan-
dam credebam esse talem/ ⁊ habere suā mo
lem terram/ et defoꝛmem siue crassam quā
terram dicebant: siue tenuem atqꝫ subti-
lem/ sicuti est aeris coꝛpus: quam malignā
mentem per illam terram repentē imagi-
nantur. Et quia deum bonum/ nullam ma
lam naturam creasse qualiscunqꝫ pietas
me credere cogebat: constituebam ex ad-
uerso sibi duas moles vtranqꝫ infinitam/
sed malam angustius/ bonam grandius: ⁊
ex hoc initio pestilentioso me cętera sacri-
legia sequebantur. Cum enim conaretur E
animus meus recurrere in catholicā fidē/
repercutiebar/ quia non erat catholica fi-
des quam esse arbitrabar. Et magis pius
mihi videbar/ si te deus meus cui confiten
tur ex me miserationes tuę/ vel ex cęteris
partibus infinitum crederem: ꝙ̄uis ex vna
qua tibi moles mali opponebatur/ coge-
rer finitum fateri/ ꝙ̄ si ex omnibus parti-
bus in coꝛpoꝛis humani foꝛma te opina-
rer finiri. Et melius mihi videbar credere
nullum malum te creasse: quod mihi nesci-
enti/ nō solum aliqua substātia/ sed etiam
coꝛpoꝛea videbatur: quia ⁊ mentē cogita-
re nō noueram/ nisi eam subtile coꝛpꝰ esse:
quod tamen per loci spacia diffunderetur
abs te/ ꝙ̄ crederem abs te esse/ qualem pu-
tabam naturam mali. Ipsū quoqꝫ salua-
toꝛem nostrum vnigenitum tuū/ tanꝙ̄ de
massa lucidissima molis tuę poꝛrectum ad
nostram salutem/ ita putabam/ vt aliud de
illo non crederem/ nisi quod possem vani-
tate imaginari. Talē itaqꝫ naturam eius
nasci non posse de maria virgine arbitra-
bar/ nisi carni concerneretur. Concerni au-
tē ⁊ non inquinari non videbam/ quod mi-
hi tale figurabam. Metuebam itaqꝫ cre-
dere in carne natum/ ne credere cogerer ex
carne inquinatum. Nunc spirituales tui
blande et amanter ridebunt me/ si has cō-
fessiones meas legerint: Sed tamen ta-
lis eram.

Qualiter augustinus contulerit cum catholicis: Ca. XI.

D Einde que illi in scripturis tuis reprehenderāt/ defendi posse nō existimabam: sed aliquando sane cupiebam cum aliquo illorum librorum doctissimo conferre singula/ et experiri quid inde sentiret. Jam enī helpidij cuiusdā aduersus eosdem manicheos/ coram loquentis ⁊ disserentis sermones/ etiam apud carthaginem mouere me ceperant: cum talia de scripturis proferret/ quibus resisti facile non posset/ ⁊ imbecilla mihi responsio videbatur istorum. Quam quidem non facile palam promebant/ sed nobis secretius: cum dicerent scripturas noui testamēti falsatas fuisse a nescio quibus: qui iudeorum legem inserere christiane fidei voluerunt: at ꝙ ipsi incorrupta exemplaria nulla proferrent. Sed me maxime captum et offocatū quodammodo deprimebāt corporalia cogitantē/ moles ille sub quibus anhelās in aurā tue veritatis liquidā ⁊ simplicē respirare non poterā.

Qualiter rome rhetoricā docuerit: et ꝙ vitia in adolescentibus oderit: Ca. XII.

A S Edulo ergo agere ceperam/ ꝓpter quod venerā/ vt docerē rome artem rhetoricam: ⁊ prius domi congregare aliquos/ quibus ⁊ p quos innotescere ceperā: et ecce cognosco alia rome fieri/ que nō patiebar in aphrica. Nā reuera illas euersiones a perditis adolescentibus ibi non fieri manifestatū est mihi: Sed subito inquiunt/ ne mercedem magistro reddant: conspirāt multi adolescentes/ ⁊ trāsferunt se ad alium desertores fidei: ⁊ quibus pre pecunie charitate iusticia vilis ē.
Ps.138. Oderat etiā istos cor meum/ ꝗuis nō perfecto odio. Quod enī ab eis passurus erā/
B magis oderam fortasse/ ꝗ eo ꝙ cuilibet illicita faciebant. Certe tamen turpes sunt tales/ ⁊ fornicātur abs te/ amando volatica ludibria temporū ⁊ lucrum luteū: quod cum apprehenditur/ manū inquinat: ⁊ amplectendo mundum fugientē/ contemnendo te manentē ⁊ reuocantem/ et ignoscentem redeunti ad te meretrici anime humane. Et nunc tales odi prauos ⁊ distortos: ꝗuis eos corrigēdos diligam/ vt pecunie doctrinā ipsā quam discunt preferāt: ei vero te deū veritatē ⁊ vbertatem certi boni ⁊ pacē castissimā. Sed tunc eos magis pati nolebam malos ꝓpter me/ ꝗ fieri bonos ꝓpter te volebā.

Quomodo venerit mediolanum/ et audiuerit ambrosiū in ecclesia disputantem: Ca. XIII.

I Taqȝ posteaꝗ missum est a mediolano romam ad prefectū vrbis/ vt illi ciuitati rhetorice magister puideretur: impertita etiā euectione publica: ego ipse ambiui per eos ipsos manicheis vanitatibus ebrios/ quibus vt carerem ibā. Sed vtriqȝ nesciebamus/ vt dictiōe proposita me probatū prefect⁹ tūc symmach⁹ mitteret. ¶ Et veni mediolanum ad ambrosium episcopum in optimis notum orbi terre/ pium cultorem tuum: cuius tūc eloquia strenue ministrabāt adipē frumēti tui/ ⁊ leticiam olei/ ⁊ sobriā vini ebrietatem populo tuo. Ad eū autē ducebar abs te nesciens/ vt p eum ad te sciens ducerer. Suscepit me paterne ille hō dei/ ⁊ peregrinationē meā satis episcopaliter dilexit. Et cum amare cepi: primo quidē nō tanꝗ doctorē veri/ qd in ecclesia tua prorsus desperabam/ sed tanꝗ hominē benignū in me. Et studiose audiebā disputātē in populo/ non intentione qua debui/ sed ꝗsi explorās eius facūdiā vtrū cōueniret fame sue: an maior minorve proflueret ꝗ predicabat: ⁊ verbis eius suspendebar intētus. Rerū autem incuriosus et cōtemptor astabā: ⁊ delectabar suauitate

A (margin)

Tertiū dictū (margin)

¶ Tertium dictum est istud: Ueni mediolanū ad ambrosium episcopū pium cultorē tuum: cuius tunc eloquentia ministrabat adipem frumēti tui/ ⁊ leticiam olei/ ⁊ sobriā vini ebrietatē populo tuo. Ad eū autē ducebar a te nesciens/ vt p eū ad te sciens ducerer. Suscepit inquit me paterne ille ⁊ peregrinationem meam satis episcopaliter dilexit: et cum amare cepi primo/ non tanꝗ doctorem veri/ qd in ecclesia tua prorsus desperabam/ sed tanꝗ hominem benignum in me: ⁊ studiose audiebā disputantem in populo/ non intentione qua debui/ sed quasi explorās eius facūdiam/ vtrū cōueniret fame sue/ vel maior vel minor eēt: cui⁹ sermo eruditior erat ꝗ fausti/ licet minus hilarescēs/ qd pertinet ad discēdi modū: in rebus tamē nulla compatio erat: vnde ambros⁹ inquit saluberrime docebat salutē. Ex quo dicto accipiunt tria saluberrima documēta. Primū ē/ ꝙ non solū qui audiūt bona intētiōe verbū dei/ sed etiā ex vana curiositate/ quandoqȝ aliquid in eis proficiunt: quia aug⁹ p istū modum a btō ambrosio fuit cōuersus. Secundum documētū/ ꝙ ad artē docēdi multum valet facundia delectans: quia de tali actu faustum cōmendat. Tertium documētum/ ꝙ melior est in docendo realitas ꝗ facundia/ quia propter hoc ambrosiū fausto anteponit incompabiliter.

Ps.4. (margin)

B (margin)

sermonis: q̄q̄ eruditioris / minus tamẽ hi-laresc̄entis atq̄ mulcẽtis q̄ fausti erat: qđ attinet ad dicendi modũ. Ceterum rerum ipsarum nulla comparatio: Nam ille per mani-cheas fallacias aberrabat / iste autem salu-

Ps. 118. berrime docebat salutem. Sed longe est a peccatoribus salus / qualis ego tũc aderã: et tñ ppinquabam sensim ꝛ nesciui.

Q̄ audiens curiose in ecclesia sermones / inceperit manicheorũ dogmata relinquere: Ca. xiiii.

A Um enim non satagerem discere
c que dicebat / sed tñ quemadmodũ dicebat ea audire: mihi quippe iã desperanti ad te viam patere homini ina-nis cura remanserat. Sed veniebãt in ani mũ meum simul cum verbis que diligebã res etiam quas negligebã: Neq̄ enim ea dirimere poteram. Et dum cor aperirẽ ad excipiendum q̄disserte diceret / pariter in-trabat / et q̄ vere diceret / gradatim quidẽ.

De vtilitate credendi. ca. 16. d. Nam primo etiam ipsa defendi posse mi-hi iam ceperant videri / et fidem catholicã p qua nihil posse dici aduersus oppugnã-tes manicheos putaueram: iam non im-pudenter asseri existimabam / maxime au-dito vno atq̄ altero: ꝛ sepius enigmate so-luto de scripturis veteribus: vbi cum ad

2. Cor. 3. b. litteram acciperẽ / occidebar. Spiritualiter
B itaq̄ plerisq̄ illorum librorum expositis locis / iam reprehendebã desperationẽ me-am / illam dumtaxat qua credideram legem et pphetas detestantibus atq̄ irridenti-bus resisti omnino nõ posse: nec tamen iã ideo mihi catholicam viam tenendam esse sentiebam: quia ꝛ ipsa poterat habere do-ctos assertores suos / qui copiose ꝛ non ab-surde obiecta refellerent: nec ideo iã dam-nandũ illud quod tenebã: quia defensiõis partes equabant. Ita eñ catholica nõ mi hi victa videbatur / vt nondum etiam vi-
C ctrix appareret. Tunc vero fortiter inten-

De beata vita in pmio di animũ / si quo modo possẽ certis aliqui-bus documentis manicheos cõuincere fal sitatis. Q̄ si possem spiritualem substan-tiã cogitare / statim machinamẽta illa om-nia soluerentur / ꝛ abijcerentur ex aio meo / sed non poteram. Uerũtamen de ipso mũ di huius corpe omniq̄ natura quã sensus carnis attingeret: multo probabiliora ple rosq̄ sensisse philosophos / magis magisq̄ considerans atq̄ comparans iudicabam.

¶ Itaq̄ academi-corum more / sicut exi stimant / dubitãs de omnibus / atq̄ inter omnia fluctuãs: ma-nicheos quidem re-linquendos esse de-creui: non arbitrans eoipso tempore du-bitationis mee in il-la secta mihi perma-nendum esse: cui iam nonnullos philoso-phos preponebam: quibus tamen philosophis q̄ sine nomi-ne salutaris christi essent / curationem lan-guoris anime mee cõmittere oĩno recu-sabã. Statui ergo tãdiu esse cathecumin⁹ in catholica ecclesia mihi a parentibus cõ-mendata / donec aliquid certi eluceret quo cursum dirigerẽ.

¶ Quartum dictum / q̄ ipse augustinus postq̄ disposuit dimittere errorem manicheorum / ante conuersionem more aca-demicorum de omnibus dubitabat. Intelligen-dum tamen / q̄ ipse in libro de ciuitate dei ponit duo genera academicorum. Unum antiquorũ platonis tempore: ꝛ isti non erant de omnibus dubij: sed illi qui postea fuerunt circa tẽpora por phirij / qui in rebus ne-gabant omnino certitu-dinem. Quartum dictum

Li. 19. De ciui. Dei. ca. 1.

Sãcti augustini episcopi liber confessi-onum quintus explicit.

Annotatio capitulorum sexti li bri eiusdem.

Eiusdem diui aurelij augustini episcopi/confessionum liber sext⁹ incipit.

Qz mater augustini mediolanū veniens/ audiuit ipsum iam non esse manicheum: nec tamē catholicum: Ca.i.

A Ps.70. **Spes mea a**
iuuentute mea: vbi mihi
eras/ ⁊ quo recesseras? An
vero non tu feceras me/ ⁊
discreueras me a quadru/
pedibus et volatilibus celi? Sapientiorē
me feceras/et ambulabam per tenebras ⁊
lubricum: et quęrebam te foris a me/et nō
inueniebam deum cordis mei: ⁊ veneram
in profundum maris/et diffidebam et de/
B speraham de inuentione veri. Iam vene/
rat ad me mater pietate fortis/ terra mari
q3 me sequens/et in periculis omnibus de
te secura. Nam et per marina discrimina
ipsos nautas consolabatur/ a quibus ru/
des abyssi viatores/ cum perturbant con/
solari solent: pollicens eis peruentionē cū
salute: quia hęc ei tu per visum pollicitus
eras. Et inuenit me periclitātem quidem
grauiter desperatione indagandę verita/
C tis. Sed tamen ei cum indicassem/non me
quidem iam esse manicheum/ sed neq3 ca/
tholicum christianum/ quasi inopinatum
aliquid audierit/ exiliuit leticia/ cū iam se/
cura fieret ex ea parte miserię meę/ in qua
me tanq3 mortuum/sed resuscitandum ti/
bi flebat: et feretro cogitationis efferre/
Luc.7.c. bat/ vt diceres filio viduę: Iuuenis tibi di
co/surge: et reuiuisceret et inciperet loqui/
et redderes illū matri suę. Nulla ergo tur/
bulenta exultatione trepidauit cor eius/
cū audisset ex tanta parte iam factū/ quod
tibi quotidie plangebat vt fieret: veritatē
me nondum adeptum/sed falsitati iam ere
ptum: Inimo vero quia certa erat: ⁊ quod
restabat te daturum/qui totum promise/
ras: placidissime ⁊ pectore pleno fiducię re
spondit mihi/credere se in christum/ q̄ pri/
usq3 de hac vita emigraret/ me visura es/
set fidelem catholicū: Et hoc quidē mihi. D
Tibi autem fons misericordiarū preces et
lachrymas densiores/vt accelerares adiu/
torium tuum: ⁊ illuminares tenebras me/
as: et studiosius ad ecclesiam currerē: et in
ambrosij ora suspenderer ad fontem saliē/ Ioh.4.b.
tis aquę in vitam eternam. Diligebat au/
tem illum virum sicut angelum dei/ q̄ per
illum cognouerat me interim ad illam an/
cipitē fluctuationē iam esse perductū: per
quā transituꝝ me ab ęgritudine ad sanita/
tem intercurrente acriore periculo/quasi p
accessionē quā creticā medici vocant/ cer/
ta presumebat.

De obedientia matris augustini: et quare ab ambrosio diligebatur: Ca.ii.

Itaq3 cū ad memorias sanctoꝝ/sic A
in aphrica solebat/pultes et panē
et meꝝ attulisset/ atq3 ab ostiario
phiberet: vbi h' epm vetuisse cognouit: tā
pie atq3 obedięter amplexa ē/vt ipse†mira Al. † miraret
ret/q̄ tā facile accusatrix poti⁹ ꝯsuetudinis
suę/q3 disceptatrix illi⁹ phibitionis effectā
sit. Nō eni obsidebat spiritū eius vinolen/
tia/ eāq3 stimulabat in odiū veri amor vi/
ni: sicut plerosq3 mares et feminas/ qui ad
canticum sobrietatis/ sicut ad potionem
aquatā madidi nauseant. Sed illa cū at/
tulisset canistrū cum solennibus epulis p̄/ B
gustandis atq3 largiēdis/ plus etiā q3 vnū
pocillum pro suo palato satis sobrio tem/
peratū/vnde† idignationē sumeret nō po/ Al. † dignationem
nebat. Et si multę essent q̄ illo modo vide/
bantur/honorandę memorię defunctorū: ↄ
idem ipsum vnū quod vbiq3 poneret cir/
cumferebat: quo iā nō solum aquatissimo
sed etiam tepidissimo/ cū suis presentibus
p sorbitiones exiguas partiret: quia pieta
tē ibi quęrebat/nō voluptatem. Itaq3 vbi C
comperit a preclaro p̄dicatore atq3 antisti/
te pietatis p̄ceptū esse/ista nō fieri: nec ab
eis qui sobrie facerēt: ne vlla occasio se in/
gurgitandi daret ebriosis: et q2 illa quasi
parētalia supstitioni gentiliū essent simil/
lima/abstinuit se libentissime: ⁊ p canistro

plenō terrenis fructibus/ plenum purgatioribus votis pectus ad memorias martyrum afferre didicerat: et vt quod posset
Ar.t sic daret egētibus: et si cōmunicatio dominici corporis illic celebraretur: cuius passionis imitatione immolati et coronati sunt
D martyres. Sed tamen videtur mihi domine deus meus/ et ita est in conspectu tuo de hac re cor meum/ non facile fortasse de hac amputanda consuetudine matrē meam fuisse cessuram/ si ab alio prohiberetur quem non sicut ambrosium diligebat: quē propter salutē meā maxime diligebat: eū vero ille propter eius religiosissimam conuersationem/ qua in bonis operibus tam feruens spiritu frequentabat ecclesiam/ ita vt sępe erumperet/ cum me videret in eius prędicationē/ gratulans mihi ꝙ talem matrem haberem: nesciens qualem illa me filiū/ qui dubitabā de illis oībus: et inueniri posse viā vitę minime putabā.

De studio ambrosij/ et quare sibi non vacabat tempus dissolutionis dubiorum: Ca. III.

A Nec iā ingemiscebā orando vt subuenires mihi/ sed ad quęrendū intētus/ et ad disserendū inquiet⁹ erat anim⁹ meus. ¶ Ipsū
Primū dictū sexti libri ꝗ ambrosium fęlicē quendam hominem sm̄ sęculum opinabar: quem sic tantę potestates honorarent / cęlibatus tm̄ eius mihi laboriosus videbatur. Quid autem ille spei gereret/ et aduersus ipsius excellentię temptamēta / quid luctaminis haberet/ quidue solaminis in aduersis: et occultum os eius qđ erat in corde ei⁹/ ꝙ sapida gaudia de pane tuo ruminaret: nec conijcere nouerā/ nec expertus erā: nec ille sciebat ęstus meos/ nec foueā periculi mei. Non enim quęrere ab eo poterā quod volebam sicut volebam/ secludentibus me ab eius aure atq; ore/ cateruis negociosorum hominum/ quorum infirmitatibus seruiebat. Cū quibus quando nō erat/ quod ꝑ exiguū temporis erat: aut corpus reficiebat necessarijs sustentaculis/ aut lectione animū. Sed cū legebat/ oculi ducebantur per paginas: et cor intellectū rimabatur: vox autē et lingua quiescebant. Sępe cū adessemus: non eīn vetabatur quisq; ingredi/ aut ei venientē nunciari mos erat: sic cum legentē vidimus tacite/ et aliter nunq;. Sedentesq; in diuturno silentio (quis eīn tā intento esse oneri auderet) discedebamus et coniectabamus eū paruo illo tempore/ quod reparandę mēti suę nāciscebatur feriatū ab strepitu causarum alienarum/ nolle in aliud auocari: et cauere fortasse/ ne auditore suspenso et intento/ si qua obscurius posuisset ille quē legerat etiam exponere necesse esset: aut de aliquibus difficilioribus disceptare quęstionibus: atq; huic operi temporibus impensis/ minus ꝙ vellet voluminū euolueret: quāq; et causa seruandę vocis/ quę illi facillime obtundebat/ poterat esse iustior tacite legēdi. Quolibet tamē animo id ageret/ bono vtiq; ille vir agebat. Sed certe mihi nulla dabatur copia sciscitandi quę cupiebā de tam sancto oraculo tuo pectore illius/ nisi cum aliquid breuiter esset audiendū. Ęstus autem illi mei ociosum eū valde/ cui effūderētur requirebāt: nec vnq; inueniebant. Et cū quidē in populo verbum veritatis recte tractantē/ oīni die dominico audiebam: et magis magisq; mihi confirmabatur: omnes versutiarū calumniarū nodos/ q̄s illi deceptores nostri aduersus diuinos libros innectabant/ posse dissolui. Ubi vero etiam comperi/ ad imaginem tuam hominē a te factum a spiritalibus filijs tuis/ quos de matre catholica per gratiam regenerasti: nō sic intelligi vt humani te corporis forma determinatum crederēt atq; cogitarent: quāq; quomodo se haberet spiritalis substantia/ ne quidē tenuiter atq; in enigmate suspicabar: tamē gaudēs erubui non me tot annos aduersus catholicam fidē/ sed cōtra carnaliū cogitationū figmēta latrasse. Eo quippe temerarius et impius fuerā/ ꝙ ea q̄ debebam quęrendo discere/ accusando dixeram. Ta

(Margin, right column: B; C; Gen.1.d)

¶ Primum dictum est istud: Ipsum ambrosiū felicem quendam hominem sm̄ seculum opinabar: quem tante potestates honorarent: celibatus tamen eius mihi laboriosus videbatur. Ex quo dicto accipitur morale documentū/ ꝙ quādocunq; alicuius appetitus est depravatus ꝑ aliquod vitiū/ opposita virtus sibi videt laboriosa: sicut celibat⁹ videbat augustino laboriosus: quia erat vitio luxurie deprauat⁹ multipliciter. Istud aūt documentum declaratur ratione et exemplo. Ratio ē: Quācūq; aliqđ mobile habet naturalem iclinationē ꝑ aliquā formā sibi īsistētē ad aliquē locū/ laboriosū ē ipsū mouere ad otrariū: q: violē[illegible] sursū: q: hz inclinationē ꝑ grauitatē ad deorsū: et ideo cū vitiū et virt⁹ sibi opposita moueāt ad contraria: laboriosum ē homini habenti vitiū moueri ad actum virtutis contrarie.

enim altissime et proxime/secretissime ꝛ p̄/
sentissime: cui membra non sunt alia ma/
iora et alia minora/ sed vbiq̧ totus es: et
nusq̧ locorum es: non es vtiq̧ forma ista
corporea: tamen fecisti hominē ad imagi/
nem tuā: ꝛ ecce ipse a capite vsq̧ ad pedes
in loco est.

Quare augustin⁹/ ꝛ in q̄b⁹ gau/ debat de fide catholica: Ca. iiii.

A Um ergo nescirem quomodo hęc
c subsisteret imago tua: pulsāsq̧ ꝑ/
poitērē quomodo credendū esset:
Al. ꝛ credēdū nō insultans opponerem quasi ita†creditū
esset: Tanta igitur acrior cura rodebat in/
tima mea qd certi retinerē: quanto me ma
gis pudebat tādiu illusum ꝛ deceptum ꝑ/
missione certoꝝ puerili errore et animosi/
tate tam multa incerta quasi certa garris/
se. Q enim falsa essent/ postea mihi claru/
it. Certum tamen erat ꝙ incerta essent/ ꝛ a
me aliquādo pro certis habita fuissent/ cū
catholicam tuam cęcis cōtentionibus ac/
cusarem: et si nondum compertā vera di/
centem/ non tamen ea docentē quę graui/
B ter accusabam. Itaq̧ confundebar ꝛ con/
uertebar/ et gaudebam deus meus/ ꝙ ec/
clesia tua vnica corp⁹ vnici tui/ in qua mi/
hi nomen christi infanti est inditū/ nō sape
ret infantiles nugas: neq̧ hoc haberet in
doctrina sua sana/ ꝙ te creatorē omniū in
spacium loci/ q̄uis summū ꝛ amplū: tamē
vndiq̧ terminatū membrorū humanoꝝ fi
gura contruderet. Gaudebam etiam ꝙ ve
tera scripta legis et prophetarum/ iam nō
illo oculo mihi legenda proponerent/ quo
antea videbantur absurda: cū arguebam
tanq̄ ita sentiētes sanctos tuos. Uerum
autem nō ita sentiebant: ꝛ tanq̄ regulam
diligentissime cōmendaret: sępe in popu/
laribus sermonibus suis dicentē ambrosi/
2. Cor. 3. b. um lętus audiebam: Littera occidit/ spiri/
tus autem viuificat: cum ea quę ad litterā
peruersitatē docere videbant: remoto my/
stico velamento spiritualiter aperiret: nō
dicens ꝙ me offenderet/ q̄uis ea diceret q̄
vtrum vera essent adhuc ignorarem. Te/
Al. † ascēsiōe nebam enim cor meum/ ab omni† assensio/
ne timens pręcipitium/ et suspēdio magis
C necabar. Uolebam enim eorū quę nō vi/
derem ita me certum fieri/ vt certus essem
ꝙ septem et tria decem sint. Neq̧ enim tā
insanus eram/ vt ne hoc quidem putarem
posse comprehendi: sed sicut hoc/ ita cete/
ra cupiebam: siue corporalia quę corā sen/
sibus meis non adessent: siue spiritualia/
de quibus cogitare nisi corporaliter nesci/
ebam. Et sanari credendo poterā/ vt pur/
gatior acies mentis meę dirigeret aliquo
modo in veritatem tuam semp manentē/
et ex nullo deficiētē. Sed sicut euenire as/
solet/ vt malum medicū expertus etiā bo/
no timeat se cōmittere: ita erat valitudo
animę meę/ quę vtiq̧ nisi credendo sanari
nō poterat. Et ne falsa crederet/ curari re/
cusabat: resistens manibus tuis/ qui medi
camenta fidei confecisti: et sparsisti super
morbos orbis terrarū/ et tantam illis au/
ctoritatē tribuisti.

Quomodo ad credulitatē eo/ rum quę fides habet catholica ꝑ/ uenerit: Ca. v.

Ex hoc tamen quoq̧ iam pręponēs A
c doctrinam catholicam/ modesti/
us ibi/ minimeq̧ fallacit̄ sentiebā
iuberi/ vt crederet quod non demōstraba/
tur/ siue esset quid: sed cui forte nō esset/ si/
ue nec quid esset/ q̄ illic temeraria pollici/
tatione scientię credulitatem irrideri: ꝛ po
stea tam multa fabulosissima ꝛ absurdissi/
ma: quia demonstrari non poterant credē
da imperari. Deinde paulatim tu dn̄e manu B
mitissima et misericordissima pertractans
et componens cor meū: consideranti q̄ in/
numerabilia crederem quę non viderē: ne/
q̧ cum gererent affuissē: sicut tam multa
in historia gentiū/ tam multa de locis at/
q̧ vrbibus quę non videram/ tam multa
amicis/ tam multa medicis/ tam multa ho/
minibus alijs atq̧ alijs: quę nisi crederen/
tur omnino/ in hac vita nihil agerem⁹. Po/
stremo q̄ inconcusse fixum fide retinerem/
de quibus parentibus ortus essem: quod
scire non possem nisi audiendo credidissē.
Persuasisti mihi non qui crederent libris
tuis/ quos tanta in omnibus fere gētibus
auctoritate fundasti: sed qui non crederēt
esse culpandos/ nec audiendos esse si qui
forte mihi dicerent: Unde scis illos libros C
vnius veri et veracissimi dei spiritu esse
humano generi ministratos? Idipsū enim
maxime credendum erat: quoniam nul/
la pugnacitas calūniosarū quęstionū ꝑ tā
multa quę legerā inter se confligentiū phi
losophorū extorquere mihi potuit/ vt ali/

quādo nō crederem te esse quicquid esses qđ ego nescirē/aut administrationē rerum humanaꝝ ad te minime ptinere: Sꝫ id cre debam aliquādo robustius/aliquādo exi lius: semp tamen credidi ꝛ esse te/et curam nostri gerere: etiā si ignorabā/vel quid sen tiendū esset de substantia tua/ vel que via duceret aut reduceret ad te. Ideoq̄ cū es semus infirmi ad inueniendam liquida ra tione veritatē/ et ob hoc nobis opus esset auctoritate sanctaꝝ litterarum: iam crede re ceperā nullo modo te fuisse tributuꝝ tā excellentē illi scripturę p omēs iam terras auctoritatē/nisi et p ipsam tibi credi et per

D ipsam te queri voluisses. Jam enī absurdi tatem quę me in illis litteris solebat offen dere/cum multa ex eis pbabiliter exposita audissem: ad sacramentoꝝ altitudinem re ferebam: eoq̄ mihi illa venerabilior et sa crosancta fide dignior apparebat auctori tas: quo ꝛ omnibus ad legendum esset in pmptu: ꝛ secreti sui dignitatē in intellectu profundiore seruaret/ verbis aptissimis et humillimo genere loquēdi se cunctis prę bens/ꝛ exercens intentionē eorum/qui nō sunt leues corde: vt exciperet omēs popu lari sinu/ et per angusta foramina paucos ad te traijceret: multo tamen plures/ q̄ si nec tanto apice auctoritatis emineret: nec turbas gremio sanctę humilitatis hauriret. Cogitabam hęc et aderas mihi: Suspira bam et audiebas me: Fluctuabā ꝛ guber nabas me: Ibam per viam sęculi latā/ nec deserebas me.

Or presentis temporis gaudia vera nō sint/sed sollicitudine ple na/ostendit exemplo: Ca. VI.

A — De vita bea ta in pemio

Inhiabam honoribus/lucris/con iugio/ et tu irridebas. Patiebar i eis cupiditatibus amarissimas dif ficultates/te ppitio tanto magis/ quanto minus sinebas mihi dulcescere quod non eras tu. Uide cor meū domine/qui volui sti vt hoc recordarer ꝛ confiterer tibi. Nūc tibi inhęreat aia mea/quā de visco tā tena ci mortis exuisti. Q̄ misera erat/ et sensū vulneris † amiserat/tu pūgebas/vt relictis omnibus cōuerteret ad te/ qui es sup om nia: ꝛ sine quo nulla essent omīa/ cuerteret et sanaretur. Q̄ ergo miser erā: et quomō egisti vt sentirē miseriā meā/ die illo quo cum pararem recitare imperatori laudes

[margin: Al'. nō habet † amiserat]

[margin: B — Li. 3. contra petilianū ca. 25. b.]

quib' plura mētirer: et mentiēti fauerent ab scientib': easq̄ curas anhelaret cor meum: et cogitationū tabificarū febrib' ęstuaret:

¶ Transiens p quē dam vicum mediola nensem/animaduer ti pauperem mendi cum: iam credo satu rum / iocantem atq̄ lętātem: et ingemui: et locutus sum cum amicis meis qui me cū erant/multos do lores insaniarum no strarum: quia omni bus talibus conati bus nostris qualibus tunc laborabam sub stimulis cupiditatū/ trahens infęlicitatis meę sarcinam/et tra hendo exaggerans:

[margin: ¶ Secundum dictum ē istud: Transiens p vicū quendā mediolanensē/ aiaduerti pauperē men dicum saturum/ iocantē atq̄ letantē/ ꝛ ingemui: et locutus sum cum ami cis meis qui mecū erant multos dolores īsaniaꝝ nostrarū: quia conatib' nostris qualibus tūc la borabā sub stimulis cu piditatis trahens infeli citatis mee sarcinam ni hil aliud vellem' nisi ad securam leticiam perue nire: q̄ nos indt augusti nus/ mendicus ille pre cesserat/ nunq̄ illuc for tasse vēturos. Ex quo di cto accipe documētū/ q̄ feliciores etiā fm mūdū sunt pauperes cū leticia q̄ diuites cū tristicia.]

[margin: Scdm dict]

nihil vellemus aliud nisi ad securam lętici am peruenire/ quo nos mendicus ille iam pcessisset/ nūq̄ fortasse illuc vēturos. Qđ enī iam ille paucilis et emendicatis num mulis adeptus erat: ad hoc ego tam erum nosis amfractib' et circuitibus ambiebā: ad lęticiā scꝫ tēporalis felicitatis. Nō enī verum gaudiū habebat: sed ꝛ ego illis am

C bitionibus multo falsius quęrebā. Et cer te ille lętabatur: ego anxius eram: securus ille/ ego trepidus. Et si quisq̄ pcontaret me/ vtrū mallē exultare an metuere: respō derē exultare. Rursus si interrogaret / vtrū me talem mallē qualis ille/ an qualis ego tunc essem: meipsum curis timoribusq̄ cō fectū eligerē: sed peruersitate: Nūqđ verita te? Non enim eo me pponere illi debebā/ quo doctior erā: quoniā nō inde gaudebā: sꝫ placere inde quęrebā homib': nō vt eos docerē/sed tm̄ vt placerē. Propterea et tu

D baculo disciplinę tuę cfrigebas ossa mea. Recedāt ꝗ ab anima mea q̄ dicūt ei: Jnt est vñ quis gaudeat. Gaudebat mēdic' ille vinolētia: tu gaudere cupiebas glia. Qua gloria domine? Quę nō est in te: Nam si cut illud veꝝ gaudium nō erat/ ita nec illa vera gloria: ꝛ ampli' vertebat mentē meā. Et ille ipsa nocte digesturus erat ebrieta tē suā: ego aūt cū mea dormierā ꝛ surrexe ram/ꝛ dormiturus ꝛ surrecturus erā † inde

[margin: Al'. † vide]

quot diebus. Interẽst vero vnde q̃s gaudeat / scio: et gaudium spei fidelis incomparabiliter distat ab illa vanitate: sz τ tũc distabat inter nos. Nimirum quippe ille felicior erat: non tñ q̃ hilaritate perfundebatur / cum ego curis euiscerarer: verumetiã q̃ ille bene optãdo acquisiuerat vinũ / ego autem mentiendo querebam typum. Dixi tunc multa in hac sentẽtia charis meis: et sepe aduertebã in his quomodo mihi esset: et inueniebam male mihi esse / et dolebam / et conduplicabam ipsum male. Et si quid arrisisset prosperum / tedebat apprehẽdere: quia pene priusq̃ teneretur auolabat.

Qualiter alipiũ a circensiũ insania conuertit augustin⁹: Ca. VII.

C Ongemiscebam⁹ in his qui simul amice viuebamus / τ maxime ac familiarissime cum alipio τ nebridio ista colloquebar: quorum alipius ex eodẽ quo ego ortus eram municipio / parentib⁹ primatibus municipialibus me minor natu. Nam et studuerat apud me / cum in nostro docere cepi oppido: et postea carthagini / et diligebat me multum: quod ei bonus τ doctus viderer: et ego illũ ꝓpter magne virtutis indolem / que non in magna etate satis eminebat. Gurges tamen morum carthaginensium / quibus nugatoria feruent spectacula / absorbuerat eum insania circensium. Sed cum in eo miserabiliter volueretur: ego autẽ rhetoricam ibi ꝓfessus / publica schola vterer: nondũ me audiebat vt magistrum propter quandam simultatem que inter me et patrẽ eius erat exorta: τ compereram q̃ circum exitiabiliter amaret: et grauiter angebar q̃ tantam spem perditurus / vel etiam perdidisse mihi videbatur. Sed monẽdi eũ τ aliqua coercitiõe reuocãdi nulla erat copia / vel amicitie beniuolentia / vel iure magisterij. Pu B tabam enim eum de me cum patre sentire / ille vero non sic erat. Itaq̃ postposita in hac re patris voluntate / salutare me ceperat: veniens in auditorium meum / τ audire aliquid atq̃ abire. Sed enim de memoria mihi lapsum erat / agere cum illo / ne vanorum ludorum ceco et precipiti studio tam bonum interimeret ingenium. Verũ autem domine / tu qui presides gubernaculis omniũ que creasti: non cum oblitus eras futurum inter filios tuos antistitem sacramenti tui: et vt aperte tibi tribueretur eius correctio / per me quidem illã / sed nescientẽ operatus es. Nam quodã die cũ sederem loco solito / et coram me adessent discipuli: venit / salutauit / sedit / atq̃ in ea que agebantur animũ intẽdit. Et forte lectio in manibus erat: quam dum exponerem / et opportune mihi videretur adhibẽda similitudo circensium: quo illud quod insinuabã / et iocundius et planius fieret / cum irrisione mordaci eorum quos illa captiuasset insania: Tu scis deus noster / q̃ tunc de alipio ab illa peste sanando nõ cogitauerim. At ille in se rapuit: meq̃ illud nõ nisi propter se dixisse credidit. Et quod alius acceperit ad succensendum mihi / accepit honestus adolescens ad succensendum sibi: et ad me ardentius diligẽdum. Dixeras enim tu iam olim / et inserueras litteris tuis: Corripe sapiẽtẽ et amabit te. Prouer. 9. b. At ego illũ iam non corripueram: sed vtẽs tu omnibus et scientibus et nescientibus ordine quo nosti: et ille ordo iustus est: de corde τ lingua mea carbones ardẽtes operatus es / quibus mentem spei bone adurere tabescentẽ / ac sanares. Taceat lau- E des tuas qui miserationes tuas non considerat: que tibi de medullis meis confitentur. Etenim ille post illa verba proripuit se ex fouea tam alta qua libẽter demergebatur / et cum mirabili voluptate cecabatur: et excussit animũ forti temperantia / τ resiluerunt omnes circensiũ sordes ab eo: amplius q̃ illuc non accessit. Sed deinde patrem reluctantẽ euicit: vt me magistro vteretur. Cessit ille atq̃ † ꝯcessit. Et audire me Al. †cõsensit rursus incipiens / illa mecũ superstitiõe inuolutus est / amans in manicheis ostentationem continẽtie / quam veram et germanam putabat. Erat autem illa vecors τ se- Prouer. 6. c. ductoria / preciosas animas captiuãs / nõdũ virtutis altitudinẽ scientes tãgere / τ superficie decipi faciles: sed tamẽ adumbrate simulateq̃ virtutis.

De firmo ꝓposito alipij τ postea resilitione ab eodem: Ca. VIII.

A N On sane relinquens † incantatã sibi a parentibus terrenam viã / romam precesserat / vt ius disceret / et ibi gladiatorij spectaculi inhiatu incredibili τ incredibiliter abreptus est. Cũ enim

Al. † inculcatam J. li. 8. ca. 6. a.

auersaretur ⁊ detestaretur talia: quidã ei⁹
amici et condiscipuli/ cum forte de prãdio
Al. spectaculã redeuntibus obuius esset/recusantem ve/
hementer et resistentem/ familiari violen/
tia duxerũt in amphitheatrum crudelium
et funestorũ ludorum diebus/hec dicentẽ:
Si corpus meum in illum locum trahitis/
et ibi constituitis: nunquid ⁊ animũ ⁊ ocu
los meos in illa spectacula potestis inten/
dere? Adero itaqꝫ absens/ac sic et vos et il
la superabo. Quibus auditis/illi nihilo se
tius eum adduxerunt secum/ idipsum for/
te explorare cupientes/ vtrum posset effi/
B cere. Quo vbi ventum est/et sedibus qui/
bus potuerunt locati sunt/ feruebant om/
nia immanissimis voluptatib⁹: Ille clau/
sis foribus oculorũ/interdixit animo ne in
tanta mala procederet: atqꝫ vtinam ⁊ au/
res obturauisset. Nam quodam pugne ca
su/cum clamor ingens totius populi vehe
menter eum pulsasset: curiositate victus/
et quasi paratus quicquid illud esset/ etiã
visum contemnere et vincere/aperuit ocu/
los: et percussus est grauiore vulnere in ani
ma q̃ ille in corpore/ quem cernere concu/
piuit/cecidítqꝫ miserabili⁹ q̃ ille. Quo ca/
dente/ factus est clamor: qui per eius au/
res intrauit/et reserauit eius lumina/vt es/
set qua feriret ⁊ deijceret/audax adhuc po
tius q̃ fortis anim⁹: ⁊ eo infirmior/ quo de
C se p̃sumpserat/qui debuit de te. Ut enĩ vi/
dit illũ sãguinẽ/immanitatẽ simul ebibit:
⁊ non se auertit/sed fixit aspectũ/ ⁊ haurie/
bat furias/⁊ nesciebat: ⁊ delectabat̃ scelere
certaminis/⁊ cruẽta voluptate inebriabat̃.
Et nõ erat iã ille q̃ venerat/sed vn⁹ d turba
ad quã venerat/ ⁊ ver⁹ eoꝝ soci⁹ a q̃bus ad/
duct⁹ erat. Quid plura? Spectauit/clama/
uit/exarsit/ abstulit inde secũ insaniã q̃ sti/
mularet/redire nõ tm̃ cũ ill' a quib⁹ pri⁹ ab/
stract⁹ ẽ/s; etiã p̃ illis ⁊ alios trahẽs. Et inde
tñ manu validissima ⁊ misericordissima eru
isti eũ tu: ⁊ docuisti/nõ sui habere/sed tui fi
duciã/sed longe postea.

Quare alip⁹ de furto suspect⁹/li cet falso fuerit/ ⁊ quõ liberatus:

(Ca. IX.
V Erũtñ iã hoc ad medicinã futurã in ei⁹ memoria repone
bat̃. Nã ⁊ illud qd̃ cũ adhuc stude/
ret/iã me audiẽs apd̃ carthaginẽ/ ⁊ medio
die cogitaret in foro qd̃ recitatur⁹ erat/ sicˀ
exerceri scholastici solẽt: siuisti eũ cõprehẽ/
di ab editimis fori tanq̃ furẽ. Non arbitror
aliã ob causã te p̃misisse de⁹ noster/nisi vt il
le vir tant⁹ futur⁹ iã inciperet discere/q̃ nõ fa
cile in cognoscẽdis causis hõ ab hoĩe dam
nand⁹ esset temeraria credulitate. Quippe
añ tribunal deambulabat sol⁹ cũ tabul' ac
stilo: cũ ecce adolescẽs quidã ex nũero scho
lasticoꝝ fur ver⁹/securim clãculo apportãs/
illo nõ sentiẽte ingressus ẽ ad cãcellos plũ
beos/q̃ vico argẽtario desup̃ p̃minẽt/ ⁊ p̃ci
dere plumbũ cepit. Sono aũt securi' audi/
to/submurmurauerũt argẽtarij qui subter
erãt: ⁊ miserũt q̃ app̃hẽderẽt quẽ forte in/
uenissent. Quoꝝ vocib⁹ auditis/relicto in/
strumẽto ille discessit/ timẽs ne cũ eo tene/
ret̃. Alipi⁹ aũt q̃ nõ viderat intrantẽ/ exeũ/
tẽ sensit/et celerit' vidit abeuntẽ: ⁊ causã sci
re cupiẽs ingressus ẽ locũ/ ⁊ inuẽtã securim.
stãs atqꝫ admirãs cõsiderabat. Cũ ecce illi
q̃ missi fuerãt/ reperiũt eũ solũ ferentẽ ferrũ/
cui⁹ sonitu excitati venerãt: tenẽt/attrahũt
cõgregatis inq̃linis fori/tanq̃ furẽ manife
stũ se cõp̃hẽdisse gratulabant̃: ⁊ inde offe/
rẽdus iudicijs ducebat̃: sed hacten⁹ docẽd⁹
fuit. Statim enĩ dñe subuenisti innocẽtie/
cui⁹ testis eras tu solus. Cũ enĩ duceretur/
vel ad custodiam vel ad supplicium/fit eis
obuiam quidam architectus/ cuius maxi/
ma erat cura publicarũ fabricarum. Gau/
dent illi eum potissimũ occurrisse/cui sole/
bant in suspitionem venire ablatarum re/
rum que perissent de foro: vt quasi tandẽ
iam ille cognosceret a quibus hec fierent.
Uerũ autem viderat homo sepe alipium
in domo cuiusdam senatoris/ ad quem sa/
lutandũ ventitabat: statimqꝫ cognitũ ma/
nu apprehẽsa semouit a turbis: et tãti ma/
li causam querens/ quid gestũ esset audi/
uit: omnesqꝫ tumultuantes qui aderant ⁊
minaciter frementes/ iussit venire secum.
Et venerunt ad domũ illius adolescentis
qui rem cõmiserat. Puer vero erat añ osti/
um: et tam parũ⁹ erat/ vt nihil exinde do/
mino suo metuens/facile posset totũ indi/
care: Cum eo quippe in foro fuit pedisse/
quus. Quem posteaq̃ recoluit alipius ar
chitecto intimauit. At ille securim demõ/
strauit puero/ querens ab eo cuius esset:
Qui confestim nostra inquit. Deinde in/
terrogatus aperuit cetera. Sic in illã do/
mũ translata causa/confusisqꝫ turbis que
de illo triumphare iam ceperant: futurus

dispensator verbi tui: et multarũ in eccle/
sia tua causarum examinator experientior
instructiorq3 discessit.

De honestate ꝛ probitate alipij et nebridij / et quare adheserint augustino: Ca. x.

A Unc ergo romę inueneram: et ad/
hesit mihi fortissimo vinculo: me/
cumq3 mediolanum profectus est/
vt nec me desereret: et de iure quod didi/
cerat aliquid ageret/ sm votum parentum
magis q̃3 suum. Et ibi iam assederat mi/
rabili continentia cęteris: cum ille magis
miraretur eos qui aurum innocentię prę/
B ponerent. Temptata est quoq3 eius indo/
les/ nõ solum illecebra cupiditatis/ sed eti/
am stimulo timoris. Romę assidebat co/
miti largitionum italicanarum. Erat eo
tempore quidam potentissimus senator:
cuius et beneficijs obstricti multi/ ꝛ terro/
ri subditi erant: voluit sibi licere nescio q̃d
ex more potentię suę/ quod esset per leges
illicitum. Restitit alipius: promissum est
pręmiũ/ irrisit animo: prętentę minę/ cal/
cauit: mirantibus omnibus inusitatã ani/
mam/ quę hominem tantum ꝛ innumera/
bilibus pręstandi nocendiq3 modis ingen
ti fama celebratum/ vel amicum nõ opta/
ret/ vel nõ formidaret inimicum. Ipse au/
tem iudex cui consiliarius erat/ q̃3uis ꝛ ipse
fieri nollet: non tamẽ aperte recusabat/ sed
in istum causam transferens/ ab eo se non
permitti asserebat: quia et reuera si ipse fa/
ceret/ iste discederet. Hoc solo autem pene
iam illectus erat studio litterario/ vt pre/
cijs prętorianis codices sibi conficiendos
curaret. Sed consulta iusticia deliberatio/
nem in melius vertit/ vtiliorem iudicans
ęquitatem qua prohibebatur/ q̃3 potesta/
tem qua sinebatur. Paruum est hoc: sed q̃
Luc. 16. c in paruo fidelis est/ ꝛ in magno fidelis est:
Nec vllo modo erit inane quod tuę veri/
tatis ore processit. Si in iniusto mammo/
na fideles non fuistis/ quod verum ẽ quis
credet vobis? Et si in alieno fideles nõ fu/
istis/ quod vestrum est quis dabit vobis?
C Talis ille tunc inhęrebat mihi: mecumq3
Al. titubã nutabat in consilio/ quisnam esset tenen/
dus vitę modus. Nebridius etiam qui re/
licta patria vicina carthagini atq3 ipsa car
thagine vbi frequentissimus erat: relicto
rure paterno optimo: relicta domo/ ꝛ non
secutura matre: nullam ob aliam causam
mediolanum venerat/ nisi vt mecum viue/
ret in flagrantissimo studio veritatis atq3
sapientię/ pariter suspirabat/ pariterq3 flu/
ctuabat: beatę vitę inquisitor ardens: et
quęstionum difficillimarũ scrutator acer/
rimus. Et erant egentium ora trium/ ꝛ ino
piam suam sibimet inuicem anhelantium/
et a te expectantium: vt dares eis escam Ps. 144.
in tempore opportuno: et in omni amari/
tudine quę nostros sęculares actus de mi/
sericordia tua sequebatur: intuẽtibus no/
bis finem cur ea pateremur/ occurrebant
tenebrę/ et auersabamur gementes/ et di/
cebamus: Q̃diu hęc? Et hoc crebro dice/
bamus: ꝛ dicentes nõ relinquebamus ea:
q2 nõ elucebat certũ aliquid/ quod illis re/
lictis apprehenderemus.

Arguit seipsũ augustinus q nõ dimiserit vana ꝛ inania/ ꝛ se ꝯtulerit ad inq̃sitionẽ ꝟitatis: Ca. xi.

T ego maxime mirabar satagens
et recolens q̃3 longum tempus es/ A
set ab vndeuicesimo anno ętatis
meę quo feruere cęperam studio sapiẽtię/
disponens ea inuenta relinquere omnes
vanarum cupiditatum ꝛ species inanes et Al. ꝛ spes
insanias mendaces: Et ecce iam tricenari/
am ętatem gerebam in eodem luto hęsi/
tans auiditate fruendi pręsentibus/ fugi/
entibus et dissipantibus me: dum dico:
cras inueniam/ ecce manifestum appare/
bit et tenebo: et ecce faustus veniet et ex/
ponet omnia. O magni viri academici/ ni/
hil ad agendam vitam certi comprehendi
potest: Immo q̃ram⁹ diligẽti⁹ ꝛ expectem⁹
vt ꝛ non desperem⁹. Ecce iam nõ sũt ab/
surda in libris ecclesiasticis quę absurda
videbantur: et possunt aliter atq3 honeste
intelligi. Figam pedes meos in eo gradu B
in quo puer a parentibus positus erã/ do/
nec inueniatur perspicua veritas. Sed vbi
quęretur? quando quęretur? Non vacat
ambrosio: non vacat legere. Ubi ipsos co
dices quęrimus? vnde aut quando compa
ramus? a quibus sumemus? Deputentur
tempora: distribuantꝰ horę pro salute ani/
mę: Magna spes oborta est: Non docet
catholica fides quod putabamus et vani
accusabam⁹. Nefas habẽt docti eius cre/
dere deum figura humani corporis termi/
natum: et dubitamus pulsare quo aperi/

anł cętera? Antemeridianas horas discipuli occupāt: cęteris qd facim⁹? Cur nō id agimus? Sed qñ salutam⁹ amicos maiores/ q̃rū suffragijs op⁹ habem⁹? Qñ pparam⁹ qd emant scholastici? Qñ reparamus nosipsos/ animū relaxando ab intētione curar̃? Pereāt oia/ ⁊ dimittamus hęc vana ⁊ inania: cōferam⁹ nos ad solā inquisitionē v̾itatis.

C Tertiū dictū ¶ Vita hęc misa ē: mors incerta. Si subito obrepat/ quomō hinc exibim⁹? Et vbi nobis discēda sunt q̃ hic neglexim⁹? An nō poti⁹ hui⁹ negligētię supplicia luēda sūt? Quid si mors ipsa/ omnē curā cū sensu amputabit ⁊ finiet? Ergo ⁊ hoc quęrendū? Sed absit vt ita sit. Non vacat. nō est inane q̃ tā eminens culmē auctoritatis christianę fidei toto orbe diffundit. Nunq̃ tāta ⁊ talia p nobis diuinitus agerent: si morte corpis etiā vita aię cōsumeret.

¶ Tertiū dictū/ q̃ vita hęc misera ē et mors incerta. Istud aūt dictum ipse inducit/ ad ostendēdū q̃ a sollicitudinibus mūdi est fugiendū/ ⁊ inquisitioni veritatis insistendum.

D Quid cōtamur igit̃ relicta spe sęculi/ cōferre nos totos ad q̃rendū deū ⁊ vitam beatā? Sed expecta: iocunda sūt etiā ista/ habent nō paruā dulcedinē suā: nō facile ab eis p̃cidenda est intētio: q̃ turpe est ad ea rursum redire. Ecce iā quantū est vt impetret̃ aliquis honor: Et qd ampli⁹ in his desiderandū? Suppetit amicor̃ maior̃ copia/ vt nihil aliud ⁊ multū festinem⁹/ vel p̃sidat⁹ dari pōt: et ducēda vxor cū aliqua pecunia/ ne sumptū nostrum grauet: et ille erit mod⁹ cupiditatis. Multi magni viri ⁊ imitatione dignissimi/ sapiētię studio cum cōiugib⁹ dediti fuerūt.

Al. t̃p̃sidat⁹

E Cū hęc dicebā/ ⁊ alternabāt hi venti: ⁊ impellebāt huc atq̃ illuc cor meū: transibāt tpa: et tardabā conuerti ad dñm deū: ⁊ differebā de die in diē viuere in te: ⁊ nō differebā quotidie in memetipso mori: amās beatā vitā: timebā illā in sede sua: et ab ea fugiens quęrebā eā. Putabā eñ me miserū fore nimis/ si feminę priuarer amplexib⁹: et medicinā misericordię tuę ad eādē infirmitatē sanandā nō cogitabā: q̃ expertus non erā: et ppriarū virium credebā esse cōtinentiā/ quar̃ mihi nō erā cōscius/ cū tā stultus essem vt nescirē/ sicut scriptū est: Neminē esse posse cōtinentē nisi tu dederis. Sap. 8. d Vtiq̃ dares/ si gemitu interno pulsarē aures tuas: et fide solida in te iactarē curā meā.

Contentio inter alipiū ⁊ augustinū de matrimonio cōtrahēdo/ et cęlibatu seruando: Ca. XII.

A Prohibebat me sane alipi⁹ ab vxore ducenda: cantās nullo mō nos posse securo ocio simul in amore sapiētię viuere/ sicut iā diu desideraremus si id fecissem: Erat eñ ipse in ea re etiam tūc castissim⁹/ ita vt mirū esset: q̃ vel expientiā cōcubit⁹ cępat in ingressu adolescentię suę/ sed nō hęserat: magisq̃ doluerat ⁊ spreuerat: ⁊ deinde iā cōtinētissime viuebat: Ego aūt resistebā illi exemplis eor̃ qui cōiugati coluissent sapientiā/ ⁊ pmeruissent deū: et habuissent fideliter/ ac dilexissent amicos. A quor̃ ego quidē grāditate animi longe aberā: ⁊ delicatus morbo carnis mortifera suauitate trahebam catenā meā/ solui timēs: ⁊ quasi cōcusso vulnere repellēs v̾ba bñ suadētis tanq̃ manū soluentis. Insup etiā p me ipsi quoq̃ alipio loq̃bat̃ serpēs: ⁊ innectebat atq̃ spargebat p linguā meā dulces laq̃os in via eius: quib⁹ illi honesti et expediti pedes implicarent̃.

B Cū eñ me ille miraret̃ quē nō paruipēderet ita hęrere visco illius voluptatis/ vt me affirmarē quotiēscunq̃ inde inter nos q̃rerem⁹: cęlibē vitā nullo mō posse degere/ atq̃ ita me defenderē. Cū illū mirantē viderē/ ⁊ dicerē multū interesse int̃ illud quod ipse raptim ⁊ furtim exptus eēt/ quod pene iā nec meminisset quidē: atq̃ ideo nulla molestia facile cōtemneret delectatiōes cōsuetudinis meę: ad q̃s si accessisset honestū nomē matrimonij/ nō eū mirari oportere: cur ego illā vitā nequirē spernere: cępat ⁊ ip̄e desiderare cōiugiū/ nequaq̃ vict⁹ libidine talis voluptatis sed curiositatis. Dicebat eñ scire se cupere qd nā esset illud/ sine q̃ vita mea q̃ illi sic placebat/ nō mihi vita sed pęna videret̃.

C Stupebat eñ liber ab illo vinculo anim⁹ seruitutē meā: ⁊ stupendo ibat in experiēdi cupidinē/ vētur⁹ in ipsā expientiā: atq̃ inde fortasse lapsur⁹ ī eā quā stupebat seruitutē: qm̃ sponsionē volebat facere cū morte. Et q̃ amat periculū incidet ī illud. Eccl. 3. d. Neutrū eñ nostrū si qd est cōiugale dec⁹ in officio regēdi matrimonij/ ⁊ suscipiēdor̃ liberor̃ ducebat nisi tenuiter. Magna autē ex pte atq̃ vehemēter cōsuetudo satiādę insatiabilis cōcupiscentię me captū excruciabat: illū aūt admiratio capiēdū trahebat.

Sic eramus donec tu altissime nõ deserẽs humũ nostrã/miseratus miseros subuenires miris ⁊ occultis modis.

De sponsalibus iure matrimonij futuri contractis: Ca. XIII.

Et instabat impigre vt ducerẽ vxorẽ. Iã petebã/iam pmittebat/ maxime matre dãte operã/ quo me iã coniugatũ baptismus salutaris ablueret: quo me in dies gaudebat aptari/ ⁊ vota sua ac pmissa tua in mea fide cõpleri animaduertebat. Cum sane ⁊ rogatu meo ⁊ desiderio suo forti clamore cordis abs te deprecaret quotidie/ vt ei p visum ostẽderes aliqd de futuro matrimonio meo/ nũq̃ voluisti. Et videbat qdã vana et phantastica/ quo cogebat impetus de hac re satagẽtis humani spiritus: et narrabat mihi/ nõ cũ fiducia q̃ solebat/ cũ tu demõstrares ei/ sed cõtemnens ea. Dicebat enĩ discernere se nescio q̃ sapore/ quẽ verbis explicare non poterat: quid interesset inter reuelantẽ te et animã suam somniantẽ. Instabat tamen/ et puella petebatur: cuius ętas ferme biẽnio minor q̃ nubilis erat: et quia ea placebat/ expectabatur.

De modo viuendi ⁊ oĩa in cõmuni habendi augustini cum socijs suis: Ca. XIIII.

A Al. ⁊ multa Quartum dictum

Et multi amici agitaueramus animo/ ⁊ colloquẽtes ac detestantes turbulẽtas humanę vitę molestias: pene iã firmaueram⁹ remoti a turbis ociose viuerẽ/ id ociũ sic moliti/ vt si qd habere possem⁹/ pferremus in mediũ/ vnã q̃ rẽ familiarẽ cõflarem⁹ ex oĩb⁹ vt per amicitię sinceritatẽ nõ esset aliud hui⁹ et aliud illius: sed qđ ex cũctis fieret vnum: ⁊ vniuersũ singulorũ esset/ ⁊ oĩa oim: cũ videremur nobis esse posse decẽ ferme hoies in eadẽ societate: essentq̃ inter nos pdiuites/ romanian⁹ maxime cõmuniceps noster: quem tunc graues ęstus negociorũ suorũ ad comitatũ attraxerãt/ ab ineũte ętate mihi familiarissimus. Qui maxime instabat huic rei/ ⁊ magnã in suadendo habebat auctoritatẽ: q2 ampla res eius multũ cęteris antecibat. Et placuerat nobis vt bini annui tanq̃ magistrat⁹ oĩa necessaria curarẽt cęteris quietis. Sed B posteaq̃ cępit cogitari/ vtrũ hoc mulierculę sinerẽt/ quas ⁊ alij nostrũ iã habebãt/ et nos habere volebamus: totũ illud placitũ qđ bñ firmabam⁹/ dissiluit in manib⁹: atq̃ cõfractũ et abiectũ est. Inde ad suspiria et gemitus ɔuertebamur/ et gressus ad sequẽdas latas ⁊ tritas vias sęculi: qm̃ multę cogitatiões erãt in corde nr̃o: ɔsiliũ aũt tuũ manet in ęternũ. Ex quo ɔsilio deridebas nostra/ ⁊ tua pparabas/ nobis datur⁹ escã in opportunitate: et aptur⁹ manũ tuã atq̃ impletur⁹ aĩas nostras bñdictione.

[Al. formabamus] [Ps. 32.] [Ps. 144.]

¶ Quartũ dictũ ẽ illud Multi amici agitaueramus aĩo/ colloquẽtes ac detestãtes turbulentas humane vite molestias/ ociose viuere: id ociũ sic moliti/ vt qđ habere possem⁹ cõferrem⁹ in mediũ vnãq̃ rẽ cõflarem⁹ familiarẽ/ vt p amicitie sinceritatẽ/ nõ esset aliud huius et aliud illius/ sed ex cunctis fieret vnũ/ ⁊ vniuersum singulorum esset et omnia omniũ: cũ essemus decẽ ferme homies: quibus placuerat vt bini tanq̃ magistrat⁹ omnia curarent ceteris quietis. Sed dicit q2 mulierculę quas aliqui eorũ habebãt/ alij habere volebant totum impediuerunt. Ex quo accipitur documentũ q2 vxorati homines ad cõmunitatẽ vite nõ sũt opportuni.

De sepatiõe augustini a ɔcubina/ ⁊ alteri⁹ sumptione: Ca. XV.

Interea pctã mea mltiplicabant: et auulsa a latere meo tanq̃ impedimẽto coniugij/ cũ qua cubare solitus erã: cor vbi adhęrebat/ cõcisũ ⁊ vulneratũ mihi erat/ ⁊ trahebat sanguinẽ: Et illa in aphricã redierat/ vouẽs tibi alium se virũ nesciturã/ relicto apud me naturali ex illa filio meo. At ego infelix nec feminę imitator dilationis impatiẽs/ tanq̃ post biẽniũ acceptur⁹ eã quã petebã: q2 non amator coniugij/ sed libidinis seruus erã: pcuraui aliã/ non vtiq̃ coniugẽ/ qua tanq̃ sustentaret ⁊ perduceret/ vel integer vel auctior morbus animę meę satellitio pdurãtis consuetudinis in regnũ vxoriũ. Nec sanabat vulnus illud meũ quod prioris pcisione factũ fuerat: sed post feruorẽ dolorẽq̃ acerrimũ putrescebat: et quasi frigidi⁹/ sed desperatius dolebat.

De epicuri opinione ⁊ immortalitate animę: Ca. XVI.

Tibi laus/ tibi gl̃ia fons misericordiarũ: ego fiebã miserior/ et tu ppinquior. Aderat iã iãq̃ dextera tua erreptura me de cęno ⁊ ablutura ⁊ ignorabã. Nec me reuocabat a pfũdiore voluptatũ carnaliũ gurgite/ nisi metus mortis ⁊ futuri iudicij tui: qui p varias quidẽ opiniones/ nunq̃ tñ recessit de pectore meo. Et disputabã cũ amicis meis alipio ⁊ nebridio A B

de finibus bonoꝝ ⁊ maloꝝ/epicurum accepturū fuisse palmā in animo meo: nisi ego credidissē post mortē restare aīe vitā/⁊ tractus meritoꝝ/qđ epicurus credere noluit. Et querebā si essem⁹ immortales et in ppetua corporis voluptate/sine vllo amissionis terrore viueremus: cur nō essem⁹ beati/aut quid aliud quereremus: nesciēs idipsū ad magnā miseriā ptinere/ ꝙ ita demersus et cecus cogitare nō possem lumen honestatis/⁊ gratis amplectende pulchritudinis: quā nō vidit oculus carnis/⁊ videt ex intimo. Nec cōsiderabā miser/ex qua vena mi- C Al. hīt mihi manaret
hi manaret/qđ ista ipsa feda ꝗ̄ tn̄ cū amicis dulciter conferebā: nec esse sine amicis poterā beatus/ etiā ſm sensū quē tunc habebā in quātalibet affluentia carnaliū voluptatū. Quos vtiqȝ amicos gratis diligebā/vicissimqȝ ab eis me diligi gratis sentiebā. O tortuosas vias: Ve anime audaci que sperauit si a te recessisset/se aliqđ melius habiturā. Versa ⁊ reuersa in tergū et in latera ⁊ in ventrē/⁊ dura sunt oīa: et tu solus requies: Et ecce ades ⁊ liberas a miserabilib⁹ errorib⁹: et ꝯstituis nos in via tua/ et consolaris/et dicis: Currite/ ego ferā/et ego pducā: et ego ibi ferā.

Sancti augustini episcopi liber confessionū sextus explicit.

Annotatio capitulorum septimi libri eiusdem.

1. Qr imaginib⁹ corporeis reiectis/deum ceperit agnoscere incorporeū et incorruptibilē.
2. Quali medio nebridius confuderit heresim manicheoꝝ.
3. Quesiuit augustinus que esset causa peccati: ⁊ inuenit esse liberꝝ arbi
4. Qr deus incorruptibilis sit ⁊ (trisi. luit⁹ nō possit cogi: als nō eēt de⁹.
5. Qualiter augustinus imaginabat creatorē sepatū a creatura: ⁊ tamē in omnibus creaturis esse.
6. Qualit abdicauerit/inueneritqȝ mēdacē mathematicorū stulticiā per experientias.
7. Qr mentis cecitate impediebat ab inquisitione originis mali.
8. Quomō diuina misericordia subuenerit augustino.
9. De libris platonicis/⁊ quid de euāgelio/et epistolis pauli in eis inuenerit/et quid non.
10. Qualiter augustinus venerit ad cognitione diuinoꝝ.
11. Quomodo creature habent esse et non esse.
12. Qr omnia facta a deo bona sint: et ꝙ malū non sit substantia:
13. Qr omnes creature faciant verbum ad laudē dei: et que sint meliores.
14. Qualiter augustinus de errore venerit ad veritatem.
15. Quomō veritas vel falsitas in creaturis sit.
16. Qr paruissime creature sicut ⁊ peccator in vniuerso sint.
17. Qr pondere infirmitatis humane homo impediatur a cognitiōe diuinorum.
18. Quid humanitas christi ꝓsit querentibus deum.
19. Qualiter senserit augustin⁹ exclusis erroribus de christi incarnatione.
20. Diuersitas librorū platonicoꝝ ⁊ sacre scripture: ⁊ quare deo ducente prius legerit platonicos.
21. Qr augustinus sacre scripture inheserit: et quid in eis quod nō in platonicis inuenerit.

Eiusdem diui aurelij augustini episcopi/confessionum liber septimus incipit.

De imaginibus corporeis reiectis/deū ceperit agnoscere incorporeū et incorruptibilē: Ca. j.

Am mortua erat adolescētia mea mala et nefanda: et ibā in iuuentutē: quāto etate maior/tanto vanitate turpior: qui cogitare aliquid substantie nisi tale nō poteram/quale per hos oculos videri solet. Non tamen te cogitabam deus in figura corporis humani/ex quo audire aliquid de sapientia cepi/ semper hoc fugi: et gaudebā me hoc reperisse in fide spiritalis matris nostre catholice tue: Sȝ quid te aliud cogitarem non occurrebat. Et cogitare te conabar homo: ⁊ talis homo summū ⁊ solum ⁊ verum deū: et te incorruptibilē ⁊ inuiolabilem ⁊ incōmutabilē totis medullis

credebam: quia nesciēs vnde τ quomodo/ plane tamē videbā τ certus eram: id quod corrumpi potest deterius esse/ꝙ id qđ non potest: et quod violari nō potest/ incūctā-ter pręponebā violabili: et quod nullā patitur mutationem/ melius esse ꝙ id quod
B mutari potest. Clamabat violēter cor meum aduersus omīa phantasmata mea: τ hꝰ vno ictu conabar abigere circumuolantē turbā immundicię ab acie mentis meę: et vix demota i ictu oculi/ ecce ɔglobata rursus aderat: et irruebat in aspectum meū: τ obnubilabat eum/ vt ꝙuis non formā humani corporis/ corporeū tamē aliquid cogitare cogerer per spacia locorū/ siue infusum mundo/ siue etiam extra mundū p infinita diffusum: etiā ipsum incorruptibile et inuiolabile et incōmutabile/ quod corruptibili et violabili et cōmutabili pręponebā: quoniā quicquid priuabam spacijs talibus/ nihil mihi esse videbatur: Sed prorsus nihil/ ne inane quidem/ tanꝗ si corpus auferatur loco/ et maneat locus omni corpore vacuatus/ et terreno τ humido et aereo et celesti: sed tamen sit locꝰ inanis tanꝗ spaciosum nihil. Ego itaqꝫ incrassatus corde: nec mihimetipsi vel ipse conspicuus/ quicquid non p aliquanta spacia tenderetur/ vel diffunderetur/ vel conglobaretur/ vel tumeret/ vel tale aliquid caperet/ aut capere posset/ nihil prorsus esse arbitrabar. Per quales enim formas ire solent oculi mei/ p tales imagines ibat cor meum: nec videbā hanc eandē intentionē/ qua illas ipsas imagines formabā non esse tale aliquid: ꝙ tamen ipsas nō formaret nisi esset magnū
C aliquid. Ita etiam te vita vitę meę grandem per infinita spacia vndiqꝫ cogitabam penetrare tantā mundi molem: et extra eā quaquauersum per immēsa sine termino: vt haberet te terra/ haberet cęlum/ haberent omīa: et illa finirentur in te/ tu autem nusqꝫ. Sicut aūt luci solis nō obsisteret aeris corpus/ aeris huius qui supra terrā est/ quo minus per eum traijceret penetrans eum/ nō dirumpendo aut concidendo/ sed implendo eum totum: sic tibi putabā non solum cęli et aeris et maris/ sed etiam terrę corpus peruiū: et ex omnibus maximis minimisqꝫ partibus penetrabile/ ad capiēdam pręsentiā tuā/ occulta inspiratiōe intrinsecus τ extrinsecus administrātē omīa quę creasti. Ita suspicabar: qꝛ cogitare aliud nō poterā: nā falsum erat. Illo eīn modo maior pars terrę maiorē tui partem haberet/ τ minorē minor: atqꝫ ita te plena essent omīa/ vt amplius tui caperet elephanti corpus ꝙ passeris/ quo esset illo grandiꝰ/ grādiorēqꝫ occuparet locū: atqꝫ ita frustatim partibus mūdi/ magnis magnas/ breuibꝰ breues partes tuas pn̄tes faceres. Nō es autem ita: Sed nondū illuminaueras tenebras meas.

Quali medio nebridius cōsiderit heresim manicheorum: Ca. ii.

Sat erat mihi dn̄e aduersus deceptos illos et deceptores et loquaces mutos: ob hꝰ mutos/ qm̄ nō ex eis sonabat vbū tuū: sat erat ꝗ illō qđ iā diu abusqꝫ carthagine a nebridio pponi solebat: τ oēs q audieram: cōcussi sumꝰ: Quid erat tibi factura nescio q̄ gēs tenebrarum/ quā ex aduersa mole solēt opponere/ si tu cum ea pugnare voluisses? Si eīn respōderetur/ aliquid fuisse nocituram/ violabilis tu τ corruptibilis fores. Si aūt nihil eā nocere potuisse diceretur/ nulla afferretur causa pugnādi: τ ita pugnandi/ vt quędā portio tua τ membrum tuū vel ples de ipsa substātia tua misceretur aduersis potestatibus/ et non a te creatis naturis: atqꝫ intantū ab eis corrūperetur et cōmutaretur in deterius/ vt a beatitudine in miseriā verteretur: τ indigeret auxilio quo erui purgariqꝫ posset: τ hāc esse animā/ cui tuus sermo seruienti liber/ τ contaminate purus/ τ corrupte integer subueniret/ sed τ ipse corruptibilis: qꝛ ex vna eadēqꝫ substātia. Itaqꝫ si te quicquid es/ id est substantiā tuā qua es/ incorruptibilē dicerent/ falsa esse illa omnia τ execrabilia. Si aūt corruptibilē/ idipsum iā falsum et pma voce abominādū. Sat ergo erat istud aduersus eos omīno τ emouēdos a pressura pectoris: qꝛ non habebāt qua exirēt sine horribili sacrilegio cordis et linguę/ sentiendo de te ista τ loquendo. Argu. nebr. ad manicheos

Quesiuit augustinus que esset causa peccati: τ inuenit esse liberum arbitrium: Ca. iii.

Sed et ego adhuc/ ꝙuis incōtaminabilem et inconuertibilē/ et nulla ex parte mutabilē dicerē/ firme qꝫ sentirē deū nostrū deū verū: qui fecisti nō solū animas nostras/ sꝫ etiā corpa: nec A

tñ animas nostras ⁊ corpa/sed oĩes ⁊ omnia: non tenebã explicitã et enodatã causam mali: quecunq₃ tamẽ esset sic eã querendã videbã/ vt non per illam constringerer deũ incõmutabilem mutabilẽ credere ne ipse fierem quod querebã. Itaq₃ securus eã querebã: et certus non esse verũ ꝙ illi dicerent/ quos toto animo fugiebã: qꝛ videbam querendo vnde malũ repletos malicia qua opinarent̃ tuã potius substã-

B tiam etiã male pati ꝙ̃ suã male facere. Et intendebã vt cernerẽ quod audierã/ liberum volũtatis arbitriũ causam esse vt malum faceremus: et rectũ iudicium tuum vt pateremur: et eã liquide cernere non valebam. Itaq₃ aciẽ mentis de profundo educere conatus/ mergebar iteꝝ: et sepe conatus mergebar iteꝝ atq₃ iterum. Subleuabat eñ me in lucẽ tuam/ ꝙ sciebã tã me habere voluntatẽ ꝙ̃ me viuere. Itaq₃ cũ aliquid vellem aut nollẽ: nõ aliud ꝙ̃ me velle ac nolle certissimus erã: et ibi esse causã peccati mei iã iamq₃ animaduertebã. Qđ autẽ inuitus facerẽ/ pati me potius ꝙ̃ facere videbã: et id non culpam sed penam esse iudicabam/ qua me non iniuste plecti

C te iustũ cogitans cito fatebar. Sed rursus dicebã: Quis fecit me? Nõne deꝰ meꝰ: nõ tñ bonus sed ipsum bonũ? Unde igit̃ mihi male velle ⁊ bñ nolle/ vt eẽt cur iuste penas luerẽ? Quis in me hoc posuit/ ⁊ inseruit mihi plantariũ amaritudinis/ cũ totꝰ fierẽ a dulcissimo deo meo? Si diabolus auctor: vñ ipse diabolus? Ꝙ si et ipse puersa volũtate ex bono angelo diabolꝰ factus ẽ: vnde ⁊ in ipso voluntas mala qua diabolus fieret/ qñ totus angelus a ꝯditore optimo factus esset bonus? His cogitationibꝰ deꝓmebar iteꝝ ⁊ suffocabar. Sed nõ vsq₃ ad illũ infernũ subducebar errois/ vbi ne-

Ps.6. mo confitebit̃ tibi/ dũ tu potius mala pati ꝙ̃ hõ facere putatur.

Q deꝰ icorruptibil' sit ⁊ iuitꝰ nõ possit cogi: al's nõ eẽt deꝰ: Ca. iiii.

A Ic eñ nitebar cetera inuenire/ vt iã inuenerã melius esse incorruptibile ꝙ̃ corruptibile: et ideo te quicquid esses/ esse incorruptibilẽ confitebar.

Primũ dictũ septimi libri ¶ Neq₃ eñ vlla aĩa vnq̃ potuit/ poterit ve cogitare aliqđ qđ sit te melius: q sum-mũ et optimũ bonũ es. Cum autẽ verissime atq₃ certissime incorruptibile corruptibili ꝑponat̃/ sicut iã ego preponebã: poteram iam cogitatione aliquid attingere quod esset melius deo meo/ nisi tu esses incorruptibilis. Ubi igit̃ videbã incorruptibile corruptibili esse preferendũ: ibi te querere debebã: atq₃ inde aduertere vbi sit malũ: id est vñ sit ipsa corruptio/ qua violari substantia tua nullo modo potest. Nullo eñ ꝓrsus modo violat corruptio deũ nostrũ: nulla voluntate: nulla necessitate: nullo iprouiso casu: quoniã ipse est deus: ⁊ quod sibi vult bonũ ẽ: et ipse est idẽ bonũ. Corrumpi autem non est bonũ. ¶ Nec cogeris inuitus ad aliquid: qꝛ volũtas tua nõ est maior potentia tua. Esset aũt maior si teipso tuipẽ maior esses. Uoluntas eñ ⁊ potẽtia dei/ deus ipse ẽ. Et qđ iprouisũ tibi q nosti oĩa: ⁊ nulla natura est nisi quia nosti eam? Et vt qđ multa dicimꝰ/ cur nõ sit corruptibilis substãtia que deꝰ est: qñ si hoc esset/ nõ esset deus?

¶ Primũ dictum est/ ꝙ nulla anima vnq̃ potuit/ poterit ue cogitare aliquid quod sit te ingt melius: loquẽs ad deũ. Ex quo accipit̃ illud dictuꝫ anselmi/ ꝙ deus est quo maius nihil cogitari potest: quia in rebus spiritualibus idem est meliꝰ et maius esse/ sm beatuꝫ augustinũ. Unde patet ꝙ omnes cõmuniter doctores posteriores hauserunt ab augustino tanꝙ̃ a fonte.

Anshelmꝰ in ꝓlogion

B

¶ Secundum dictum ẽ illud: Non cogeris ad aliquid inuitus domine: quia voluntas tua non est maior potentia tua: esset autem maior si te/ ipso tuipse maior esses: voluntas enim et potentia dei deus ipse est. Ex quo dicto accipit̃ argumentũ/ ꝙ cũ deus a nulla creatura posset cõpelli ad aliquid agẽdũ/ ꝓducto quocunq₃ priori põt cessare a ꝓductiõe cuiuslibet posterioris: ⁊ sic potest facere i illis que realiter differũt qđcũq₃ ꝑus sine posteriori.

Scđm dictũ. 1. sen. dis. 4. ca. his aũt. 1. sen. dis. 19. ca. cũq₃

Qualit̃ augustinꝰ imaginabat̃ creatorẽ sepatũ a creatura: ⁊ tñ in omnibus creaturis esse: Ca. v.

A Et querebã/ vñ malũ/ ⁊ male querebã: et in ipsa inquisitiõe mea nõ videbã malum. Et constituebã in cõspectu spũs mei vniuersam creaturam/ quicquid in ea cernere possumus: sicuti est terra et mare/ et aer/ et sidera/ ⁊ arbores/ et animalia mortalia: ⁊ quicquid in ea nõ videmus: sicut firmamentũ celi/ insup ⁊ oẽs angelos et cuncta spiritalia eius: sed etiã ipsa quasi corpa essent/ locis et locis ordinauit imaginatio mea: et feci vnã massam grandẽ distinctã generibus corporũ † creaturã tuã/ siue que vera corpora erant/ siue q ipse ꝓ spiritibus finxerã: et eã feci grãdẽ:

Al. † creaturarũ tuarũ

non quantũ erat quod scire non poteram/ sed quantum libuit vndiqꝫ versum sane finitam. Te autẽ domine ex omni parte ambientem eam et penetrantẽ/ sed vsqꝫquaqꝫ infinitũ: tanq̃ si mare esset vbiqꝫ/et vndiqꝫ p[er] immensa spacia infinitũ solũ mare: et haberet intra se spongiam quamlibet magnam/ sed finitã: tamen plena esset vndiqꝫ spongia illa ex omni sua parte ex immenso mari: sic creaturam tuã finitam te infinito plenã putabam et dicebam: Ecce deus/ et ecce que creauit deus: ꝛ bonus ẽ deus/ atqꝫ his validissime longissimeqꝫ prestantior: sed tamen bonus bona creauit: ꝛ ecce quomodo ambit atqꝫ implet ea. Ubi ergo malum/ et vnde/ et qua huc irrepsit? Que radix eius/ ꝛ qđ semen eius? An omnino non est? Cur ergo timemus et cauemus quod nõ est? Aut si inaniter timem[us]: certe vel timor ipse malũ est/ quo incassum stimulatur et excruciatur cor. Et tanto grauius malũ: quanto non est quod timeam[us] et timemus. Idcirco autẽ est malũ quod timemus/ aut hoc malũ ẽ quia timemus: Unde est igit[ur]? Quoniã deus fecit hec omnia/ bonus bona. Maius quidẽ et summũ bonũ minora fecit bona: sed tamen et creans et creata bona sunt omnia: Unde est malũ? Aut vnde fecit ea? Materies aliq̃ mala erat/ et formauit atqꝫ ordinauit eã: sꝫ reliquit aliquid in illa quod in bonũ non conuerteret? Cur et hoc? An impotẽs erat totã ꝯuertere ꝛ cõmutare/ vt nihil mali remaneret/ cũ sit oĩa potẽs? Postremo cur inde aliq̃d facere voluit: ac cur nõ poti[us] eadẽ omnipotentia fecit/ vt nulla esset omnino? Aut v[er]o existere poterat contra ei[us] voluntatẽ? Aut si eterna erat: cur tãdiu p[er] infinita retro spacia temporũ/ sic eam siuit esse/ ac tanto post placuit aliquid ex ea facere? Aut iam si aliquid subito voluit agere/ hoc potius ageret omnipotens/ vt illa non esset: atqꝫ ipse solus esset totum/ verũ et summũ et infinitum bonũ? Aut si non erat bene/ vt non aliquid boni etiã fabricaret et conderet qui bonus erat: illa sublata ꝛ ad nihilum redacta materia que mala erat/ bonam ipse institueret vnde oĩa crearet? Non eñi esset oĩpotẽs si condere non posset aliquid boni/ nisi ea quã ipse non condiderat adiuuaretur materia. Talia voluebam pectore misero ingrauidato curis mordacissimis de timore mortis: et non inuenta veritate/ stabiliter tamẽ herebat in corde meo/ in catholica ecclesia fides christi tui domini et saluatoris nostri: in multis quidẽ adhuc informis/ et preter doctrine normã fluctuans: sed tñ non eam relinquebat animus/ immo indies magis magisqꝫ imbibebat.

Ar. timensũ infinitum

B

C

D

Qualiter abdicauerit/ inueneritqꝫ mendacem mathematicorũ stulticiã per experientias: Ca. VI.

dam superfluentibus etatis excessibus/ q̄
ludicris motibus ebulliunt: et in puerilibꝰ
Al. tanuis animis maiorū pondere premi solēt. Ita/
q̄ ad illud modicū quotidiana modica ad/
Eccl.19.a dendo: quoniā qui modica spernit/ paula/
tim decidit: in eā consuetudinē lapsa erat/
vt ppe iam plenos mero caliculos inhian/
ter hauriret. Vbi tunc sagax anus/ & vehe/
mens illa prohibitio? Nunqd valebat ali/
quid aduersus latentem morbum: nisi tua
medicina domine vigilaret sup nos? Ab/
sente patre et matre et nutritoribus: tu p̄/
sens/ qui creasti/ qui vocas/ qui etiā p p̄po/
sitos homines boni aliqd agis ad anima/
rū salutē. Quid tūc egisti dñe deꝰ meꝰ? Vn̄
curasti? vnde sanasti? Nōne protulisti dur
et acutū ex altera anima cōuitiū tanq̄ me/
dicinale ferrū ex occultis puisionibꝰ tuis: &
E vno ictu putredinē illam p̄cidisti? Ancilla
enī cū qua solebat accedere ad cuppā/ liti/
gās cū dña minore/ vt fit/ sola cū sola/ obie
cit hoc crimē amarissima insultatiōe/ vocās
meri bibulā. Quo illa stimulo pcussa/ re/
spexit feditatē suam: cōfestimq̄ damnauit
Multū dictū atq̄ exuit: ¶ Sicut
amici adulantes per/
uertunt: sic inimici li/
tigantes plerūq̄ cor/
rigunt. Nec tu quod
p eos agis/ sed quod
ipsi voluerunt retri/
buis eis. Illa enim
irata exagitare appetiuit minorē dominā
nō sanare: et ideo clāculo/ aut quia ita eas
inuenerat locus & tēpus litis/ aut ne forte
et ipsa periclitaret/ q tā sero pdidisset. At
tu dñe rector celestiū & terrenorū/ ad vsus
tuos cōtorquens pfunda torrētis fluxū se/
culoꝝ ordinās turbulētū/ etiā de alterius

¶ Quintum dictum est istud: Sicut amici adulātes puertūt: sic inimici litigātes plerūq̄ corrigūt. Ex quo dicto accipit documentum/ q melius est audire inimicorum rep̄hensiones/ q̄ amicorum adulatiōes: quia iste nocent/ ille proficiant.

anime insania sanasti alterī: nec q̄sq̄ cum
hoc aduerterit/ potētie sue tribuat: si vbo eiꝰ
alius corrigat quē vult corrigi.

De sexta p̄uersatiōe matris augustini/ cū tradita esset viro: Ca.IX.

Educata ita/
q̄ pudice ac
sobrie poti/
usq̄ a te subdita pa/
rentibus/ q̄ a paren/
tibus tibi: vbi plenis
annis nubil facta ē:
tradita viro/ seruiuit
veluti dño: & satagit
eū lucrari tibi: loqns
te illi moribꝰ suis/ q/
bus eā pulchrā faci/
ebas: et reuerenter
amabilē atq̄ mirabi
lē viro. Ita aūt tole/
rauit cubil iniurias/
vt nullā de hac re cū
marito haberet vnq̄
simultatē. Expecta/
bat enī misericordiā
tuā sup eū/ vt i te cre
dēs castificaret. Erat
vo ille p̄terea sicut be/
niuolētia p̄cipuꝰ: ita
ira feruidꝰ. Sz noue/
rat hec non resistere
irato viro: nō tm̄ fa/
cto/ sz ne vbo quidē.
Iā vo refractū et q̄e
tū cū opportunū vide
rat/ rōnē facti sui red/
debat: si forte ille in/
cōsideratiꝰ cōmotus
fuerat. Denique cū ma
tronē m̄lte/ quaꝝ viri
mansuetiores erāt pla
gaꝝ vestigia/ etiā de/
honestata facie gere/
rent/ int amica collo/
quia ille arguebant
maritoꝝ vitā: hec ea/
rū linguā veluti p io/
cū grauiter admonēs/
ex q̄ illas tabulas q̄
matrimoniales vo/
cant/ recitari audis/
sent/ tāq̄ instrumēta

A Sextū dictū

¶ Sextū dictū/ q mat ipsiꝰ beati augustini educata a parentibus pudice & sobrie/ nubilis facta tradita est viro: cui velut domino seruiuit: et satagit inquit augustinus tibi eum domine lucrari. Ita autem tolerabat tales iniurias/ vt nullā de hac re haberet vel vnq̄ dissensionem. Expectabat enī misericordiam tuam/ vt credēs in te castificaretur. Erat enī s. maritus pater augustini: sicut beniuolentia p̄cipuꝰ/ ita ira feruidꝰ. Sz nouerat hec nō resistere irato viro: nō tm̄ facto/ sz nec verbo. Iā vero refractū et quietū cum opportunum viderat/ rationē facti sui reddebat: si forte ille icōsideratiꝰ motꝰ fuerat. Denique cū matrone multe quarum viri mansuetiores erant plagarū vestigia dehonestata facie gererent: inter amica colloquia ille arguebant maritorum vitam: hec earum linguam veluti per iocum grauiter admonēs: ex q̄ illas tabulas q̄ matrimoniales vocāt recitari audissent quibꝰ ācille facte fuissent: non oportere superbire aduersus dominos suos. Cūq̄ mirarentur ille/ scientes q̄ ferocē coniugē sustineret: nunq̄ fuisse auditum/ q patriciꝰ ceciderit vxorem suam: aut q a seinuicem domestica lite dissenserint. B Socrum etiam suam susurris malarum ancillarū aduersus se irritatā/ sic uicit obsequijs/ perseuerans in tolerantia et mansuetudine/ vt medias linguas proderet per quas pax domestica turbaretur. Deinde virum suum in extrema vita lucrata est tibi: nec in eo iā fideli planxit/ qd nōdū fideli tolerauerat. Denique cum ipsa venisset ad mortem/ inquit: Ponite hoc corpꝰ vbicūq̄/ nihil cure eiꝰ vos cure

quibus ancillę factę
essent / deputare de-
buissent: ꝓinde me-
mores ꝯditionis / su-
perbire aduersus do
minos nō oportere.
Cūq̄ mirarentur illę
sciētes q̄ ferocē cōiu
gē sustineret / nūq̄ fu-

> [S]i eius vos cura cōtur-
> bet: tñ illud vos rogo /
> vt ad dñi altare memine-
> ritis mei. Ex quibus di-
> ctis accipiūtur exempla
> optima ad mulieres ho-
> nestas isti⁹ femine exem-
> plis hortandas: de qua
> circa finem libri sic ꝯclu-
> dit: Sit ergo in pace cū
> viro suo / añ quē nulli et
> post quē nulli nupta est.

isse auditū / aut aliq̄ indicio claruisse / ꝙ pa-
tricius ceciderit vxorē / aut ꝙ a seinuicem
vel vnū diē domestica lite dissenserint: et
causā familiaris quęrerēt: docebat illa in-
stitutū suū / qđ supra memoraui. Quę ob-
seruabāt / ex ꝑte gratulabāt: q̄ nō obserua-
bāt / subiectę vexabant. Socrꝰ etiā suā pri-
mo susurrijs malaꝝ ancillarū aduersus se
irritatā sic euicit obsequijs / ꝑseuerās tole-
rantia ⁊ māsuetudine / vt illa vltro filio suo
medias linguas famulaꝝ ꝓderet / qb⁹ inter-
C fect nuꝝ pax domestica turbabat / expete-
retq̄ vindictā. Itaq̄ posteaq̄ ille et matri
obtēperās / ⁊ curās familię disciplinā / ⁊ cō-
cordię suoꝝ ꝯsulēs: ꝓditas ad ꝓdētis arbi
triū verberib⁹ coercuit: ꝓmisit illa talia de
se ꝓmia sperare debere / quęcūq̄ de sua nu
ru sibi quo placeret mali aliquid loqueret:
nullaq̄ iā audente memorabili int̄ se beni
D uolētię suauitate vixerūt. Hoc q̄ illi bono
mācipio tuo / in cui⁹ vtero me creasti / deus
me⁹ / misericordia mea mun⁹ grāde donaue
ras: ꝙ inter dissidētes atq̄ discordes q̄sli-
bet animas / vbi poterat tā se ꝓbebat pa-
cificā: vt cū ab vtraq̄ multa de inuicē au-
diret amarissima / qualia solet eructare tur
gēs atq̄ indigesta discordia / q̄n ꝑsenti ami
cę de absente inimica per acida colloquia
cruditas exhalat odioꝝ: nihil tñ alteri d̄
altera ꝓderet / nisi ꝙ ad eas recōciliādas va
leret. Paruū h̄ bonū mihi videret / nisi tur-
bas innumerabiles trist̄ expirer / nescio q̄
horrēda pestilētia pctōꝝ latissime ꝑuagā-
te / nō solū iratoꝝ inimicoꝝ iratis inimicis
dicta ꝓdere / sed etiā q̄ nō dicta sunt adde-
re: cū cōtra animo hūano paꝝ esse debeat
inimicitias hominū nec excitare nec auge-
re male loquendo / nisi eas etiā extinguere
bñ loquēdo studuerit: q̄lis illa erat docēte
E te magistro intimo in schola pectoris. De-
niq̄ etiā viꝝ suū iam in extrema vita tpali
ei⁹ lucrata ē tibi: nec in eo iā fideli planxit /
qđ in nondū fideli tolerauerat. Erat etiam
serua suoꝝ tuoꝝ. Quisq̄s eñ eoꝝ nouerat
eā / multū in ea laudabat ⁊ honorabat ⁊ di-
ligebat te: q2 sentiebat ꝑsentiā tuā in cor-
de ei⁹ sanctę cōuersationis fructib⁹ testib⁹.
Fuerat eñ vni⁹ viri vxor: mutuā vicē parē- 1. Timoth. 5 a
tib⁹ reddiderat: domū suā pie tractauerat:
in opibus bonis testimoniū habebat. Nu-
trierat filios: totiēs eos parturiēs / quoti-
ens abs te deuiare cernebat. Postremo
nobis dñe omib⁹ q̄ ex munere tuo sinis loq̄
seruis tuis / q̄ añ dormitionē ei⁹ in te iā ꝯso-
ciati viuebam⁹: percepta gr̄a baptismi tui:
ita curā gessit q̄si oēs genuisset: ita seruiuit
quasi ab omnib⁹ genita fuisset.

De collocutiōe augustini ⁊ matris suę de regno celoꝝ: Ca. x.

[I]Mminēte aūt die quo ex hac vita A
erat exitura: quē diem tu noueras
ignorantib⁹ nobis: prouenerat vt
credo / ꝓcurante te occultis tuis modis / vt
ego ⁊ ipsa soli starem⁹ incūbentes ad quan-
dā fenestrā: vñ hortus intra domū q̄ nos
habebat ꝓspectabat: illic apud ostia tybe-
rina / vbi remoti a turbis post longi itine-
ris laborē instaurabamus nos nauigatio-
ni. Colloquebamur ergo soli valde dulci-
ter: ⁊ ꝑterita obliuiscentes / in ea quę ante Phil. 3. c.
sūt extēti / quęrebamus inter nos apud ꝑ-
sentē veritatē quod tu es / qualis futura es-
set vita ęterna sanctoꝝ: quā nec oculus vi- 1. Cori. 2. c
dit: nec auris audiuit: nec in cor hōis ascē-
dit. Sed inhiabam⁹ ore cordis in sup̄na flu
enta fontis tui / fontis vitę q̄ est apud te: vt Ps. 35.
inde ꝓ captu nostro asp̄si / quoq̄ modo rem
tantā cogitarem⁹. Cūq̄ ad eū finem sermo B
ꝑduceret / vt carnaliū sensuum delectatio
quantalibet in quātalib⁹ luce corꝑea ꝓ illi⁹
vitę iocūditate: nō cōparatiōe / s̄ ne cōme-
moratiōe q̄dē digna videret: erigētes nos
ardentiore affectu in idipsū ꝑambulauim⁹
gradatim cūcta † corꝑalia ⁊ ip̄m cęlū vñ sol Al. tp̄alia
⁊ luna ⁊ stellę lucēt super terram. Et adhuc
ascēdebam⁹ interi⁹ cogitādo ⁊ loq̄ndo te / ⁊
mirādo oꝑa tua: ⁊ venim⁹ i mētes nostras /
et trāscendim⁹ eas / vt attingerem⁹ regionē
vbertatis indeficiētis: vbi pascis israel in
ęternū veritatis pabulo: ⁊ vbi vita sapiē-
tia est / ꝑ quā fiunt oīa ista / ⁊ q̄ fuerūt / ⁊ q̄ fu
tura sunt: ⁊ ipsa nō fit / sed sic ē vt fuit / ⁊ sic
erit semꝑ: q̄n potī⁹ fuisse ⁊ futuꝝ esse nō est
in ea / sed esse solū: q̄m ęterna ē. Nā fuisse ⁊
futuꝝ esse nō ē ęternū. Et dū loquimur et

inhiam⁹ illi: attigim⁹ eā modice toto ictu
cordis/⁊ suspirauim⁹⁊ reliquim⁹ ibi religa/
tas ꝓmitias spūs: ⁊ remeauim⁹ ad strepitū
oris nostri/vbi verbū et incipit ⁊ finit. Et
quid simile v̄bo tuo dn̄o nostro in se ꝑma/
nēti sine vetustate/ atq̧ innouāti omnia?
C Dicebam⁹ergo: Sicui sileat tumultus car
nis:sileāt phantasię terrę ⁊ aquaꝝ ⁊ aeris:
sileāt ⁊ poli/ ⁊ ipsa sibi aīa sileat/⁊ transeat
se nō se cogitando:sileant somnia ⁊ imagi/
narię reuelatiōes: oīs lingua et omne si/
gnū/⁊ quicq̄d trāseūdo fit/ sicui sileat om/
Al.†q audiāt nino: qm̄ si† quis audiat/dicūt hęc oīa:nō
Ps̄.99. ipsa nos fecimus/sed fecit nos q̄ manet in
ęternū. His dictis si iam taceāt: qm̄ erexe/
rūt aurē in eū qui fecit ea: ⁊ loquat ipse so/
lus:nō ꝑ ea/sed ꝑ seipsū: vt audiam⁹verbū
eius/nō ꝑ linguā carnis/ neq̧ per vocē an/
geli/neq̧ per sonitū nubis/neq̧ ꝑ ęnigma
silitudinis:sed ipsū quē in his amam⁹/ipsū
sine his audiam⁹:sicut nūc extēdim⁹ nos/⁊
rapida cogitatione attingim⁹ ęternā sapi/
entiā super oīa manentē: si continuetur
hoc/⁊ subtrahant alię visiones lōge impa/
ris generis: ⁊ hęc vna rapiat ⁊ absorbeat ⁊
recōdat in interiora gaudia spectatorē su/
um: vt talis sit sempiterna vita/quale fuit
hoc momētū intelligētię cui suspirauim⁹.
Math.25.b Nōne hoc ē: Intra in gaudiū dn̄i tui? Et
1.Cor.15.g istud qn̄? An cū oēs resurgem⁹/ sed nō oēs
immutabimur. Dicebam⁹talia: ⁊ si nō isto
modo et his v̄bis:tn̄ dn̄e tu scis ꝙ illo die
cū talia loqueremur: ⁊ mund⁹iste nobis in/
ter v̄ba vilesceret cū oīb⁹delectatiōibus
D suis: Tunc ait illa: Fili quantū ad me at/
tinet/ nulla re iam delector in hac vita.
Quid hic faciam adhuc/ et cur hic sim ne/
scio: iam cōsumpta spe hui⁹ sęculi. Unum
erat propter qd̄ in hac vita aliquantū im/
morari cupiebam/vt te christianū catho/
licū viderem priusq̄ morerer. Cumulati⁹
hoc mihi deus meus pręstitit: vt te etiam
contempta fęlicitate terrena seruū ei⁹ vi/
deam. Quid hic facio?

De extasi et morte matris augustini: Ca. XI.

A Ad hęc ei quid responderim/ nō sa/
tis recolo. Tum interea vix intra
quinq̧ dies/ aut nō multo ampli/
Al.†occubuit us† decubuit febribus. Et cum ęgrotaret
quodā die defectū animę passa est: ⁊ pau/
lulum subtracta a p̄sentibus. Nos cōcur/
rimus: Sed cito reddita est sensui: et aspe/
xit astantes me et fratrem meum: ⁊ ait no/
bis quasi quęrenti similis: Ubi eram? De/
inde nos intuēs męrore attonitos: Pone/
tis hic inquit matrem vestrā? Ego silebā/
et fletū frenabā. Frater autem me⁹ quid/
dam locutus est/ quo eā nō peregre/sed in
patria defungi tanq̄ fęlici⁹ optaret. Quo
audito: illa vultu anxio reuerberans eum
oculis ꝙ talia saperet: atq̧ inde me intuēs:
vide ait quid dicit. Et mox ambob⁹: Po/
nite inquit hoc corpus vbicūq̧/ nihil vos
eius cura conturbet: Tm̄ illud vos rogo/
vt ad domini altare memineritis mei vbi B
fueritis. Cūq̧ hanc sententiā verbis qui/
bus poterat explicasset/conticuit: ⁊ ingra/
uescente morbo exercebat. Ego vero co/
gitās dona tua de⁹ me⁹ inuisibilis/ quę im/
mittis in corda fidelium tuorū: et prouení
unt inde fruges admirabiles: gaudebā et
gratias agebam tibi/ recolēs quod noue/
ram: quanta cura semꝑ ęstuasset de sepul/
chro quod sibi prouiderat ⁊ pręparauerat
iuxta corpus viri sui. Quia enī valde con/
corditer vixerant: id etiam volebat/ vt est
animus humanus minus capax diuino/
rum/ adiungi ad illam fęlicitatē: et cōme/
morari ab hominibus: concessum sibi esse
post transmarinā peregrinationē/ vt con/
iuncta terra/ amborū coniugū terra tege/ C
retur. Quādo autē ista inanitas plenitu/
dine bonitatis tuę cęperat in ei⁹ corde nō
esse/nesciebam: et lętabar admirans/ꝙ sic
mihi apparuisset: q̄q̧ et illo sermone no/
stro ad fenestram cum dixit: iam quid hic
facio: nō apparuit desiderare ī patria mo/
ri. Audiui etiam postea/ ꝙ iam cum ostijs
essemus cū quibusdam amicis meis/ ma/
terna fiducia colloquebatur quodam die
de cōtemptu vitę huius/et bono mortis:
vbi ipse nō aderam: Illisq̧ stupētibus vir/
tutem fęminę quam tu dederas ei/ quęrē/
tibus vtrum non formidaret tam longe a
sua ciuitate corpus relinquere: nihil īquit
longe est deo: neq̧ timendū est ne ille non
agnoscat in fine sęculi vnde me resuscitet.
Ergo die nono ęgritudinis suę/ quinqua/
gesimo et sexto anno ętatis suę: tricesimo
et tertio ętatis meę/anima illa religiosa et
pia/corpore soluta est.

De mesticia ⁊ fletu augustini ꝑ matris morte: ⁊ sepultura: Ca. XII

A Premebā oculos eius/et cōfluebat
in precordia mea mestitudo ingēs
et trāsfluebat in lachrymas: ibidē
q̄ oculi mei violento animi imperio resor/
bebāt fontē suum vsq̄ ad siccitatē: ⁊ in ta/
li luctamine valde male mihi erat. Tū ve/
ro vbi efflauit extremū spiritū: puer adeo/
datus exclamauit in planctū: atq̄ ab om̄i/
bus nobis coercit⁹ tacuit. Hoc modo etiā
meū quiddā puerile quod labebat̄ in flet⁹
iuuenili voce cordis coercebat̄ et tacebat.
Neq̄ enim decere arbitrabamur funus il/
Al. †q̄stiōib⁹ lud† questib⁹ lachrymosis gemitibusq̄ ce/
lebrare: quia his plerūq̄ solet deplorari q̄/
dā miseria morientiū: aut quasi omnimo/
da extinctio. At illa nec misere moriebat̄/
nec omnino moriebatur. Hoc ⁊ documen/
tis morū eius/et fide nō ficta/rationibusq̄
certis tenebam⁹. Quid ergo erat q̄ intus
mihi grauiter dolebat/ nisi ex consuetudi/
ne simul viuendi/ dulcissima et charissima
B repente simul dirupta/vulnus recēs? Gra/
tulabar quidē testimonio eius/q̄ in eaipsa
vltima egritudine obsequijs meis inter
blandiens appellabat me pium: et cōme/
morabat grandi dilectionis affectu nunq̄
se audisse ex ore meo iaculatum in se durū
aut cōtumeliosum sermonē. Sed tamē q̄d
tale deus me⁹ qui fecisti nos? Quid cōpa/
bile habebat honor a me delat⁹ illi/⁊ serui/
tus ab illa mihi? Quī itaq̄ deserebar tam
magno eī⁹ solatio/sauciabat̄ anima mea: ⁊
quasi dilaniabat̄ vita/ que vna facta erat
ex mea et illius. Cohibito ergo a fletu illo
puero/ psalteriū arripuit euodius: ⁊ canta/
re cepit psalmū. Cui respondebamus om/
Ps. 100. nis domus: Misericordiā et iudiciū/cātā/
C bo tibi domine. Audito autem quid age/
ret̄: conuenerunt multi fratres ac religiose
femine: ⁊ de more illis quoꝝ officium erat
fun⁹ curantibus: ego in parte vbi decenter
poterā cū eis/qui me nō deserendū esse cē/
sebāt/quod erat tpi congruū disputabam:
eoq̄ fomento veritatis mitigabā cruciatū
tibi notum/illis ignorātib⁹ ⁊ intēte audiē/
tibus/⁊ sine sensu doloris me esse arbitrā/
tibus. At ego in auribus tuis vbi coꝝ nul/
Al. †molestiā lus audiebat/increpabā †molliciem affect⁹
mei: et constringebam fluxum meroris: ce/
debatq̄ mihi paulululum: rursusq̄ impetu
suo ferebat̄/nō vsq̄ ad eruptionem lachry/
marum/nec vsq̄ ad vultus mutationē: sed
ego sciebā quid corde premerē. Et q̄r mihi
vehementer displicebat tantū in me posse
hec humana/q̄ ordine debito/et sorte con/
ditionis nostre accidere necesse ē: alio do/
lore dolebam dolorem meū: et duplici tri/
sticia macerabar. Cum ecce corpus elatū
est/imus et redimus sine lachrymis. Nam
neq̄ in eis precibus quas tibi fudimus/cū
offerretur pro ea sacrificium precij nostri:
iam iuxta sepulchrū posito cadauere priuſ
q̄ deponeret̄/sicut illic fieri solet: nec in eis
precibus ego fleui: sꝫ toto die grauiter in
occulto mestus eram: ⁊ mente turbata ro/
gabam te vt poteram/q̄ sanares dolorem
meū: nec faciebas/ credo cōmendans me/
morie mee: vel hoc vno documento om̄is
consuetudinis vinculū/etiā aduersus men
tem: que iam nō fallaci verbo pascit̄. Vi/ D
sum etiam mihi est vt irē lauatū/qd̄ audie/
ram inde balneis nomē inditū: quia greci
βάλάμειομ/balanion dixerint: q̄ anxieta/
tem pellat ex animo. Ecce et hoc confiteor
misericordie tue pater orphanoꝝ/ quoniā
laui: et talis eram qualis priusq̄ lauissem:
Neq̄ eñ exudauit de corde meo meroris
amaritudo. Deinde dormiui et euigilaui:
⁊ nō parua ex parte mitigatū inueni dolo/
rē meū: atq̄ vt eram in lecto meo solus/re/
cordatus sum veridicos versus ambrosij
tui: Tu es eñ deus creator omniū/ poliq̄
rector/vestiens diem decoro lumine: noctē
soporis gratia/ art⁹ solutos vt quies red/
dat laboris vsui: mentesq̄ fessas alleuet:
luctusq̄ soluat anxios. Atq̄ īde paulatim
reducebam in pristinum sensum ancillam
tuam: conuersationēq̄ eius piam in te et
sanctam/ in nos blandam atq̄ morigerā/
qua subito destitutus sum: ⁊ libuit flere in
conspectu tuo de illa et ꝑ illa/de me et pro
me. Et dimisi lachrymas quas continebā/
vt effluerent quantū vellent: substernens
eas cordi meo: et requieuit in eis: quoniā
ibi erant aures tue: nō cuiusq̄ hominis su/
perbe interp̄tantis ploratū meū. Et nunc
dn̄e ꝯfiteor tibi in litteris: Legat q̄ volet:
et interpretet̄ vt volet: ⁊ si peccatū inuene/
rit fleuisse me matrē exigua pte hore: ma/
trē oculis meis interim mortuā/q̄ me mul/
tos annos fleuerat/ vt oculis tuis viuerē:
nō irrideat/ sed potius si ē grādi charitate
ꝓ peccatis meis/fleat ipse ad te patrē om/
niū fratrū christi tui.

Qualiter augustinus matrem mortuam orationibus commendauerit deo: Ca. xiii.

A Ego autem iam sanato corde ab il-
c lo vulnere in quo poterat redar-
gui carnalis affectus: fūdo tibi de-
us noster pro illa famula tua lõge aliud la-
chrymarum genus/ quod manat de cõcus-
so spiritu consideratione periculorum om-
1. Cor. 15. c nis anime quę in adam moritur. Quãq il-
la in christo viuificata/ etiam nondū car-
ne resoluta sic vixerat vt laudeť nomen tu-
um in fide moribusq eius: nõ tñ audeo di-
cere/ ex quo eã p baptismū regenerasti/ nul-
lum verbū exisse ab ore eius cõtra pceptū
Matth. 5. c tuū. Et dictū est a veritate filio tuo: Si qs
dixerit fratri suo/ fatue: reus erit gehennę
ignis. Et vę etiam laudabili vitę hominū:
B si remota misericordia discutias eã. Quia
vero non exquiris delicta vehementer: fi-
ducialiter speramus aliquem apud te locū
inuenire indulgentię. Quisquis autem ti-
bi enumerat vera merita sua: qd tibi enu-
merat nisi munera tua? O si cognoscant se
2. Cor. 10. d omnes homines: & qui gloriãtur in domi-
no gloriētur. Ego itaq laus mea et vita
mea/ deus cordis mei/ sepositis paulisper
bonis eius actibus/ pro quibus tibi gau-
dens gratias ago: nunc pro peccatis ma-
tris meę deprecor te/ exaudi me per medi-
cinam vulnerum nostrorum quę pependit
Ro. 8. f. in ligno: et sedens ad dexterã tuam/ te in-
C terpellat p nobis. Scio misericordiť ope-
ratam/ & ex corde dimisisse debita debito-
Matth. 6. b ribus suis: dimitte illi et tu debita sua/ si
qua etiã cõtraxit per tot annos post aquã
salutis. Dimitte domine/ dimitte obsecro:
Ps. 142. ne intres cum ea in iudicium. Superexal-
Jaco. 2. c tet misericordia iudicium: quoniam elo-
Matth. 5. a. quia tua vera sunt: et promisisti misericor-
diam misericordibus. Quod ut essent/ tu de-
Roma. 9. c disti eis: qui miserebėris cui misertus eris:
et misericordiã tuã pstabis cui misericors
fueris. Et credo iam feceris quod te rogo:
sed voluntaria oris mei approba domine.
D Nãq illa imminente die resolutionis suę
non cogitauit suū corpus sumptuose con-
tegi/ aut condiri aromatibus/ aut monu-
mentum electum concupiuit/ aut curauit
sepulchrum patrium. Non ista mandauit
nobis/ sed tñmodo memoriã sui ad alta-
re tuum fieri desiderauit/ cui nullius diei
pretermissione seruierat: vnde sciret dispē-
sari victimam sanctam/ qua deletū est chi-
rographum quod erat contrarium nobis: Col. 2. c
qua triumphatus est hostis/ computans
delicta nostra: et quęrens quid obijciat: &
nihil inueniens in illo in quo vincimus. Job. 14. d.
Quis ei refundet innocentem sanguinē?
Quis ei restituet precium quo nos emit
vt nos auferat ei? Ad cuius precij nostri sa-
cramentum/ ligauit ancilla tua animã su-
am vinculo fidei. Nemo a protectione tua
dirumpat eã. Nõ se interponat nec vi nec
insidijs leo et draco: Neq enim responde-
bit illa nihil se debere/ ne conuincatur et
obtineatur ab accusatore callido/ sz respõ-
debit dimissa debita sua ab eo: cui nemo
reddeť/ quod pro nobis non debens red-
didit. Sit ergo in pace cum viro ante quē
nulli/ et post quem nulli nupta est: cui ser-
uiuit fructum tibi afferens cum toleran-
tia/ vt eum quoq lucraretur tibi. Et inspi- E
ra domine deus meus: inspira seruis tuis
fratribus meis filijs tuis/ dominis meis:
quibus et voce et corde et litteris seruio:
vt quotquot hęc legerint/ meminerint ad
altare tuum monicę famulę tuę/ cū patri-
cio quondam eius coniuge: per quorū car-
nem introduxisti me in hanc vitam/ quem-
admodum nescio. Meminerint cum affe-
ctu pio parentum meorū in hac luce tran-
sitoria: et fratrum meorum sub te patre in
matre catholica: et ciuium meorū in ęter-
nam hierusalem: cui suspirat peregrinatio
populi tui ab exitu vsq ad reditum: vt qd
a me illa poposcit extremū/ vberius ei prę-
stetur in multorum orationibus/ tam p con-
fessiones q̃ p orationes meas.

Sancti augustini episcopi liber confes-
sionum nonus explicit.

Annotatio capitulorum decimi libri eiusdem.

1 Quod cõfessio augustini cordialis fue-
rit/ nõ solum vocalis.
2 Quod omnia sint deo manifesta q̃ cor-
de latent: & quid sit confiteri.
3 Quare augustinus cõfessus sit pteri-
tam vitã ante conuersionē.
4 Quod magni sint fructus confessionis.
5 Quod scientia nostra de deo in psenti
vita nulla sit: & solum p ipsum vin-
ci possit omnis temptatio.

Eiusdem diui aurelij augustini episcopi/confessionum liber deci/ mus incipit.

Q confessio augustini cordia/ lis fuerit/nō solū vocalis: Ca. I.

Cognoscam te cognitor meus: cognoscam te/ sicut et a te cognitus sum. 1. Cor. 13. Uirtus anime mee/intra in eam: et coapta tibi/ vt habeas et possideas sine macula et ruga. Eph. 5. f. Hec est mea spes: ideo loquor/ et in ea spe gaudeo/ quando sanum gaudeo. Cetera vero vitę huius tanto minus flenda/ quato magis fletur: et tanto magis flenda/quanto minus fletur in eis. Ecce enim veritatem dilexisti: quoniam qui facit eam/venit ad lucem. Ps. 50. Uolo eam facere in corde meo coram te in confessione: in stilo autem meo coram multis testibus.

Qr omnia sint deo manifesta q̄ corde latent: et quid sit confiteri: Ca.II.

E Tibi quidē domine cu/
ius oculis nuda ē abyssus huma/
nę cōscientię: quid occultū esset in
me/ etiam si nollem cōfiteri tibi? Te enim
mihi absconderem/non me tibi. Nunc au/
tem qd̄ gemitus meus testis est displicere
me mihi/tu refulges ꝛ places et amaris et
desideraris: vt erubescam de me/et abiici/
am me atq̧ eligam te: et nec tibi nec mihi
placeam nisi de te. Tibi ergo domine ma/
nifestus sum quicunq̧ sim: et quo fructu
tibi confitear dixi: Neq̧ enim id ago ver/
bis carnis et vocibus: sed verbis animę ꝛ
clamore cogitatiōis/quē nouit auris tua.
Cum enim malus sum/nihil est aliud con/
fiteri tibi q̄ displicere mihi: cum vero pi/
us/nihil est aliud confiteri tibi/ q̄ hoc non
Ps.5. tribuere mihi: quoniam tu domine bene/
Ro.4.a. dicis iustum: sed prius eum iustificas impi
um. Confessio itaq̧ mea deus meus in cō/
spectu tuo tibi tacite fit/et non tacite. Ta/
cet enim strepitu/clamat affectu. Neq̧ eñ
dico recte aliquid hominibus/ quod nō a
me tu prius audieris: aut etiam tu aliquid
tale audies a me/ quod non mihi tu prius
dixeris.

Quare augustinus confessus sit preteritam vitam ante conuersionem: Ca.III.

A Q Uid mihi ergo est cū hominibus
vt audiāt ꝯfessiones meas: quasi
Ps.102. ipsi sanaturi sint oēs lāguores me/
os? Curiosū gen⁹ ad cognoscendā vitā ali/
enā: desidiosū ad corrigendā suā. Quid a
me quęrūt audire q̄ sim/qui nolūt a te au/
dire q̄ sint? Et vñ sciunt cū a meipso/ō me/
ipso audiūt/an verꝫ dicā: quādoquidē ne/
1.Cor.2.c mo scit hominū quid agať in hoīe/nisi spi/
ritus hominis q̄ in ipso est? Si aūt a te au
diunt de seipsis: nō poterūt dicere/mentiť
dñs. Quid est eñ a te audire de se/nisi co/
B gnoscere se? Quis porro cognoscit et dicit
1.Cor.13.c falsum est/nisi ipse mentiať? Sed qꝛ chari/
tas oñia credit: inter eos vtiq̧ quos con/
nexos sibimet vnum facit. Ego quoq̧ dñe
etiā sic tibi confiteor/vt audiant homines
quib⁹ demōstrare nō possum an vera con/
fitear: sed credūt mihi quorum aures cha/
ritas aperit. Verūtamen tu medice meus
intime/quo fructu ista faciam eliqua mihi.
Nam confessiones p̄teritorum maloꝝ me/
orū quę remisisti et texisti vt beares me in Ps.31.
te: mutans animā meā fide/ ꝛ sacramento
tuo: cum legunť ꝛ audiunť/excitant cor ne
dormiat in desperatione: et dicat/ nō pos/
sum: sed euigilet ī amore misericordię tuę
ꝛ dulcedine grē tuę/qua potēs est oñis in/
firmus/qui sibi p ipsā fit cōscius infirmita/
tis suę ¶ Et delectat
bonos audire prete/
rita mala eorum qui
iā carēt eis: nec ideo
delectat qꝛ mala sūt/
sed quia fuerūt et nō
sunt. Quo itaq̧ fru/ C
ctu dñe deus me⁹ cui
quotidie ꝯfiteť ꝯsciē/
tia mea: spe miseri/
cordię tuę securior q̄
innocentia sua. Quo fructu quęso etiā ho
minibus coram te confiteor p has litteras
adhuc quis ego sim/nō quis fuerim? Nam
illum fructū vidi et cōmemoraui. Sed q̄s
adhuc sim: ecce in ipso tempore cōfessionū
mearum: et multi hoc nosse cupiunt q̄ me
nouerunt ꝛ nō me nouerunt/qui ex me vł
de me aliquid audierunt: sed auris eoꝝ nō
est ad cor meū/ vbi ego sum quicūq̧ sum.
Volunt ergo audire confitentē me q̄d ipse
intus sim: qui nec oculū/nec aurē/ nec men
tem possunt intendere: credituri tamē vo/
lunt/ nunquid cogituri? Dicit eñ eis cha
ritas qua boni sunt: nō mentiri me de me
confitentē: et ipsa in eis credit mihi.

¶ Primum dictum est istud/ q̄ delectat bonos audire p̄terita mala eorum qui iam carent eis: nec ideo inquit delectat quia mala sunt/ sed quia fuerunt et iam nō sunt. Ex q̄ accipitur documē/tum/ q̄ boni de malis p̄/teritis debēt habere mix/tum merore gaudiū / vt eis placeat q̄ sunt dimis/sa: et eis displiceat q̄ sūt commissa.

Primū dictū decimi libri

Qr magni sint fructus confessionis: Ca.IIII.

S Ed quo fructu id volunt? An con/ A
gratulari mihi cupiunt cum audi/
erint quantum ad te accedam mu/
nere tuo: et orare pro me cum audierint
quantum retarder pondere meo? Indica/
bo talibus: Nō enim paruus est fruct⁹ do/
mine de⁹ meus/vt a multꝭ tibi gratię agā/
tur de nobis: et a multis rogeris pro no/
bis. Amet in me fraternus animus quod
amandū doces: et doleat in me quod do/
lendum doces. Animus ille hoc faciat fra/
ternus: nō extraneus: non filioꝝ alienorū/ Ps.145.
quoꝝ os locutum est vanitatem: et dexte/
ra eorum dextera iniquitatis: sed fratern⁹
ille q̄ cū approbat me/ gaudet de me: cum
aūt improbat me/cōtristať ō me: quia siue

approbet me siue improbet/diligit me. Jn-
dicabo me talib⁹: respirent in bonis meis:
B suspirent in malis meis. Bona mea insti-
tuta tua sunt et dona tua: mala mea deli-
cta mea sunt et iudicia tua. Respirent in il-
lis: suspirent in his: et hymnus et fletus
ascendant in conspectum tuum de frater-
Apoc. 8. a nis cordibus thuribulis tuis. Tu aũt do-
mine delectatus odore sancti tẽpli tui: mi-
Ps. 50. serere mei sm magnam misericordiã tuã:
ppter nomen tuum: ꝛ nequaꝗ deserẽs cę-
pta tua/cõsumma imꝑfecta mea. Hic ẽ fru-
ctus confessionũ mearum: non qualis fue-
rim/sed qualis sim: vt hoc confitear/nõ tm̃
Phil. 2. b coram te secreta exultatione cum tremore
et secreto merore cum spe/ sed etiã in auri-
bus credentiũ filioꝝ hominũ/ socioꝝ gau-
dij mei: ꝛ consortiũ mortalitatis meę/ciui-
um meoꝝ ꝛ mecũ peregrinoꝝ ꝑcedentiũ ꝛ
C consequentiũ/ꝛ comitum vię meę. Hi sunt
serui tui fratres mei/ quos filios tuos esse
voluisti dños meos/quibus iussisti vt ser-
uiã/si volo tecũ de te viuere. Et hoc mihi
verbũ tuum parum erat/ si loquẽdo ꝑcipe-
ret: nisi et faciendo ꝑiret. Et ego id ago fa-
ctis et dictis: id ago sub alis tuis nimis cũ
ingenti periculo: nisi quia sub alis tuis ti-
bi subdita ẽ anima mea/et infirmitas mea
tibi nota est. Paruulus sum/sed viuit sem-
per pater meus: et idoneus est mihi tutor
meus. Jdẽ ipse est em̃ qui genuit me ꝛ tue-
tur me: ꝛ tuipse es om̃ia bona mea: tu om-
nipotens q̃ mecum es/et priusꝗ tecũ sim.
Jndicabo ergo talibus qualibus iubes vt
seruiã: nõ quis fuerim/sed quis iam sim: et
quis adhuc sim: sed neq; meipsum dijudi-
co: Sic itaq; audiar.

Qr sciẽtia nostra de deo in pręsenti vita nulla sit: ꝛ solũ ꝑ ipsum vinci possit omis tẽptatio: Ca. v.

1. Cor. 2. c Tu em̃ dñe dijudicas me: quia etsi
nemo scit hominũ quę sunt homi-
nis/nisi spũs hominis q̃ in ipso ẽ:
tamen est aliquid hominis qꝺ nec ipse scit
spũs hominis qui in ipso est: tu autẽ dñe
scis eius om̃ia qui fecisti eũ: Ego ꝟo ꝗuis
pre tuo conspectu me despiciam/ et ęstimẽ
Gen. 18. d. me terrã et cinerẽ: tamen aliquid de te scio
quod nescio de me. Et certe nũc videmus
1. Cor. 13. d per speculum in enigmate/nondũ facie ad
2. Cor. 5. b faciẽ: et ideo ꝗdiu peregrinor abs te: mihi
sum pręsentior ꝗ tibi: ꝛ tamen te noui nul-
lo modo posse violari. Ego ꝟo quibus tẽ-
ptationibus resistere valeã/quibusve non
valeã/nescio: Et spes es/ q: fidelis es: qui
nos nõ sinis temptari supra id ꝗ possum⁹ 1. Cor. 10. c
ferre: sed facis cũ temptatione etiã exitum
vt possim⁹ sustinere. Cõfitear ḡ quid de me
sciã: ꝯfitear ꝛ q̃d de me nesciã. Qm̃ ꝛ qꝺ de
me scio/te mihi lucente scio: ꝛ quod de me
nescio/tãdiu nescio donec fiãt tenebrę meę Ps. 138.
sicut meridies in vultu tuo: nõ dubia/ sed
certa conscientia.

Quid amet qui deum amat: et ꝙ deus non sit omne quod ẽ intra ꝛ extra hominẽ corporeę creaturę aut spiritualis: Ca. vi.

Non dubia/sed certa conscientia dñe amo te. Percussisti cor me-
D um ꝟbo tuo ꝛ amaui te. Sz ꝛ cęlũ
et terra/ꝛ oia q̃ in eis sunt: ecce vn-
diq; mihi dicunt vt te amem: nec cessãt di-
cere om̃ibus vt sint inexcusabiles. Altius
aũt tu misereberis cui misertus eris: et mi- Ro. 9. c.
sericordiam ꝑstabis cui misericors fueris.
Alioquin cęlũ ꝛ terra surdis loquunt̃ lau-
des tuas. Quid aũt amo cũ te amo? Non
speciẽ corporis/nec decus tpis/nec cando-
rẽ lucis: ecce istis amicũ oculis/non dulces
melodias suauium cantilenarũ omnimo-
darum: nõ florum ꝛ vnguẽtoꝝ ꝛ aromatũ
suaue olentia: nõ manna ꝛ mella: nõ mem-
bra acceptabilia carnis amplexibus: Nõ
hęc amo cũ amo deũ meũ: ꝛ tñ amo quan-
dã lucẽ/ꝛ quandã vocẽ/ ꝛ quendã odorẽ/et
quẽdã cibũ/ꝛ quẽdã amplexũ/cũ amo deũ
meũ/lucẽ/vocem/ odorẽ/cibũ/ amplexũ in-
terioris homis mei: vbi fulget anime meę
qꝺ nõ capit locus: et vbi sonat qꝺ non ra-
pit tẽpus: et vbi olet quod nõ spargit fla-
tus: ꝛ vbi sapit quod nõ minuit edacitas:
et vbi heret qꝺ nõ diuellit satietas. Hoc ẽ
qꝺ amo cũ deũ meũ amo. Et quid est hoc?
Jnterrogaui terrã/ꝛ dixit: Nõ sum: ꝛ quę-
cunq; in eadem sunt/idẽ confessa sunt. Jn-
terrogaui mare et abyssos/ et reptilia ani-
maꝝ viuarum/et responderunt: Nõ sum⁹
deus tuus: quere super nos. Jnterrogaui
auras flabiles: et inquit vniuersus aer cũ
incolis suis: Fallitur anaximenes: nõ sum
deus tuus. Jnterrogaui cęlum/solem/lu-
nam/stellas: neq; nos sum⁹ deus quẽ quę-
ris inquiunt. Et dixi omnibus his q̃ circũ-
stant fores carnis meę: Dicite mihi de deo
meo quod vos nõ estis: dicite mihi de illo

aliquid. Et exclamauerunt voce magna:
Ps.99. Ipse fecit nos. Interrogatio mea/intẽtio
mea: et responsio eorum/ species eorũ. Et
direxi me ad me/et dixi mihi: Tu quis es?
Et respondi: homo. Et ecce corpus et ani/
ma in me mihi presto sunt: vnum exteri⁹/
et alterum interius. Quid hoꝝ est vñ que/
rere debui deum meum/quem iã quesiue/
rã per corpus a terra vsq; ad celum: quous/
q; potui mittere nuncios/ radios oculorũ
meoꝝ? Sed melius quod interi⁹. Et quip/
pe renunciabãt omes nũcij corporales p̃si
dẽti ⁊ iudicãti de singulis respõsiõib⁹ celi ⁊
terre/et omniũ que in eis sunt dicentium:
Nõ sum⁹ de⁹: sed ipse fecit nos. Homo in/
terior cognouit hec per exterioris ministe/
riũ: ego interior cognoui hec: ego ego ani/
mus per sensus corporis mei. Interroga/
ui mundi molem de deo meo: et respondit
mihi: Nõ ego sum/sed ipse me fecit. Non/
ne omnibus quibus integer sensus est ap/
paret hec species? Cur non omnibus eadẽ
loquitur? Animalia pusilla et magna vi/
dent eã/sed interrogare nequeunt: Nõ enĩ
preposita est in eis nunciantibus sensibus
iudex ratio. Homines autem possunt in/
Roma.1.c. terrogare: vt inuisibilia dei per ea que fa/
cta sunt intellecta cõspiciantur. Sed amo/
re subduntur eis/ et subditi iudicare non
possunt. Nec respondent ista interrogan/
tibus nisi iudicantibus/ nec vocem suam
mutant/id est speciem suam/si alius tñ vi/
deat/alius autem vidẽs interroget: vt ali/
ter illi appareat/ aliter huic: sed eodẽ mo/
do vtriq; apparens: illi muta ẽ/huic loqui/
tur: immo vero omnibus loquitur: sed il/
li intelligunt qui eius vocem acceptam fo/
ris/intus cum veritate conferũt. Ueritas
enim dicit mihi: Non est deus tuus celum
et terra/ neq; omne corpus. Hoc dicit eo/
Al.† An rum natura. Uide: † En moles minor ẽ in
parte q̃ in toto. Iam tu melior es/ tibi di/
co anima: quoniam tu vegetas molẽ cor/
poris tui/ prebens ei vitam: quod nullum
corpus prestat corpori: deus autem tuus
etiã tibi vita est.

Q corporea ṽtute deus inue/niri non possit: Ca. VII.

Uid ergo amo cũ deũ meũ amo?
Quis est ille super caput aie mee?
Per ipsam animã meã ascendã ad
illum. Trãsibo vim meã qua hereo corpo/
ri/⁊ vitaliter cõpagẽ eius repleo: Nõ ea vi
reperio deũ meũ: Nã repiret equus ⁊ mul⁹ Ps.31.
quibus nõ est intellectus: et est eadẽ vis q̃
viuunt etiã eoꝝ corpora. Est alia vis non
solũ qua viuifico/sed etiã qua sensifico car/
nẽ meã/quam mihi fabricauit dñs: iubens
oculo vt nõ audiat/et auri vt nõ videat: sꝫ
illi per quẽ videam/huic per quã audiam/
⁊ ꝓpria singillatim ceteris sensibus sedib⁹
suis ⁊ officijs suis/q̃ diuersa p eos ago/vn⁹
ego anim⁹. Transibo et istam vim meam:
Nam et hanc habet equus et mulus: sen/
tiunt enĩ etiam ipsi p corpus.

Q̃ lata sit memoria hominis/ ⁊ quantas contineat imagines ho/minẽ in stuporẽ ducẽtes: Ca. VIII.

Rãsibo g̃ ⁊ istam vim nature mee
gradib⁹ ascendẽs ad eũ q̃ fecit me:
⁊ venio i campos ⁊ lata p̃toria me/
morie mee/vbi sunt thesauri innumerabi/
liũ imaginũ de huiuscemodi reb⁹ sensis in/
uectaꝝ. Ibi reconditũ ẽ q̃cq̃d etiã cogita/
mus/vel augẽdo vel minuẽdo/ vel vtcũq;
variando ea que sensus attigerit: et si q̃d
aliud cõmendatũ et repositũ est/ qđ nõdũ
absorbuit et sepeliuit obliuio. Ibi qñ sum
posco vt ꝓferaᵗ quicquid volo: et quedã
statim ꝓdeunt/ quedã requiruntᵗ diutius
et tanq̃ de abstrusioribus quibusdã rece/
ptaculis eruuntᵗ: quedã cateruatim se ꝓru/
unt: ⁊ dum aliud petitur et queritᵗ/ prosili/
unt in mediũ quasi dicentia: Ne forte nos
sum⁹? Et abigo ea manu cordis a facie re/
cordationis mee/ donec enubiletᵗ illud qđ
volo: atq; in conspectũ ꝓdeat ex abditis.
Alia faciliter atq; imperturbata serie/sicut
posciuntᵗ suggeruntur: et cedunt p̃cedentia
consequentibus/et cedendo conduntᵗ iteꝝ
cũ voluero ꝓcessura. Qđ totũ fit cũ aliq̃d
narro memoriter. Ibi sunt omia distincte
generatimq; seruata/que suo queq; aditu
ingesta sunt: sicut lux atq; omnes colores/
formeq; corporũ p oculos: per aures autẽ
omia genera sonorum: omnesq; odores p
aditũ nariũ: omes sapores per oris aditũ:
ad sensum aũt totius corꝑis/ quid durum
quid molle/ q̃d calidũ frigidũ ve/ lene aut
aspeꝝ/graue seu leue: siue extrinsecus siue
intrinsec⁹ corpori. Hec omia recipit recolẽ/
da/cum opus est ⁊ retractanda grãdis me/
morie recessus: et nescio qui secreti atq; in/
effabiles sinus ei⁹: que omnia suis queq;

foribus intrant ad eam / et reponuntur in ea: nec ipsa tamen intrant / sed rerũ sensarum imagines illic presto sunt cogitationi reminiscenti eas. Que quomodo fabricate sint / quis dicit: cum appareat quib⁹ sensibus rapte sint interiusq; recondite? Nã et in tenebris atq; in silentio dum habito / in memoria mea profero si volo colores: et discerno inter album et nigrum: et int quos alios volo: nec incurrunt soni atq; pturbant / quod per oculos haustum cõsidero: cũ et ipsi ibi sint / et quasi seorsũ repositi lateant. Nã et ipsos posco si placet / atq; adsunt ilico. Et quiescẽte lingua ac silẽte gutture / canto quantum volo: imaginesq; ille colorum que nihilominus ibi sunt: non se interponũt / neq; interrumpunt: cũ thesaurus alius retractatur qui influxit ab auribus. Ita cetera que per sensus ceteros ingesta atq; congesta sunt / recordor prout libet: ¶ Et auram liliorũ discerno a violis / nihil olfaciens: et mel de fruto / lene aspero nihil tunc gustãdo neq; cõtrectando / sz reminiscẽdo antepono. Int᷑ hec ago in aula ingenti memorie mee.

Scdm dictũ [margin]

¶ Secundum dictum est illud: Aurã liliorum discerno a violis / nihil olfaciens: et mel a fruto nihil gustans: sed reminiscendo ista compono in ingenti aula mẽorie mee vbi sũt similitudines rerum a me expertarum et creditarum.

Ibi enĩ mihi celũ et terra et mare presto sunt / cũ omnibus que in eis sentire potui / preter illa que oblitus sum. Ibi et ipe mihi occurro / meq; recolo / quid / quãdo et vbi egerim / quoq; modo cum agerem affectus fuerim. Ibi sunt omnia q̃ siue experta a me siue credita memini. Ex eadem copia etiã similitudines rerum / vel expertarum / vel ex eis quas expertus sum creditarũ alias atq; alias et ipse cõtexo p̃teritis: atq; ex his etiam futuras actiones / et euenta et spes: et hec oĩa rursus quasi presentia meditor. Faciã hoc aut illud: dico apd me in ipo ingẽti sinu animi mei pleno tot et tantarum rerũ imaginibus: et hoc aut illud sequetur. O si esset hoc aut illud. Auertat deus hoc aut illud. Dico apud me ista. Et cum dico / presto sũt imagines omniũ / que dico ex eodem thesauro memorie: nec oĩno aliquid eorũ dicerem si defuissent. Magna ista vis ẽ memorie: magna nimis deus meus / penetrale amplum et infinitũ: Quis ad fundum eius puenit? Et vis est hec animi mei / atq; ad meã naturã ptinet: nec ego ipse capio totũ qd sũ. Ergo anim⁹ ad habẽdũ seipsũ angust⁹ ẽ: vt vbi sit qd sui nõ capiat. Nunqd extra ipsũ ac nõ in ipso? Quõ g̃ nõ capit? Multa mihi sup hoc oboritur admiratio / stupor apphẽdit me. Et eũt hoĩes admirari alta mõtiũ / et ingẽtes fluct⁹ maris / et latissimos lapsus fluminũ / et oceani ambitũ / et gyros siderũ: et relinquũt seipsos / nec mirant᷑. Qꝫ hec oĩa cũ dicerẽ / nõ ea videbã oculis: nec tñ dicerẽ nisi montes et fluct⁹ et flumina et sidera que vidi / et oceanũ quẽ credidi / int⁹ in memoria mea: viderem spacijs tã ingẽtib⁹ q̃si foris viderẽ: nec ea tñ videndo absorbui qñ vidi ocul': nec ipsa sũt apud me / sz imagines eorũ: et noui qd ex quo sensu corporis impssum sit mihi.

De memoria omnes continente scientias: Ca.ix.

Sed nõ ea sola gestat immensa ista capacitas memorie mee. Hinc sũt et illa oĩa q̃ de doctrinis liberalibus tp̃cepta nõdũ exciderũt: quasi remota interiore loco: nõ loco / nec eoꝝ imagines s᷑ res ipsas gero. Nã quid sit litteratura / qd peritia disputãdi / quot genera questionũ: quicqd hoꝝ scio / sic est in memoria mea: vt nõ retẽta imagine rẽ foris reliq̃rim: aut sonuerit et p̃terierit / sicut vox impssa p aures vestigio q̃ recolerec᷑ / q̃si sonaret cũ iã nõ sonaret: aut sicut odor dũ trãsit et euanescit / i vẽtos olfactũ afficit: vñ traijcit i memoriã imaginẽ sui / quã reminiscẽdo repetamus: aut sic cib⁹ q̃ certe in ventre iã nõ sapit / et tñ in memoria q̃si sapit: aut sicut aliqd quod corpe tangẽdo sentit᷑ / qd etiã sepatũ a nobis imaginat᷑ mẽoria. Iste q̃ppe res nõ intromittũt᷑ ad eã / s᷑ eaꝝ sole imagines mira celeritate capiunt᷑: et miris tanq̃ cell' reponunt᷑: et mirabilit᷑ recordãdo pferunt᷑.

Al. tpercepta [margin]

Qualiter res per sensus intrãt memoriam: Ca.x.

At vo cũ audio tria genera esse q̃stionũ: an sit / qd sit / q̃le sit: sonorũ quidẽ quib⁹ hec verba cõfecta sunt / imagines teneo: et eos p aures cum strepitu trãsisse / ac iã nõ esse

Tertiũ dictũ [margin]

¶ Tertium dictum est illud: Cũ audio tria genera questionum esse: an sit / quid sit / et quale sit: sonorum quidem quibus hec verba confecta sũt / imagines teneo: res vero ipsas que illis significant᷑ sonis / nullo sensu corporis vspiam attigi preter animũ meum: et in memoria recondidi non imagines earũ / sed ipsas res

scio: Res vero ipsas que illis significantur sonis / neq; vllo sensu corporis attigi / neq; vspiam vidi preter animum meum: et in memoria recondidi: non imagines earum / sed ipsas. Que vñ ad me intrauerint / et dicam si possum. Nam percurro ianuas omnis carnis mee / nec inuenio qua earum ingresse sint. Quippe oculi dicūt: Si colorate sūt / nos eas nunciauim⁹. Aures dicunt: Si sonuerunt / a nobis indicate sunt. Nares dicunt: Si oluerunt / p nos transierunt. Dicit etiam sensus gustandi: Si sapor non est / nihil me interroges. Tactus dicit: Si corpulentum nō est / non contrectaui: Si non contractaui / non indicaui. Unde et qua hec intrauerunt in memoriā meam? Nescio quomodo: Nam cum ea didici / non credidi alieno cordi / sed in meo recognoui / et vera esse approbaui: et commendaui ei tanq̄ reponens / vnde pferrem cum vellem. Ibi ergo erant / et anteq̄ ea didicissem: sed in memoria non erant. Ubi ergo aut quare cū dicerent agnoui: et dixi / ita est / et verum est: nisi quia iā erant in memoria: sed tam remota et retrusa / quasi in caueis abditioribus: vt nisi admonente aliquo eruerētur / ea fortasse cogitare non possem.

Al. et dicam si possunt

Si ipsas res: que vñ venerint ad me non inuenitur / nisi dicatur q̄ ante erant in memoria ita remota vt ea forte cogitare nō possem. Quocirca inquit inuenimus nihil ē aliud discere ista / quorum non per sensus haurimus imagines: sed sine imaginib⁹ intus cernimus / nisi q̄ prius in memoria posita latitabant / quasi ad manū posita didicisse. Sicut exēplificat de rationib⁹ dimensionum et numerorum / quales null⁹ sensus inquit pcipit. Licet enim senserim numeros quos numeramus: non tamen illos quibus numeramus / qui scz sunt abstracti a sensibus. Ex quibus dictis accipiunt duo argumēta. Primū q̄ beatus augustin⁹ posuit aliquorū cognoscibilium species innatas nostre memorie: quia ipsas negat acquisitas / vt patuit. Secūdum argumentum / q̄ ipse aliquantulum sicut totus platonicus accessit ad illā opinionē / q̄ discere ē quoddam reminisci / dum similitudines talium rerū non acquiruntur / sed ad memoriam reducuntur. Sed oritur dubiū: si teneatur communis via p eo q̄ doctores communiter declinant ab augustino: non ponentes aliquid in mente nostra additum / sed omnia acquisita per sensum / quomodo poterit solui ratio augustini / qui dicit q̄ rationes numerorū vel figurarum non percipiuntur sensibus. Dicitur autem q̄ species intelligibiles p quas cognoscimus istarum rerum habitudines non hauriuntur per sensus quasi primo species in sensib⁹ fuerint cum sint intellectuales: et nullū tale in sensu esse potest: sed causantur equiuoce ab illis q̄ sunt in imaginatione cōcurrēte intellectu agēte.

Qualiter species rerū subiectiue in anima rememorent̄: Ca. XI.

Quocirca inuenimus nihil esse aliud discere ista / quorū non p sensus haurimus imagines / sed sine imaginibus sicuti sunt per seipsa intus cernimus / nisi ea q̄ passim atq; indisposite memoria continebat cogitādo quasi colligere / atq; animaduertēdo curare: vt tanq̄ ad manū posita in ipsa memoria / vbi sparsa prius et neglecta latitabāt: iā familiari intentioni facile occurrant. Et q̄ multa huiusmodi gestat memoria mea / que iā inuēta sunt: et sicut dixi / quasi ad manū posita: que et didicisse et nosse dicunt̄. Que si modestis tempor̄ interuallis recolere desiuero: ita rursus demergunt̄ / et quasi in remotiora penetralia dilabunt̄: vt denuo velut noua excogitāda sint inde iter̄. Neq; eñ est alia regio eor̄ et cogenda rursus vt sciri possint: id est velut ex quadā dispersione colligēda / vnde dictū est cogitare. Nā cogo et cogito: sic est vt ago et actito / facio et factito. Uerūtamē sibi animus hoc verbū proprie vendicauit: vt nō quod alibi / sed quod in animo colligit̄ / id ē cogit̄ / cogitari pprie iam dicatur.

Geometrice arithmeticeq; res / quomō sint in memoria: Ca. XII.

Item continet memoria numerorum dimensionumq; rationes et leges innumerabiles: quarum nullam corporis sensus impressit: quia nec ipse colorate sunt / aut sonant / aut olent / aut gustate / aut contrectate sunt. Audiui sonos verbor̄ qb⁹ significant̄ / cū de his disserit̄: sed illi alij / iste aūt alie sūt: Nam illi aliter grece / aliter latine sonant: iste vero res nec grece nec latine sunt: nec aliud eloquiorum genus. Uidi lineas fabrorū / vel etiā tenuissimas / sicut filum aranee: sed ille alie sunt / non sunt imagines earū quas mihi nūciauit carnis ocul⁹. Nouit eas q̄squis sine vlla cogitatione qualiscūq; cordis / intus agnouit eas. Sensi etiā numeros omnibus corporis sensib⁹ quos numeramus: sed illi alij sunt quib⁹ numeramus: nec imagines istor̄ sūt: et ideo valde sunt. Rideat me ista dicentē / qui eos nō videt: et ego doleam ridentē me.

Quō tā intellectiua q̄ affectiua memoria contineat: Ca. XIII.

b Et omnia memoria teneo: ꝛ quomodo ea didicerim mēoria teneo. Multa etiā q̄ aduersus hec falsissime disputank/audiui et memoria teneo: q̄ tāetsi falsa sunt: tamē ea meminisse me nō est falsum: ꝛ discreuisse me inter illa vera et hec falsa q̄ ꝯtradicunk. Et hoc memini: aliterq̧ nūc video discernere me ista: aliť aūt memini sepe me discreuisse/ cū ea sepe cogitarem. Ergo ꝛ intellexisse me sepius ista memini: ꝛ qđ nunc discerno ꝛ intelligo/ recondo in memoria: vt postea me nūc intellexisse meminerim. Ergo et meminisse me memini/ sicut postea ꝙ hec reminisci nunc potui si recordabor/ vtiq̧ per vim memorie recordabor. Affectiones quoq̧ animi mei eadem memoria continet: nō illo modo quo eas habet ipse animus cū patitur

Al. teste eas: sed alio multū diuerso/ sicut ☩se habet vis memorie. Nā ꝛ letatum me fuisse reminiscor/ nō letus: ꝛ tristiciā meā preteritā recordor nō tristis: Et me aliqñ timuisse recolo sine timore: ꝛ pristine cupiditatis sine cupiditate sum memor aliquādo. Et econtrario tristiciā meā transactā letus reminiscor/ et tristis leticiā meā.

Qualiter memoria/ leticia ꝛ tristicia adinuicē se habeāt: Ca. XIIII.

q Uod mirandū nō est de corpe: aliud enī anim⁹/ aliud corp⁹. Itaq̧ si p̄teritū dolorē corpis gaudēs memini: nō ita mir est. Hic vō cū animus sit etiā ipsa memoria: Nā ꝛ cū mādam⁹ aliqd vt memoriter habeak/ dicim⁹: vide et illud in aīo habeas: et cū obliuiscimur dicim⁹: nō fuit in animo/ et elapsū est aīo: ipsā memoriā vocantes animū. Cū ergo ita sit/ qd est hoc/ ꝙ cū tristiciā meā p̄teritā letus memini: anim⁹ habet leticiā/ ꝛ memoria tristiciā: letusq̧ est anim⁹ ex eo ꝙ inest ei leticia: memoria vō ex eo ꝙ inest ei tristicia/ tristis nō est? Num forte non pertinet ad animū? Quis h̄ dixerit? Nimirū q̄ memoria quasi vēter est animi: leticia vō atq̧ tristicia q̄si cib⁹ dulcis ꝛ amar⁹: cū memorie cōmendātur/ q̄si traiecta in ventrē recondi illuc pñt: sapere nō possunt. Ridiculū est hec illis similia putare: nec tamē sunt omīmodo dis-

Quartū dictum similia. ¶ Sed ecce de memoria profero cū dico quattuor esse perturbationes animi: cupiditatē/ leticiam/ metū/ tristiciā: ꝛ quicqd de his disputare potuero/ diuidēdo singula p species sui cuiusq̧ generis: ꝛ diffiniendo: ibi inuenio quid dicā atq̧ inde profero: nec tamen vlla eaꝝ perturbatiōe perturbor/ cū eas reminiscendo cōmemoro: ꝛ anteq̄ recolerentur a me ꝛ retractarentur/ ibi erāt: propterea inde p recordationem potuere depromi. Forte ergo sicut de ventre cibus ruminando: sic ista de mēoria recordando proferuntur. Cur igitur in ore cogitationis non sentitur a disputante: hoc est a reminiscente leticie dulcedo vel amaritudo mesticie? An in hoc dissimile est qđ nō vndiq̧ simile est? Quis enī talia volēs loqueretur/ si quotiens tristiciā metumve nominamus/ totiēs merere vel timere cogeremur? Et tamen nō ea loqueremur nisi in memoria nostra: non tm̄ sonos nominū ſm imagines imp̄ssas sensibus corpis: sed etiā reꝝ ipsaꝝ notiones inuenirem⁹/ quas nulla ianua carnis accepimus/ sed eas ipse animus p experientiā passionū suaꝝ sentiens/ memorie cōmēdauit: aut ipsa sibi hec etiā nō cōmendata retinuit.

¶ Quartum dictum est illud: cum dico quattuor perturbationes animi: scz cupiditatem/ leticiam/ metum/ tristiciam: ꝛ quicqd de his disputare potuero/ diuidendo p species suas ꝛ diffiniendo: in memoria mea inuenio quid dicam/ atq̧ inde profero. Ex quo dicto accipiuntur quattuor argumenta. Primum est/ ꝙ quattuor sunt passiones que principaliter animam nostram perturbant: scz concupiscentia/ leticia/ timor et tristicia. Secundum argumentū/ ꝙ vtilis mod⁹ procedendi in disputationibus ē per diffinitiones et diuisiones: quia istos processus hic exprimit. Tertiū argumentum/ ꝙ memoria est in parte intellectiua: quia constat ꝙ nō solum ſm sensum/ sed etiā ſm intellectū/ homines ad virtutes et doctrinas assuescunt. Quartum argumentum/ ꝙ omnia illa que de nouo possum⁹ intelligere i memoria p̄habent esse: quia dicit/ ꝙ inde omnia talia ꝓferunk. Et istud nō pōt bñ intelligi/ nisi q: spēs intelligibiles i memoria p̄ueniūt act⁹ intelligendi.

Or res etiam non existentes assint memorie. Ca. XV.

f Ed vtrum p imagines an nō/ qs facile dixerit? Nomino q̄ppe lapidē: nomino solē/ cū res ipse nō adsunt vľ addūt sensib⁹ meis: i memoria sane mea presto sunt imagines eaꝝ. Nomino dolorem corporis: nec mihi adest dū nihil dolet: nisi tamen adesset imago eius in memoria mea/ nescirē quid dicerem: nec cum in disputādo a voluptate discernerē. Nomino salutē corporis/ cum salu⁹ sum corpore: adest mihi quidem res ipsa: verūtamen nisi et imago eius inesset in memoria

mea/nullo modo recordarer quid hui⁹ nominis significaret sonus: nec egrotantes agnoscerēt salute nominata quid esset dictum: nisi eadem imago vi memorię teneret/quāuis ipsa res abesset a corpore. Nomino numeros quib⁹ numeramus: En adsūt in memoria mea/nō imagines corꝝ/s3 ipsi. Nomino imaginē solis: et hęc adest in memoria mea. Neq₃ eñ imaginem imaginis eius/sed ipsam recolo: ipsa mihi reminiscēti p̄sto est. Nomino memoriā ⁊ agnosco qđ nomino: Et vbi agnosco nisi in ipsa memoria? Num ⁊ ipsa p imaginem suam sibi adest/ac nō per seipsam?

Q: etiam memorie assit obliuio: (Ca. XVI.

Quid cum obliuionem nomino: atq₃ id idē agnosco quod nomino: vnde agnoscerē nisi meminissem? Nō eundē sonū nominis dico/sed rē quā significat. Quā si oblitus essē/quid ille valeret son⁹? agnoscere vtiq₃ nō valerem. Ergo cū memoriā memini/p seipsam sibi p̄sto est ipsa memoria. Cū vo memini obliuionē/⁊ memoria p̄sto est et obliuio: Memoria qua meminerim: obliuio quā meminerim. Sed quid est obliuio nisi priuatio memorię? Quō ergo adest vt eā meminerim/quādo cū adest meminisse nō possū? At si quid meminimus/memoria retinemus: obliuionē aūt nisi meminissemus/nequaq₃ possemus audito isto nomine rē quę illo significatur sono agnoscere. Memoria retinet obliuio. Adest ergo ne obliuiscamur: q̄ cū adest obliuiscimur. An ex hoc intelligitur nō p seipsam inesse memorię cū eā meminimus/sed per imaginē suā? Quia si p seipsā p̄sto esset obliuio: nō vt meminissem⁹/sed vt obliuisceremur efficeret. Et hoc qs tādē indagabit? Quis cōprehendet quō sit? Ego certe domine laboro hic/et laboro in meipso: factus sum mihi terra difficultatꝭ ⁊ sudoris nimij. Neq₃ eñ nūc scrutamur plagas celi/aut siderum interualla dimetimur/vel terrę libramenta querimus. Ego sum qui memini: ego animus. Non tā mirum si a me longe est/quicquid ego nō sum. Quid autē propinquius meipso mihi? Et ecce memorię meę vis nō cōprehenditur a me/cū ipsum me non dicā p̄ter illā. Quid eñ dicturus sum quādo mihi certū ē meminisse me obliuionē? An dicturus sum nō esse in memoria mea quod memini? An dicturus sū ad hoc inesse obliuionē i memoria meā vt nō obliuiscar? Vtrūq₃ absurdissimū ē. Quid illud tertiū? Quo pacto dicam imaginem obliuionis teneri memoria mea/nō ipsam obliuionē cum eā memini? Quo pacto et hoc dicā: quandoquidē cū imprimitur rei cuiusq₃ imago in memoria/prius necesse ē vt adsit res ipsa/vnde illa imago possit imprimi? Sic eñ carthaginis memini: sic omniū locoꝝ quibus interfui: sic facies hominū quas vidi/et cęteroꝝ sensuū nunciata: sic ipsius corporis salutē siue dolorē. Cum p̄sto esset ista: cępit ab eis imagines memoria quas intuerer p̄sentes: ⁊ retractarē animo: cū illa et absentia reminiscerer. Si ergo per imaginē suā non per seipsā in memoria tenetur obliuio: ipsa vtiq₃ aderat vt eius imago caperetur. Cū autē adesset/quomō imaginē suā in memoria cōscribebat: quādo id etiā quod iā notatū inuenit/p̄sentia sua delet obliuio? Et tamen quocūq₃ modo/licet sit mod⁹ iste incōprehensibilis et inexplicabilis: etiā ipsā obliuionē meminisse me certus sum/qua id qđ meminerimus obruitur.

Q: hominum memoria tripliciа continens/ab animalium differat memoria: Ca. XVII.

Magna ista vis est memorię: nescio qđ horrendū de⁹ me⁹/profunda ⁊ infinita multiplicitas: ⁊ hoc anim⁹ est: ⁊ hoc ego ipse sum. Quid ergo sū deus meus? Quę natura sum? Varia multimoda vita ⁊ immensa vehemēter. Ecce in memorię meę campis ⁊ antris et cauernis innumerabilibus/atq₃ innumerabiliter plenis innumerabiliū reꝝ generibus: siue per imagines/sicut omniū corpoꝝ: siue p p̄sentiā/sicut artiū: siue per nescio quas notiones vel notationes/sicut affectionū animi: quas ⁊ cū anim⁹ nō patit/memoria tenet: cū in animo sit quicquid ē in memoria. Per hęc oīa discurro et volito hac atq₃ illac: penetro etiā quantū possū/et finis nusq₃: tanta vis est memorię: tanta vitę vis ē in homine viuente mortaliter. Quid igit agā/tu vera mea vita deus meus? Transibo et hanc vim meā quę memoria vocat: trāsibo eā vt perueniā ad te dulce lumē. Quid dicis mihi? Ecce ego ascendēs p animū meū ad te q desup mihi manes: Trāsibo et istā

vim meā/q̄ memoria vocat̄: volēs te attingere vñ attigi potes: ⁊ inhęrere tibi vñ inhęreri tibi pōt. ¶ Habent eñ memoriā et pecora et aues: alioquin non cubilia nidosve repeterent: nō alia multa quibus assuescunt: neq; eñ et assuescere valerēt vllis rebus nisi p memoriā. Transibo ergo et memoriā/vt attingā eū qui separauit me a quadrupedib⁹/⁊ volatilib⁹ cęli sapientiorē me fecit. Trāsibo ⁊ memoriā: ⁊ vbi te inueniā vere bone/⁊ secura suauitas? Et vbi te inueniā?

Quītū dictū

¶ Quintum dictum/q; animalia assuescere non valerent vllis rebus nisi per memoriam: quia assuescunt ad multa vt experimur.

Quomodo oblitorum seu perditorum reminiscimur/ etiam si a sensibus aliena sunt: Ca. XVIII.

ſ I p̄ter memoriā meā te iuenio/immemor tui sū. Et quō iā iueniā te/si memor nō sū tui? Perdiderat eñ mulier drachmā/⁊ quesiuit eā cū lucerna: ⁊ nisi memor ei⁹ esset/nō inuenisset eā. Cum eñ esset inuenta/vñ sciret vtrū ipsa esset/si memor ei⁹ nō esset? Multa memini me pdita quęsisse atq; inuenisse. Inde istō scio: q꞉ cū quęrerē aliqd eoꝝ/⁊ diceret̄ mihi: nū forte hoc ē: nū forte illud? tādiu dicebā/ nō est: donec id offerret̄ qō quęrebā. Cui⁹ nisi memor essē/qcqd illō eēt/etiā si mihi offerret̄ nō inuenirē: q꞉ nō agnoscerē. Et semp ita fit/cū aliqd perditū q̄rim⁹ ⁊ inuenim⁹. Verūtñ si forte aliqd ab oculis perit: nō a memoria/veluti corp⁹ qōlibet visibile: tenet̄ int⁹ imago eius: ⁊ quęrit̄ donec reddat̄ aspectui. Qō cū inuētū fuerit/ ex imagine q̄ int⁹ est recognoscit̄. Nec iuenisse nos dicim⁹ qō pierat/si nō agnoscim⁹/ nec agnoscere possum⁹ si nō inuenim⁹. Sed hoc peri erat quidē oculis/memoria tenebat̄.

Luc.15.b

Qualiter memoria discernit inter memorata/ donec perditorū reminiscimur: Ca. XIX.

q Quid cū ipsa mēoria pdit aliqd/ sic fit cū obliuiscimur/⁊ q̄rim⁹ vt recordemur? Vbi tandē quęrim⁹/nisi in ipsa mēoria? Et ibi si aliud ꝓ alio forte offerat̄/ respuim⁹/donec illud occurrat qō q̄rim⁹: ⁊ cū occurrerit/dicim⁹: hoc ē: qō nō dicerem⁹ nisi agnoscerem⁹: nec agnoscerem⁹/ nisi meminissem⁹. Certe q̄ obliti fueram⁹. † An nō totū exciderat: s; ex pte q̄ tenebat̄ ps alia q̄rebat̄: q꞉ sentiebat se mēoria non simul voluere qō simul solebat: ⁊ q̄si detrūcata ꝯsuetudine claudicās/reddi qō deerat flagitabat. Tanq; si hō notus siue cōspiciatur oculis/ siue cogitet̄: ⁊ nomē ei⁹ obliti reqram⁹/qcqd aliud occurrerit nō ꝯnectit̄: q꞉ nō cū illo cogitare consueuit: ideoq; respuit̄ donec illō assit/ vbi simul assuefacta noticia nō inęqualiter acqescat. Et vñ adest nisi ex ipsa mēoria? Nā et cū ab alio cōmoniti recognoscim⁹ inde adest: Nō eñ q̄si nouū credim⁹/sed recordātes approbam⁹ hoc esse qō dictū est. Si aūt penit⁹ aboleatur ex animo: nec admoniti reminiscimur. Neq; eñ omīmodo adhuc obliti sum⁹/ qō vel oblitos nos esse meminimus. Hoc ergo nec amissū quęrere poterimus/qō omino obliti fueramus.

Ar.† Nam

Q꞉ oīs hō appetat beatitudinē cū ignoret q̄liter agnoscat̄ nisi nominetenus/q̄ tamen memoria retinet̄: Ca. XX.

q Quō q̄ te quęro dñe? Cū eñ te deū meū quęro/vitā beatā q̄ro. Quęrā te vt viuat aīa mea. Viuit eñ corpus meū de aīa mea/⁊ viuit aīa mea de te. Quō q̄ quęro vitā beatā: q꞉ nō est mihi donec dicā: sat est illic vbi oportet vt dicā? Quō eā quęro? Vtrū p recordationē tanq; eā oblitus sim: oblitūq; me esse adhuc teneā/an p appetitū discēdi incognitam siue quā nūq; scierim: siue quā sic oblit⁹ fuerim vt me nec oblitum esse meminerim? Nōne ipsa ē btā vita quā oēs volūt: ⁊ oīno q̄ nolit eā nemo ē? Vbi nouerūt eā q sic volūt eā? Vbi viderūt vt amarēt eā? Nimiꝝ habem⁹ eā nescio quō. Et est ali⁹ quidā mod⁹ quo qsq; cū habet eā/tūc beat⁹ ē. Et sunt q spe beati sunt. Inferiore modo isti habēt eā/q; illi q iā re ipsa beati sunt: sed tñ meliores q; illi q nec re/nec spe beati sunt. Qui tñ etiā ipsi nisi aliq̄ modo haberēt eā: non ita vellēt beati esse: qō eos velle certissimū est. Nescio quō nouerūt eā: ideoq; habent eā ī nescio q̄ noticia: de q̄ satago vtꝝ ī memoria sit: quia si ibi ē/iā beati fuissem⁹ aliquādo. Vtrū singillatim oēs/an in illo homine q pm⁹ peccauit/in q̄ et oēs mortui sumus: ⁊ de q̄ oēs cū miseria nati sum⁹: nō q̄ro nūc/ sed q̄ro vtrū in memoria sit beata vita. Neq; eñ amarem⁹ eā/nisi noscerem⁹. Audim⁹ nomē hoc: ⁊ rē ipsā oēs nos appetere fatemur. Nō enim sono delectamur.

Cōcor.4.sen. dis.49.ca.2.

Nam hoc cum latine audit grecus/ nõ delectatur: quia ignorat quid dictũ sit: nos autem delectamur/ sicut etiã ille si grece hoc audierit: quoniam res ipsa nec greca nec latina est: cui adipiscende greci latiniqз inhiãt: ceterarumqз linguarum homines.

Sextũ dictũ ¶ Nota ẽ igitur omnibus/ qui vna voce si interrogari possẽt: vtrum beati esse vellent: sine vlla dubitatione/ velle respõderent. Quod non fieret/ nisi res ipsa cuius hoc nomen est/ eorũ memoria teneretur.

¶ Sextum dictũ/ q nota est omnibus hominibus beatitudo: q si vna voce interrogari possẽt/ vtrum beati esse vellent: sine vlla dubitatiõe vellent responderẽt: qd nõ foret inquit nisi res ipsa cuius hoc nomen est/ eorũ memoria teneretur. Ex q dicto accipitur argumentum/ q omnes homines habent naturalem inclinationem ad volendum beatitudinẽ in ratione sua cõmuni propter vniuersale responsum quod hic ponitur omniũ si interrogarentur. Illa enim sunt naturalia que omnibus sic conueniunt. Et quia in particulari apprehensa sic beatitudine/ non est talis naturalis inclinatio: et ideo sequitur post illud dictum illud quod videtur ad propositum. Non ergo certum est q omnes beati esse volunt: quia qui de te gaudere non volunt/ beatam vitam nolunt: et postea dicit/ q beata vita non est nisi de veritate gaudium.

Q omnes operã suã impendũt ad hoc vt beati sint: Ca. XXI.

n Vnquid ita vt meminit carthaginẽ qui vidit? Non. Vita enĩ beata nõ videt oculis: quia nõ est corp9. Nũquid sicut meminimus numeros? Nõ. Hos enĩ qui habet in noticia/ nõ adhuc qrit adipisci. Vitam vero beatam habem9 in noticia/ ideoqз amamus eã: et tamẽ adhuc adipisci eam volumus vt beati sim9. Nũquid sicut meminimus eloquentiã? Non. Quis enĩ et hoc nomine audito recordent ipsam rem/ qui etiã nõdũ sunt eloquẽtes: multiqз esse cupiãt. Unde apparet eã esse in eorũ noticia: tamẽ per corpis sensus alios eloquẽtes animaduerterũt et delectati sunt/ et hoc esse desiderãt: q̃q̃ nisi ex interiore noticia nõ delectarentur/ neqз hoc esse vellẽt nisi delectarent. Beatã vero vitã nullo sensu corpis in aliis experimur. Nunquid sicut meminim9 gaudiũ? Fortasse ita. Nã gaudiũ meũ ita tristis memini/ sicut vitã beatã miser: neqз vnq̃ corpis sensu gaudium meũ/ vel vidi/ vel audiui/ vel odoratus sũ/ vel gustaui/ vel tetigi: sed expertus sum in animo meo qñ letatus sũ: et adhesit eius noticia memorie mee/ vt id reminisci valeã aliqñ cũ aspernatione: aliqñ cũ desiderio p earũ rerũ diuersitate/ de quibus me gauisũ esse memini. Nã et de turpib9 gaudio quodam perfusus sũ: quod nũc recordãs detestor atqз execror: aliqñ de bonis et honestis qd desiderãs recolo: tãetsi forte nõ adsũt: et ideo tristis gaudiũ pristinũ recolo. Ubi ergo et qñ expertus sum vitã meã beatã vt recorder eã/ et amem et desiderẽ? Nec ego tñ/ aut cũ paucis/ sed beati prorsus omnes esse volumus. Qd nisi certa noticia nosceremus/ nõ tã certa volũtate vellem9. Sed quid est hoc? Q si querat a duobus/ vtrũ militare velint: fieri possit vt alter eorum velle se/ alter nolle respondeat. Si autem ab eis queratur/ vtrum beati esse velint: vterqз statim se sine vlla dubitatiõe dicat optare: nec ob aliud velit ille militare: nec ob aliud iste nolit/ nisi vt beati sint? Num forte qm alr9 hinc/ alius inde gaudet? Ita se oẽs beatos esse velle ɔsonãt/ quẽadmodum consonarẽt si hoc interrogarentur se velle gaudere: atqз ipsum gaudiũ vitam beatã vocãt. Q et si alius hinc/ alius illinc assequit: vnũ est tamẽ quo peruenire oẽs nitunt vt gaudeãt. Que quoniã res ẽ quã se expertũ nõ esse nemo potest dicere: propterea reperta in memoria recognoscit/ qñ beate vite nomẽ auditur.

Q nullo gaudio se beatum putare debet/ nisi de deo gaudeat: Ca. XXII.

a Absit domine/ absit a corde serui tui/ qui confitetur tibi: absit vt quocunqз gaudio gaudeam/ beatũ me putẽ. Est enĩ gaudiũ qd non datur impiis/ sed eis qui te gratis colunt: quorũ gaudiũ tuipse es. Esa. 48. d Et ipsa est beata vita gaudere ad te/ de te/ propter te: ipsa ẽ et nõ est altera. Qui autẽ aliam putãt esse/ aliud sectantur gaudiũ: neqз ipsum verũ. Ab aliqua tamen imagine gaudii/ voluntas eorũ nõ auertitur.

Que sit et i quo btã vita: Ca. XXIII

n Non ergo certũ ẽ q omnes esse beati volunt: quoniam qui nõ de te gaudere volũt/ que sola vita beata est: nõ vtiqз vitã beatã volunt. An oẽs hoc volũt? Sed quoniam caro concupiscit Gal. 5. c aduersus spiritũ/ et spiritus aduersus carnẽ: vt nõ faciãt quod volunt: cadent in id quod valent: eoqз contẽti sunt: quia illud quod nõ valent/ nõ tantum volũt quantũ sat est vt valeãt. Nam quero ab omnibus

vtrum malint de veritate ꝙ de falsitate
gaudere: tam non dubitant dicere de veritate se malle/ ꝙ non dubitant dicere beatos esse se velle. Beata quippe vita est
gaudium de veritate. Hoc est enim gau/
Job.14.a dium de te qui veritas es: deus illumina/
Ps.26. tio mea: salus faciei meę/deus meus. Hāc
vitam beatam omnes volunt: hanc vitā
quę sola beata est omnes volunt: gaudium de veritate omnes volunt. Multos
expertus sum qui velint fallerę: qui autem
falli/ neminem. Ubi ergo nouerunt hanc
vitam beatam/nisi vbi nouerunt etiā veritatem? Amant enim et ipsam: quia falli nolunt. Et cum amant beatā vitā/quod
nō est aliud ꝙ de veritate gaudium/ vtiqꝫ
amant etiam veritatem: nec amarent nisi
esset aliqua noticia eius in memoria eorū.
Cur ergo nō de illa gaudent? Cur nō beati sunt? Quia fortius occupantur in alijs
quę potius eos faciūt miseros/ ꝙ illud beatos quod tenuiter meminerunt. Adhuc
Job.12.c enim modicum lumen est in hominibus:
ambulent/ambulent/ ne eos tenebrę comprehendant. ¶ Cur
Septimū dictum autem veritas parit
odiū: et inimicus eis
factus est homo tuus verum prędicās/
cū ametur beata vita/ q̄ non est nisi gaudium de veritate: nisi quia sic amatur veritas/ vt quicūqꝫ aliud amant/ hoc quod
amant velint esse veritatem: et quia falli nollent/ nolūt conuinci ꝙ falsi sint? Itaqꝫ propter eam rem oderunt veritatē/ quā
pro veritate amant. Amant eam lucentē:
oderunt eam redarguentem. Quia enī falli nolunt et fallere volunt: amant eam cū
seipsam indicat: et oderūt eam cum eosipsos indicat. Inde retribuet eis/ vt q̄ se ab
ea manifestari nolunt: et eos nolentes manifestet: et eis ipsa nō sit manifesta. Sic sic
etiam/ sic animus humanus etiā/ sic cęcus
et languidus/ turpis atqꝫ indecens latere
vult: se autem vt lateat aliquid non vult.
Contra illi redditur vt ipse nō lateat veritatem: ipsum autem veritas lateat: Tamē
etiā sic dū miser est/ veris mauult gaudere
ꝙ falsis. Beatus ergo erit/ si nulla interpel
lante molestia: de ipsa p quā vera sunt omnia/ sola veritate gaudebit:

> ¶ Septimum dictum ē istud: Cur autem veritas parit odium: et inimicus factus est eis homo tuus prędicans verum/ cū ametur vita beata/ que non est nisi gaudium de veritate: nisi quia sic amatur veritas/ vt q̄cunqꝫ aliud amant: hoc quod amant velint esse veritatem: amant quidē lucentem/ sed oderūt eā redarguentem.

Qui inueniens veritatem/ inuenit deum: Ca. xxiiii.

Ece quantum spaciatus sū in memoria mea/ quęrens te domine: et
nō te inueni extra eam. Neqꝫ enī
aliquid de te inueni quod nō meminissem
exquo didici te. Nā exquo didici te/ non sū
oblitus tui. Ubi enī inueni veritatem/ ibi
inueni deum meū: ipsam veritatē quā exquo didici nō sū oblitus. Itaqꝫ exquo didici te/ manes in memoria mea: et illic te
inuenio/ cum reminiscor tui et delector in
te. Hę sunt sanctę delitię meę/ quas donasti mihi misericordia tua/ respiciens paupertatem meam.

De differentijs graduū memorię quibus quęrit deus: Ca. xxv.

Ed vbi manes i memoria mea domine? Ubi illic manes? Quale cubile fabricasti illic tibi? Quale sanctuarium ędificasti tibi? Tu dedisti hanc
dignationem memorię meę/ vt maneas in
ea: sed in qua eius parte maneas hoc considero. Transcendi enī partes ei⁹ quas habent et bestię cum te recordarer: quia non
ibi te inueniebam inter imagines reꝝ corporalium: et veni ad partes eius/ vbi cōmēdaui affectiones animi mei: nec illic inueni te. Et intraui ad ipsius animi mei sedem/ quę illi est in memoria mea: quoniam
sui quoqꝫ meminit animus: nec ibi tu eras:
quia sicut non es imago corporalis/ nec affectio viuētis/ qualis est cum lętamur/ cōtristamur/ cupimus/ metuimus/ meminimus/ obliuiscimur: ⁊ quicquid huiusmodi
est: ita nec ipse animus es: quia dominus
deus animi tu es. Et cōmutantur hęc omnia: tu autē incōmutabilis manes super
omnia: et dignatus es habitare in memoria mea exquo te didici. Et q̄d quęro quo
loco eius habites/ quasi vero loca ibi sint?
Habitas certe in ea: quoniam tui memini exquo te didici: et in ea te inuenio cum
recordor tui.

Ubi deus quęsitus possit inueniri: Ca. xxvi.

Bi ergo te inueni vt discerem te?
Neqꝫ enim iam eras in memoria
mea/ priusꝙ te discerem. Ubi ergo
inueni te vt discerē te/ nisi in te supra me?

Et nusq̃ locus: et recedimus et accedimꝰ/et nusq̃ locus. Ubiq̃ veritas p̄sides omībꝰ consulētibus te: simulq̃ respōdes omnibꝰ etiā diuersa consulentibꝰ te. Liquide tu respōdes/sed nō liquide omnes audiūt. Omnes vn̄ volunt consulunt/ sed nō semp q̄d volunt audiunt. Optimus minister tuus est: qui nō magis intuetur hoc a te audire quod ipse voluerit: s3 potius hoc velle q̄d a te audierit.

De amore diuino/et effectibus p̄sentie eius: Ca. xxvii.

Sero te amaui pulchritudo tā antiqua et tā noua: sero te amaui. Et ecce intus eras/et ego foris: et ibi te q̄rebā/et in ista formosa que fecisti deformis irruebā. Mecum eras/et tecum nō erā. Ea me tenebāt longe a te: que si in te nō essēt/ nō essent. Uocasti et clamasti/et rupisti surditatē meā. Coruscasti/splēduisti/ et fugasti cecitatē meā. Flagrasti et duxi spiritū/et anhelo tibi. Gustaui/et esurio/et sitio. Tetigisti me/et exarsi in pacē tuā.

Deplorat miserias p̄sentis vite/et suas proprias: Ca. xxviii.

Um inhesero tibi ex omi me/ nusq̃ erit mihi dolor et labor: et viua erit vita mea tota plena te. Nunc autē quoniā quē tu imples/subleuas eum: quoniā tui plenus nō sum/ oneri mihi sū. Contendūt letitie mee flende cū letandis meroribus: et ex qua parte stet victoria nescio. Hei mihi/dn̄e miserere mei. Cōtendūt merores mei mali cū gaudijs bonis: et ex q̄ parte stet victoria nescio. Hei mihi/ domine miserere mei: Hei mihi: Ecce vulnera mea nō abscondo. Medicus es/eger sum: Misericors es/miser sū. Nunquid nō tempra-
Job.7.a tio est vita humana sup terrā? Quis velit molestias et difficultates pati? Tolerare iubes ea/nō amari. Nemo qd tolerat amat/ et si tolerare amat. Quis eni gaudeat se tolerare: mauult tamē nō esse quod toleret. Prospera in aduersis desidero: aduersa in p̄speris timeo. Quis inter hec mediꝰ locꝰ: vbi nō sit humane vite tēptatio? Ue p̄speritatibꝰ huius seculi/semel et iterū a timore aduersitatis/et a corruptiōe letitie. Ue aduersitatibꝰ seculi/semel et iterū et tertio a desiderio p̄speritatis. Et q: ipsa aduersitas dura est: et ne frangat tolerantiā: nūquid nō temptatio est vita humana sup terram sine vllo interstitio?

Desiderat verum amorē/et petit continentiam: Ca. xxix.

Et tota spes mea/nō nisi in magna valde misericordia tua. Da quod iubes: et iube quod vis. Imperas nobis continentiam. Et cū scirē ait quidā: quia nemo potest esse continens nisi deus Sap.8.d det: et hocipsum erat sapientie/scire cuius esset hoc donum. Per continētiam quippe colligimur et redigimur in vnum: a quo in multa defluximus. Minus enim te amat qui tecum aliquid amat/quod nō p̄pter te amat. O amor qui semp ardes/et nuq̃ extingueris. Charitas deus meꝰ/ accēde me. Continentiā iubes. Da quod iubes/et iube quod vis.

De illusione nocturna/quā petit etiam auferri: Ca. xxx.

A
Ubes certe vt contineā a concupiscentia carnis/et concupiscētia ocu- 1.Joh.2.c
lorū/et ambitione seculi. Iussisti a concubitu: et de ipso cōiugio melius aliqd q̃ cōcessisti monuisti. Et quoniā dedisti factū est: et anteq̃ dispensator sacramēti tui fierē. Sed adhuc viuunt in memoria mea/ de qua multa locutus sum: taliū rerū imagines/quas ibi consuetudo mea fixit: et occursant mihi vigilanti quidem carētes viribus: in somnis autē nō solū vsq̃ ad delectationē/sed etiā vsq̃ ad consensionē factūq̃ simillimū. Et tantū valet imaginis illusio in anima mea et in carne mea/ vt dormienti falsa visa persuadeāt/ quod vigilāti vera nō possunt. Nūquid tūc ego nō sū B
domine deus meꝰ? Et tū tantū interest inter meipsum et meipsum vt intra momētū quo hinc ad soporem transeo/vel huc inde retranseo. Ubi est illa ratio que talibus suggestionibꝰ resistit vigilās? Et si res ipse ingerant/incōcussus maneo. Nūquid clauditur cū oculis? Nūquid sopitur cū sensibus corporis? ¶ Et vn̄ sepe etiam in somnis resistimus: nostriq̃ p̄positi memores/ atq̃ in eo castissime permanentes/ nullum talibus illecebris adhibemus assensum? Et tamen tantū interest/vt cū aliter ac-

¶ Octāuum dictum est istud: Sepe in somnis resistimus: nostriq̃ propositi memores: atq̃ in eo castissime permanentes/nullum talibus illecebris adhibemus assensum: et tamē tantū interest/ vt cū aliter acciderit euigilantes ad conscientiā redeamus: ipsos nos non fecisse/ quod in nobis factum est dolemus. Octauū dict

cidit/ euigilantes ad consciẽtię requiem redeamus: ipsaq; distantia repiam⁹ nos nõ fecisse: qđ tamẽ in nobis quoquo modo factũ esse doleam⁹.

¶ Ubi accipit documẽtum/ q illa que fiũt dormiendo: si peccata displiceant/ non sunt nociua: quia non sunt facta indẽ a nobis.

D Nũquid nõ potens ẽ manus tua de⁹ omipotẽs sanare oẽs lãguores animę meę: atq; abundãtiore gratia tua lascitos motus etiã mei soporis extinguere? Augebis domine magis magisq; in me munera tua: vt anima mea sequat me ad te concupiscẽtię visco expedita/ vt non sit rebellis sibi: atq; vt in somnis etiã nõ solũ nõ ppetret istas corruptelaꝝ turpitudines p imagines animales vsq; ad carnis fluxũ: sed ne ꝯsentiat quidẽ. Nã vt nihil tale vel tantillũ libeat quantum possit nutu cohiberi/ etiã in casto dormiẽtis affectu: nõ tm̃ in hac vita/ sz etiã in hac ętate: nõ magnũ ẽ omipotẽti/ q̃
Eph.3.d. vales facere supra q̃ petimus et intelligimus. Nũc tamẽ quid adhuc sim in hoc genere mali mei/ dixi bono dño meo: exultãs cũ tremore in eo quod donasti mihi: et lugens in eo q incõsummatus sum: & sperãs perfectuꝝ te in me misericordias tuas vsq; ad pacẽ plenariam/ quã tecũ habebunt in-
1.Cor.15.g teriora & exteriora mea: cum absorpta fuerit mors in victoria.

Qualit' alimẽta sumẽda sint: et q temptatus de gule vitio/ deum interpellare debet pro remedio:

A
Matth.6.d Sit alia malicia diei: (Ca.XXXI.
C que vtinã sufficiat ei. Reficim⁹ eñ quotidianas ruinas corpis edẽdo & bibẽdo/ priusq; escas et ventrẽ destruas:
1.Cor.6.c cũ occideris indigentiã meã satietate mirifica: & corruptibile hoc induerit incorrupti-
1.Cor.15.g one sempiterna. Nũc autem suauis est mihi necessitas: et aduersus istam suauitatẽ pugno ne capiar: & quotidianũ bellũ gero
1.Cor.9.d in ieiuniis sępius in seruitutẽ redigẽs corpus meũ: et dolores mei voluptate pellũtur: Nã fames et sitis quidã dolores sunt. Urunt/ et sicut febris necãt: nisi alimentorum medicina succurrat. Quę quoniã pręsto est/ consolatione munerũ tuoꝝ/ in quibus nostrę infirmitati terra & aqua et cęlũ seruiunt: calamitates delitię vocant. Hoc me docuisti/ vt quemadmodũ medicamẽ-
B ta/ sic alimẽta sumpturus accedã. Sed dũ ad quietẽ satietatis ex indigẽtię molestia transeo: in ipso transitu mihi insidiatur laqueus concupiscẽtię. Ipse eñ transit⁹ voluptas est: & nõ est alius qua transeatur/ q̃ quo transire cogit necessitas. Et cũ salus sit causa edendi & bibẽdi/ adiungit se tanq̃ pedissequa periculosa iocunditas: & plerũq; pręire conat/ vt eius causa fiat/ quod salutis causa me facere vel dico vel volo: nec idẽ modus vtriusq; est. Nã quod saluti satis est/ delectationi parũ est. Et sępe incertum sit/ vtrũ adhuc necessaria corpis cura subsidiũ petat/ an † voluptaria cupiditatis fallacia ministeriũ suppetat. Ad hoc incer- Al. † voluntaria
tum hilarescit infęlix anima: et in eo pręparat excusatiõis patrocinium gaudens nõ apparere quid satis sit moderationi valitudinis: vt obtentu salutis obumbret negociũ voluptat'. His temptationib⁹ quotidie conor resistere: et inuoco dexterã tuam ad salutem meã: et ad te refero est⁹ meos: quia consiliũ mihi de hac re nõdũ stat.
Audio vocẽ iubentis dei mei: Nõ grauen- C Luc.21.g
tur corda vestra i crapula & ebrietate. Ebrietas longe est a me: misereberis ne appropinquet mihi. Crapula autẽ nõnunq; surrepit seruo tuo: misereberis vt longe fiat a
me. Nemo enim potest esse continẽs nisi Sap.8.d
tu des. Multa nobis orantibus tribuis: & quicquid boni anteq̃ oremus accipim⁹/ a te accipimus: et vt hoc postea cognosceremus/ a te accipimus. Ebriosus nũq; fui: sed ebriosos ã te sobrios factos ego noui. Ergo a te factũ est/ vt hoc nõ essent q̃ nunq; fuerunt: a quo factũ est vt hoc nõ semp essent qui fuerunt: a quo etiã factũ est/ vt scirent vtriq; a quo factũ est. Audiui & ali-
am vocem tuam: Post concupiscẽtias tu- D Eccl.18.d
as nõ eas/ et a voluptate tua auertere. Audiui et illam ex munere tuo quam multũ
amaui: Neq; si manducauerimus/ abun- 1.Cor.8.c
dabimus: neq; si non manducauerimus/ deerit nobis. Hoc est dicere: Nec illa res me copiosum faciet/ nec illa erumnosum.
Audiui et alteram: Ego eñ didici in qui- Phil.4.c
bus sum sufficiens esse/ et abundare noui: et penuriam pati noui: Omnia possum in eo qui me confortat. Ecce miles castrorum cęlestium: non puluis quod nos
sumus. Sed memento domine quia pul- Gen.3.d
uis sumus/ et de puluere fecisti hominẽ: et
perierat et inuentus est. Nec ille in se po- Luc.15.g
tuit: quia idem puluis fuit/ quem talia di-

centem afflatu tuę inspiratiōis adamaui.
Phil.4.c. Omnia possū/ inquit/ in eo qui me cōfor/
tat. Conforta me vt oia possim. Da qd iu/
bes: et iube qd vis. Iste se accepisse confi/
1.Cor.1.d tetur: et q gloriatur in domino gloriatur.
Eccl.23.a Audiui alium rogantē vt accipiat: Aufer
a me/ inquit/ cōcupiscentias ventris. Un/
de apparet sancte deus meus te dare/ cum
E fit quod impas fieri. Docuisti me pater bo
Ad tit.1.d ne: om̄ia mūda mundis: Sed malū esse ho
mini qui p offensionem manducat: ⁊ omnē
1.timoth.4.b creaturā tuā bonā esse/ nihilqȝ abijciendū
1.Cor.8.c quod cū gratiarūactiōe pcipit: et quia esca
Col.2.c. nos nō cōmendat deo: ⁊ nemo nos iudicet
Ro.14.a in cibo aut in potu: ⁊ vt qui manducat nō
manducantē nō spernat: ⁊ qui non mādu/
cat/ māducantē nō iudicet. Didici hęc: gra
tias tibi: laudes tibi deo meo/ mgro meo/
pulsatori aurium mearum/ illustratori cor/
dis mei: Eripe me ab omni temptatione.
Nonū dictū ¶ Nō ego immundi
ciā obsonij timeo/ sȝ
immūdiciā cupidita/
Gen.9.a. tis. Scio noe om̄e car
nis genᵒ qd cibo esset
vsui māducare pmis/
3.Reg.17.a sū: heliā cibo carnis
Math.3.a refectū: iohannē mi/
rabili abstinētia pdi/
tū/ aīalibus/ hoc ē lo/
custis/ in escā ceden/
tibᵒ nō fuisse pollutū:
Gen.25.d Et scio esau lenticulę
ↄcupiscētia deceptū:
2.Reg.23.c ⁊ dauid ppter aq̄ de/
sideriū a seipo rephē/
Math.4.a sū: ⁊ regē nostrū nō de carne/ sȝ de pane esse
Numeri.11.b tēptatū: Ideoqȝ ⁊ pls in heremo/ nō quia
carnes desiderauit/ sȝ qꝛ escę desiderio ad/
uersus dn̄m murmurauit/ meruit iprobа/
ri. In his ḡ tēptatiōibᵒ positᵒ/ certo q̄tidie
F aduersus ↄcupiscentiā māducādi ⁊ bibēdi.
Nō eñ est qd semel pcidere/ ⁊ vlteriᵒ nō at/
tingere decernā/ sicut de concubitu potui.
Itaqȝ freni gutturis tēperata relaxatione
⁊ ↄstrictiōe tenēdi sunt. Et qs est dn̄e q nō
Al. ⁊ aliqñ rapiat ⁊ aliquātulū extra metas necessitatis?
Quisquis est/ magnᵒ est: magnificet nomē
tuū. Ego aūt nō sum: qꝛ peccator hō sum.
Ro.8.f. Sed ⁊ ego magnifico nomen tuū: et inter/
pellat te p peccatis meis qui vicit seculū/
numerās me inter infirma mēbra corporis

¶ Nonū dictū est istud: Non ego immundiciam cibi timeo / sed imūdici/am cupiditatis. Scio noe omne carnis genus mā/ducare permissum: et he/liam cibo carnis refectū: iohannem mirabili ab/stinentia preditū/ nec lo/custis fuisse pollutum. Esau concupiscentia len/ticule deceptū: dauid p/pter aque desideriū a se/ipso reprehensum. Regē nostrum nō de carne sed de pane esse temptatum. Et populᵒ in heremo/ nō quia carnes desiderauit sed qꝛ esce desiderio ad/uersus dn̄m murmura/uit/ meruit improbari.

sui: qꝛ ⁊ imperfectū meū viderūt oculi tui/ Ps.138.
et in libro tuo omnes scribentur.

Qr hō timere debet in omnibᵒ: quia nihil securum ē in hac vita:

E illecebra odorū (Ca.XXXII.
d nō satago nimis: Cū absūt/ nō req
ro: cū adsūt/ nō respuo: paratᵒ etiā
eis semp carere. Ita mihi videor: forsitan
fallor. ¶ Sunt enim Decimū dictū
et istę plangendę te/
nebrę/ in quibus me
latet facultas mea q̄
in me est: vt animus
meus de viribus su/
is ipse se interrogās/
nō facile sibi creden/
dum existimet: quia
et quod inest plerūqȝ
occultum est/ nisi experientia manifestet.
Et nemo securus esse debet in ista vita: Job.7.a
quę tota temptatio nominatur: vt qui fi/
eri potuit ex deteriore melior/ non fiat eti/
am ex meliore deterior. Una spes/ vna fi/
ducia/ vna firma pmissio/ misericordia tua.

¶ Decimum dictum est istud. Sunt eñ iste plan/gende tenebre/ in quibᵒ me latet facultas mea/ vt animus meus de viribᵒ suis se interrogans/ non facile sibi credendū exi/stimet: quia quod inest plerūqȝ occultum est/ ni/si experientia manifeste/tur: et ideo nemo securᵒ est in vita ista/ q̄ tota tem/ptatio est.

Quomodo soni suaues vtendi sint: de surreptione: et quid in cantu suaui magis attēdi debeat:

Oluptates auriū (Ca.XXXIII.
v tenacius me implicauerant ⁊ sub/
iugauerant: sed resoluisti et libe/
rasti me: nunc in sonis quos animāt elo/
quia tua: cum suaui et artificiosa voce can
tantur: fateor aliquantulum acquiesco:
nō quidem vt hęream/ sed vt surgam cum
volo. Attamen cum ipsis sententijs qui/
bus viuunt vt admittantur ad me/ quęrūt
in corde meo nonnullius dignitatis locū/
et vix eis pręheo congruentem. Aliquā/
do enim amplius mihi videor honoris eis
tribuere q̄ decet: dum ipsis sanctis dictis
religiosius ⁊ ardentius sentio moueri ani/
mos nostros in flammā pietatis/ cū ita cā/
tantur/ q̄ si non ita cantarentur: et omnes
affectus spiritus nostri pro suaui diuersi/
tate habere proprios modos in voce at/
qȝ cantu: quorum nescio q̄ occulta famili/
aritate excitentur. Sed delectatio carnis
męę/ cui mentem eneruandam non opor/
tet dari: sępe me fallit/ dum rationem sen/
sus nō ita comitatur/ vt patienter sit po/
sterior: sed tn̄ quia propter illam meru/
it admitti: etiam pręcurrere ac ducere co/

natur. ¶ Ita in his pecco nõ sentiẽs/sed postea sentio. Aliqñ autẽ hãc ipsã fallaciam immoderati⁹ cauẽs erro nimia seueritate: sed valde interdũ/vt melos oĩe cãtilenaꝝ suauiũ quib⁹ dauidicũ psalterium frequẽtat/ ab aurib⁹ meis remoueri velim/ atq; ipsius eccl'ie: tutiusq; mihi videt q̃ de alexãdrino episcopo athanasio sepe mihi dictũ cõmemini: q̃ tã modico flexu voc facieba sonare lectorẽ psalmi/vt pnũciãti vicinior esset q̃ canẽti. Uerũtamẽ cum reminiscor lachrymas meas q̃s fudi ad cãtus eccl'ie tue/ in primordijs recupatẽ fidei mee: ꝛ nũc ipõ cõmoueor: nõ cãtu/ sed reb⁹ q̃ cantant cũ liquida voce ꝛ ɔuenientissima modulatione cantant: magnã instituti hui⁹ vtilitatẽ rursus agnosco. Ita fluctuo inter piculũ voluptatis et expimentũ salubritatis: magisq; adducor/nõ quidẽ irretractabilẽ sententiã pferẽs cantãdi ɔsuetudinẽ approbare in ecclesia: vt p oblectamẽta auriũ infirmior animus in affectũ pietatis assurgat. Tñ cum mihi accidit/vt me ampli⁹ cant⁹ q̃ res q̃ canit moueat/ penaliter me peccare ɔfiteor: et tunc mallẽ nõ audire cantantẽ. Ecce vbi sum: Flete mecũ ꝛ p me flete/q̃ aliquid boni vobiscũ intus agitis vñ facta pcedunt. Nã qui nõ agitis/nõ vos hec mouent. Tu aũt dñe deus meus/exaudi/respice ꝛ vide: ꝛ miserere et sana me: in cuius oculis mihi questio factus sum: ꝛ ipse est languor me⁹.

Undecimũ dictum

¶ Undecimũ dictum est istud: In his pecco non sentiens/ sed postea sentio hanc esse fallaciã: vt melos oĩ cantilenaꝝ suauiũ/ quibus dauidicũ psalterium decantat/ab auribus meis remoueri velim/atq; ipsius eccl'ie: tutiusq; mihi videt q̃ d alexãdrino epõ athanasio sepe dictũ cõmemini/ q̃ tã modico inflexu vocis faciebat sonare lectorem psalmi/vt pnũciãti vicinior esset q̃ cantãti. Tñ cũ mihi acciderit/ vt me amplius cantus q̃ res que canitur moueat: me penaliter peccare confiteor: et tunc mallem non audire cãtantẽ. Ex quibus dictis accipiuntur duo vtilia documenta. Primum est/ q̃ cantus nimis melodiosi magis impediunt deuotionẽ in ecclesia q̃ iuuent: ꝛ ideo athanasius mallebat audire pronunciantem q̃ cantantẽ. Secundũ documentum/q̃ peccant illi qui plus in cantu q̃ in ipsa re deuota que canitur delectantur: quia augustinus in hoc se peccasse fatetur.

Qualiter illecebritates oculoꝝ restringende sint: ꝛ que sit lux vera/nõ corporea: Ca. XXXIIII.

r Estat voluptas oculoꝝ istorũ carnis mee de qua loquar ɔfessiones: quas audiẽt aures templi tui/ aures fraterne ac pie/ vt concludamus temptatiões ɔcupiscẽtie carnis mee: q̃ me ad- 2. Cor. 5. a
huc pulsant ingemiscentẽ: et habitaculum
meũ quod de celo est supindui cupientem.
Pulchras formas ꝛ varias/nitidos ꝛ ame- Geñ. 1. d
nos colores amãt ocli. Nõ teneãt hec ani-
mã meã: teneat eã de⁹ qui hec fecit bona
quidem valde: sed ipse est bonũ meum/nõ
hec. Et tangũt me vigilantẽ totis diebus:
nec requies ab eis datur mihi: sicut datur
a vocibus canoris aliquãdo ab oĩbus in
silẽtio. Ipsa eñ regina† coloꝝ lux ista per- Al. †colorũ
fundẽs cuncta que cernimus: vbi vbi p diẽ
fuero multimodo allapsu blandit mihi ali-
ud agẽti: ꝛ eã nõ aduertẽti. Insinuat autẽ
se ita vehemẽter/vt si repente subtrahatur
cum desiderio requirat: et si diu absit con-
tristat animũ. O lux quã videbat tobias/ Tob. 4. a
cum clausis oculis istis filiũ docebat vite
viã: et ei preibat pede charitatis nusq̃ er-
rãs: aut quãdo videbat isaac pgrauatis ꝛ Geñ. 27. a
opertis senectute carneis luminibus/ cũ fi
lios nõ agnoscendo benediceret/sed bene-
dicẽdo agnoscere meruit: aut quã videbat
iacob/cum et ipse pre grandi etate captus Geñ. 48. b
oculis: in filijs psignata futuri populi ge-
nera luminoso corde radiauit: et nepoti-
bus suis ex ioseph diuexas mystice man⁹
nõ sicut pater eorum foris corrigebat/ sed
sicut ipse intus discernebat/imposuit. Ip-
sa est lux: vna est/ et alia nõ est: et vnũ om-
nes qui vident et amant eam. At ista cor-
poralis de qua loquebar/illecebrosa ac pe
riculosa dulcedine condit vitam seculi ce-
cis amatoribus. Qui autẽ et de ipsa lau-
dare te norunt/deus creator omniũ: assu-
munt eã in hymno tuo/nõ absumũtur ab
ea in somno suo. Sic esse cupio. Resisto se-
ductionibus oculorum/ne implicentur pe-
des mei quibus ingredior viam tuã: ꝛ eri-
go ad te inuisibiles oculos/ vt tu euellas Ps. 24.
de laqueo pedes meos. Tu subinde euel-
lis eos/nã illaqueantur. Tu nõ cessas euel
lere: ego autẽ crebro hereo in vbiq; spar-
sis insidijs: quoniã nõ dormies neq; dor- Ps. 120.
mitabis qui custodis israel. Q̃ innume-
rabilia varijs artibus et opificijs/in vesti-
bus/calciamentis/vasis/ꝛ huiuscemodi fa
bricationibus: picturis etiam diuersisq; fi
gmẽtis: atq; his vsum necessariũ atq; mo-
deratũ/et piã significationẽ lõge transgre-
dientibus: addiderunt hoĩes ad illecebras
oculorum/foras sequẽtes q̃ faciũt: intus

relinquētes a quo facti sunt/et exterminā/
tes quod facti sunt. At ego deus meꝰ ⁊ de/
cus meū/etiā hinc tibi dico hymnū: et sa/
crifico laudem sanctificatori meo: quoniā
pulchra traiecta per animas in manus ar/
tificiosas/ab illa pulchritudine veniūt que
super animas est: cui suspirat anima mea
die ac nocte. Sed pulchritudinū exteriorū
operatores et sectatores inde trahunt ap/
probādi modū: nō autem inde trahūt vtē/
di modū. Et ibi est/⁊ nō vident eū: vt non
Ps.58. eant lōgius: et fortitudinē suā ad te custo/
diant: nec eam spargant in delitiosas las/
situdines. Ego autē hec loquens atqꝫ dis/
cernens/ etiā istis pulchris gressum inne/
cto: sed tu euellis domine/euellis tu: quo/
Ps.25. niā misericordia tua ante oculos meos ē.
Nam ego capior miserabiliter: et tu euel/
lis misericorditer: aliquando nō sentientē/
quia suspēsius inciderā: aliquādo cū dolo/
re/quia iā inheserā.

Qr curiositas multa vana ⁊ varia velle scire/ ad concupiscentiā carnis pertineat: Ca. XXXV.

Uc accedit alia forma temptatio/
b nis multiplicius periculosa. Pre/
ter eñ cōcupiscentiam carnis que
inest in delectatione omniū sensuū et vo/
luptatū/cui seruiētes depereunt/ qui lon/
ge se faciunt a te: inest anime per eosdē sen/
sus corporis quedā nō se oblectādi in car/
ne: sed experiendi per carnē vana et curio/
sa cupiditas/nomine cognitionis et scien/
tie palliata. Que quoniā ⁊ in appetitu no/
scēdi est: oculi aūt sunt ad cognoscendū in
1.Joh.2.c sensibus principes: concupiscentia oculo/
rum eloquio diuino appellata est. Ad ocu/
los eñ ꝓprie videre pertinet. Utimur au/
tem hoc verbo etiā in ceteris sensibus/ cū
eos ad cognoscendum intendimus. Neqꝫ
eñ dicimꝰ: Audi quid rutilet/ aut olfac ꝙ
niteat/aut gusta ꝙ splendeat/aut palpa ꝙ
fulgeat: Uideri eñ dicunť hec oīa. Dici/
mus aūt nō solū vide: quid luceat/ qđ so/
li oculi sentire pñt: sed etiā vide qđ sonet/
vide qđ oleat/vide qđ sapiat/vide ꝙ durū
Duodecimū dictum sit: ¶ Jdcoqꝫ gene/
neraľ expiētia sensuū
ꝯcupiscētia/ sic dictū
est/ oculoꝝ vocať: qꝛ
vidēdi officiū in ꝗ ꝓ/
matū ocli tenēt/ etiā

¶ Duodecimū dictū: qꝛ
generalis expientia sen/
suū ꝯcupiscētia vocatur
ocloꝝ: qꝛ inť ceteros sen
sus: visus ꝓmatū tenet: ⁊
ceteri sensus sibi de sili/
tudine vsurpāt/cū aliqđ
cognitiōis explorāt. Ex
quo dicto accipiť docu/
mentū/ qꝛ potētia visiua
inter oēs sensitiuas ē no
bilissima. Cuiꝰ inquā si/
gnū est: qꝛ ꝯtingit incor
ruptibilia/ad ꝗ nullꝰ ptī
cularium sensuū attingit
preter visum.

ceteri sēsus sibi de si/
militudine vsurpāt:
cū aliqđ cognitionis
explorant. Ex h autē
euidētiꝰ discerniť/qđ
voluptatľ/ qđ curio/
sitatľ agať ꝑ sensus: qđ voluptas pulchra
canora/suauia/sapida/lenia sectať. Curio/
sitas aūt etiā his cōtraria temptādi causa:
nō ad subeundā molestiā/sed experiēdi no
scendiqꝫ libidinē. Quid eñ voluptatľ ha/
bet videre in laniato cadauere qđ exhorre/
as: ⁊ tñ sicubi iaceat cōcurrūt/vt cōtristen/
tur/vt palleāt. Timēt etiā ne in somnis h
videāt: quasi quisqꝫ eos vigilantes videre
coegerit: aut pulchritudinis vlla fama ꝑ/
suaserit. Jta ⁊ in ceteris sensibus/que per/
sequi longū ē. Et ex hoc morbo cupidita/
tis in spectaculis exhibenť queqꝫ miracula.
Hinc ad ꝑscrutāda nature secreta/ꝗ preter
nos est opata ꝓcediť/ꝗ scire nihil ꝓdest: et
nihil aliud ꝙ scire homines cupiunt. Hinc
etiā si qđ eodē ꝑuerse sciētie fine per artes
magicas ꝗriť. Hinc etiā in ipa religiōe de/
us temptať/cū signa ⁊ ꝓdigia flagitanť: nō
ad aliquā salutē/sed ad solā experientiam
desiderata. Jn hac tā immēsa silua plena
insidiaꝝ ⁊ ꝑiculoꝝ: ecce tā multa ꝑciderim
et a meo corde dispuleri/ sicuti donasti me
facere deus salutľ mee. Attamē qñ audeo
dicere/ cū circumquaqꝫ quotidianā vitam
nostrā tā multa huiꝰ generis reꝝ circūstre/
pāt: qñ audeo dicere nulla re tali me intē/
tum fieri ad spectandū/et vana cura capi/
endū? Sane me/ iā theatra nō rapiūt: nec
curo nosse transitus sideꝝ: nec anima mea
vnqꝫ responsa quesiuit vmbraꝝ: omnia sa
crilega sacramēta detestor. A te dñe deus
meus/cui humilē famulatū ac simplicē de/
beo: quātis mecum suggestionū machina/
tionibus agit inimicus/vt signū aliqđ pe/
tam. Sed obsecro te per regē nostrū et pa
triā hierusalē/simplicē/castā: vt quēadmo/
dum a me longa est ista ꝯsensio: ita sit sem/
per/longe atqꝫ lōgius. Pro salute autē cu/
iusqꝫ cū te rogo: alius multū differēs finis
est intētionis mee: et te facientē quod vis
das mihi/⁊ dabis libēter seq. Uerūtamen
in ꝙmultis minutissimis et ꝯtēptibilibus
rebus curiositas quotidie nostra tēptať: ⁊
ꝙsepe labamur/qs enumerat? Quotiens
narrantes inania: ꝑmo quasi toleramꝰ ne

offendamus infirmos: deinde paulatim libenter aduertimus. Canem currentē post leporē iam non specto cū in circo fit: at vero in agro si casu transeā/ auertit me fortassis ab aliqua magna cogitatione/ atq3 ad se conuertit illa venatio: nō deuiare cogēs corpore iumenti/ sed cordis inclinatione. Et nisi iam mihi demonstrata infirmitate mea/ cito admoneas: aut ex ipsa visione p aliquā considerationē in te assurgere: aut totū contemnere atq3 transire/ vanus hebesco. Quid cū me domi sedentem stellio muscas captans/ vel aranea retibus suis irruentes implicans/ sepe intentum facit? Nū quia parua sunt animalia/ ideo nō res eadē gerit? Pergo inde ad laudādū te creatorē mirificū/ atq3 ordinatorē rerum omniū: sed nō inde intentus esse incipio. Aliud est cito surgere: aliud est non cadere. Et talibus vita mea plena ē: et vna spes mea magna valde misericordia tua. Cū eni in huiusmodi rebus conceptaculū fit cor nostrū: et portat copiose vanitatis cateruas: hinc et orationes nostre sepe interrumpunt atq3 turbant/ ⁊ ante conspectū tuū dū ad aures tuas voce cordis intēdimus: nescio vn irruentibus nugatorijs cogitationibꝰ res tanta preciditur.

Q̄ vanū sit velle timeri ⁊ amari et laudari ⁊c̄. non pˀpter deum: Ca. XXXVI.

A Unquid etiā hoc inter contemnēda deputabimus: aut aliqd nos reducet in spem/ nisi tota misericordia tua: qm̄ cepisti mutare nos? Et tu scis quāta ex pte mutaueris/ q̄ me pmitus sanas a libidine vindicādi me/ vt pˀpitiꝰ fias etiā ceteris oībus iniqtatibus meis: ⁊ sanes oēs lāguores meos: ⁊ redimas de corruptione vitā meā: ⁊ coronas me in miseratiōe ⁊ misericordia: ⁊ saties in bonis desideriū meū: q2 cōpressisti a timore tuo supbiā meā: ⁊ māsuefecisti iugo tuo ceruicem meā. Et nunc porto illud: et leue est mihi: quoniā sic pmisisti ⁊ fecisti: ⁊ vere sic erat/ et nesciebā/ qn̄ id subire metuebā.

Ps. 102.

B Sed nūquid dn̄e/ q̄ solꝰ sine typo dominaris: q2 solus verꝰ dn̄s es q̄ nō habes dn̄m? ¶ Nūquid hoc quoq3 tertiū tēptationis genus cessauit a me: aut cessare in hac tota vita potest: timeri ⁊ amari velle ab hominibus/ non pˀpter aliud/ sed vt inde sit gaudiū quod non est gaudiū? Misera vita est et feda iactantia. Hinc fit vel maxime non amare te: nec caste timere te. Ideoq3 tu supbis resistis: humilibus aūt das gratiā: ⁊ intonas sup ambitiones seculi/ et cōtremiscūt fundamēta montiū. Itaq3 nobis qm̄ pˀpter quedā humane societatis officia necessariū ē amari et timeri ab homibꝰ/ instat aduersariꝰ vere beatitudinis nostre/ vbiq3 spargēs i laqueis/ euge euge: vt dū auide colligimꝰ/ incaute capiamur: et a vitate tua gaudiū nostrū deponamꝰ/ atq3 in hominū fallacia ponamus: libeatq3 nos amari ⁊ timeri/ nō pˀpter te sed p te: atq3 isto modo sui siles factos secū habeat: nō ad ꝯcordiā charitatis/ sed ad ꝯsortiū supplicij: qui statuit sedē suā ponere in aquilonē: vt d̄ puersa ⁊ distorta via imitādi tenebrosi frigidiq3 seruirent. Nos aūt dn̄e pusillꝰ grex tuus/ ecce sumꝰ: tu nos posside. Pretēde alas tuas/ et fugiamꝰ sub eas. Gloria nostra tu esto: propter te amemur: et verbū tuū timeatur a nobis. Qui laudari vult ab hominibus vituperāte te: nō defendet ab hominibꝰ iudicante te: nec eripietur damnāte te. Cū aūt nō peccator laudat in desiderijs anime sue: nec qui iniqua gerit benedicit: sed laudat homo propter aliquod donū quod dedisti ei: At ille plus gaudet sibi laudari se/ q̄ ipsū donū habere vnde laudat/ etiā iste te vituperāte laudatur. Et melior iā ille qui laudauit/ q̄ iste qui laudatꝰ est. Illi eni placuit in homine donū dei: huic amplꝰ placuit donū hominis q̄ dei.

Tertiūdecimū dictū

¶ Tertiūdecimū dictū ē illud: Nūquid hoc temptationis genus cessauit aut cessare ī hac vita potest/ timeri ⁊ amari velle ab hominibꝰ: nō propter aliud sed vt inde sit gaudiū. Et q̄ accipit documētū/ q̄ naturalis inclinatio inest hominibꝰ vt velint ab aliis timeri et amari: quia istam temptationē hic augustinus ponit incessabilem: et talia sunt s̄m naturalē inclinationem.

Jaco. 4. b

Esa. 14. d

C

Ps. 9.

Q̄ ꝯfitet se laudibꝰ delectari alienis ⁊ vitupijs turbari: Ca. XXXVII.

Temptamur his tēptatiōibꝰ quotidie dn̄e: sine cessatiōe temptamur. Quotidiana fornax nostra ē humana lingua. Impas nobis et in hoc genere continentiā. Da quod iubes/ et iube quod vis. Tu nosti de hac re ad te gemitum cordis mei/ et flumina oculorū meorū. Neq3 eni facile colligo/ q̄ sim ab ista peste mundatior: et multum timeo occulta mea que norunt oculi tui: mei autem nō. Est enim

qualiscunqȝ in alijs generibus temptatio/
num mihi facultas explorandi me/ in hoc
pene nulla est: Nam et a voluptatib⁹ car/
nis/et a curiositate superuacanea cogno/
scendi/video quantum assecutus sim pos/
se refrenare animū meum/cum eis reb⁹ ca/
reo/ vel voluntate/vel cum absunt. Tunc
enim me interrogo ꝙ magis minusve mi/
hi molestum sit nō habere. Diuitię vō quę
ob hoc expetūtur/ vt alicui istarum trium
cupiditatum vel duabus earum vel omni/
bus seruiant: si per se discere nō potest ani
mus/vtrū eas habens contemnat/ possūt
Al. ⁊ admitti †⁊ dimitti vt se ꝓbet. Laude vō vt carea/
mus/atqȝ i eo experiamur/ quid possum⁹?
Nunquid male viuendum est: et tā perdi/
te atqȝ immaniter/vt nemo nos nouerit q̄ nō
detestetur? Quę maior dementia dici aut
cogitari potest? At si bonę vitę bonorūqȝ
operum comes ⁊ solet et debet esse lauda/
tio: tam comitatum eius/ꝙ ipsam bonam
vitā deseri nō oportet. Non autē sentio si/
ne quo esse aut ęquo animo aut egre pos/
sim/nisi cū affuerit. Quid igit̄ tibi i hoc ge
nere temptationis dn̄e cōfiteor? Quid/ni/
si delectari me laudibus: sed ampli⁹ ipsa
veritate ꝙ laudibus. Nam si mihi ꝓpona/
tur/vtrum malim furens aut in omnibus
reb⁹ errās ab om̄ib⁹ homīb⁹ laudari: an cō/
stās ⁊ in veritate certissim⁹ ab omnib⁹ vitu
perari: video quid eligā. Uerūtamē nollē
vt vł augeret mihi gaudiū cuiuslibet boni
mei suffragatio oris alieni: Sed auget fa/
teor nō solū/sed et vituperatio minuit. Et
cū ista miseria mea pturbor: subintrat mi/
hi excusatio: quę qualis sit/tu scis deus: nā
me incertum facit. Quia em̄ nobis impa/
sti nō tm̄ continentiā: id est a quibus reb⁹
amorē cohibeamus: verumetiā iusticiam:
id est quo cū conferamus: nec te tm̄ volui/
sti a nobis/verumetiā ꝓximū diligi: sępe
mihi videor de ꝓfectu aut spe ꝓximi dele/
ctari/cū hn̄ intelligentis laude delector: et
rursus eius malo cōtristari/cū eū audio vi/
tuperare/quod aut ignorat/aut bonū est.
Nam et cōtristor aliqn̄ laudibus meis/ cū
vel ea laudant̄ in me/in quib⁹ mihi ipe dis/
pliceo: vel etiam bona minora ⁊ leuia plu/
ris ęstimantur ꝙ ęstimanda sunt. Sed rur/
sus vnde scio: an propterea sic afficior/ qȝ
volo de meipso a me dissentire laudatorē
meum: nō quia illius vtilitate moueor/ sȝ
quia eadem bona quę mihi in me placent:
iocundiora mihi sunt cum et alteri placēt?
Quodāmodo enim nō ego laudor/cum de
me sentētia mea nō laudatur: quandoqui/
dē aut illa laudant̄ quę mihi displicēt: aut
illa amplius quę mihi minus placēt. Ergo
ne de hoc incertus sum mei? Ecce in te ve/
ritas video nō me laudib⁹ meis ꝓpter me:
sed ꝓpter proximi vtilitatē moueri opor/
tere. Et vtrum ita sit nescio. Minus mihi
in hac re notus sum ipse ꝙ †tu. Obsecro te Al. † mihi
deus meus: ⁊ meipsum mihi indica/ vt cō/
fitear oraturis pro me fratribus meis: qđ
in me saucium comperero. Iterum me di/
ligentius interrogem: Si vtilitate proxi/
mi moueor in laudibus meis/cur min⁹ mo
ueor/ si quisqȝ alius iniuste vituperetur ꝙ
si ego? Cur ea contumelia magis morde/
or/que in me ꝙ quę in alium eadē iniqui/
tate coram me iacit̄? An ⁊ ego hoc nescio?
Etiam ne id restat vt ipse me seducā: ⁊ ve/
rum nō faciam coram te in corde et lingua
mea? Insaniam istam domine longe fac a
me: ne oleū peccatoris mihi sit os meū/ ad Ps. 140.
impinguandū caput meū. Egenus ⁊ pau/ Ps. 108.
per ego sum: et melior in occulto gemitu
displicens mihi/et quęrens misericordiam
tuam/donec reficiat̄ defectus meus: ⁊ per/
ficiatur vsqȝ in pacem/quā nescit arrogan/
tis oculus.

Qr verba et facta ab alijs nota/ habent temptationem periculo/ sam laudis: Ca. XXXXVIII.

Sermo autem ore ꝓcedens/ ⁊ facta
quę innotescunt hominib⁹/ habēt
temptationem periculosissimam
ab amore laudis: qui ad priuatam quan/
dam excellentiam contrahere emendicata
suffragia temptat. Et cum a me in me ar/
guitur eoipso quo arguitur. Et sępe homo
de ipso vanęglorię contemptu vani⁹ glo/
riatur: ideoqȝ nō iam de ipso glorię contē/
ptu gloriat̄: Non em̄ eam contemnit cum
gloriatur intus.

Qr cōplacētia sui in actibus ꝓ/ prijs periculosa sit: Ca. XXXIX.

Etiā int⁹ ē aliud in eodē genere tē/
ptatiōis malū/q̄ inanescūt q̄ placēt
sibi de se: ꝙuis alijs vel placeant
vel displiceāt: nec placere affectēt cęteris.
Sed sibi placētes multū/ tibi displicēt: nō
tm̄ de nō bonis quasi bonis: verumetiam

de bonis tuis quasi suis: aut etiā sicut de tuis/sed tanꝙ ex meritis suis: aut etiam sicut ex tua gratia/sed nō sua merita: non tamen socialiter gaudentes/sed alijs inuidētes ea. In his omnibus atqꝫ huiuscemodi periculis et laboribus vides tremorem cordis mei: et vulnera mea magis subinde a te sanari/ꝙ mihi nō infligi sentio.

Qualiter in meditatione de exterioribus ad interiora progrediatur: et quem inde recipiat fructum: Ca. XL.

v Bi non mecū ambulasti veritas/ docens quid caueam et quid appetam: cum ad te referrem inferiora visa mea que potui/teqꝫ consulerē? Lustraui mundū foris sensu quo potui: et attendi vitam corporis mei de me/ sensusqꝫ ipsos meos. Inde ingressus sum in recessus memorie mee multiplices amplitudines/plenas miris modis copiarum innumerabilium: et consideraui et expaui: et nihil eorum discernere potui sine te: et nihil eorum esse te inueni: nec egoipse inuentor qui peragraui omnia: et distinguere/ et pro suis queqꝫ dignitatibus estimare conatus sum/excipiens alia nunciātibus sensibus: et interrogans alia mecum cōmixta sentiens: ipsosqꝫ nuncios dinoscens atqꝫ dinumerans: iamqꝫ in memoria clatis opibus alia pertractans/alia recondens/ alia eruens. Nec egoipse cū hec agerem: id est vis mea qua id agebā/ nec ipsa eras tu: q₂ lux es tu ꝑmanēs quā de oīnib⁹ ꝯsulebā/an essent/q̄d essent/quāti pendēda essēt: Et audiebā dicētē ac iubētē. Et sepe istud facio: hoc me delectat/et ab oīb⁹ actionib⁹ necessitatis quantū relaxari possū ad istā voluptatē refugio. Neqꝫ in his oīnib⁹ q̄ ꝑcurro ꝯsulēs te/inuenio tutū locū aīe mee nisi in te/quo colligant̄ sparsa mea: nec a te quicꝙ recedat ex me. Et aliq̄n intromittis me in affectū multū inusitatū introrsus/ ad nescio quā dulcedinē: que si ꝑficiat̄ in me/nescio quid erit qđ vita ista nō erit. Sed recido in hec erumnosis ponderibus: et resorbeor solitis et teneor/et multū fleo: sed multū teneor. Tantū cōsuetudinis sarcina digna est. Hic esse valeo/nec volo: illic volo/ nec valeo: miser vtrobiqꝫ.

Q₂ deum inuocauerit ꝓ victoria triplicis cupidinis: Ca. XLI.

l Deoqꝫ consideraui languores peccatoꝝ meorū in cupiditate triplici: et dexterā tuam inuocaui ad salutē meā. Vidi enī splēdorē tuū corde saucio/et repercussus dixi: Quis illuc potest? Proiectus sum a facie oculorū tuorū. Tu [Ps.30.] es veritas sup oīnia ꝑsidēs. At ego ꝑ auariciam meā nō amittere te volui: sed volui tecū possidere mendaciū: sicut nemo vult ita falsum dicere/vt nesciat ipse quid verū sit. Itaqꝫ amisi te: quia nō dignaris cū mēdacio possideri.

De illusionibus demonū et vero mediatore: Ca. XLII.

q Vem inuenirē qui me reconciliaret tibi? An eundū mihi fuit ad angelos? Qua prece? quibus sacramentis? Multi conantes ad te redire/ neqꝫ per seipsos valentes/sicut audio: tēptauerunt hec/et inciderunt in desideriū curiosaꝝ visionū: et digni habiti sunt illusiōibus. Elati enī te querebāt doctrine fastu/ exerētes potius ꝙ tundētes pectora: et adduxerunt sibi ꝑ similitudinē cordis sui cōspirantes/et socias superbie sue potestates [Eph.2.a] aeris hui⁹a quibus per potētias magicas deciperent̄: querētes mediatorē ꝑ quē purgarent̄/et nō erat. Diabolus enī erat trāsfi- [2.Cor.11.] gurās se i angelū lucis: et multū illexit superbā carnem qđ carneo corpore ipse non esset. Erant enī illi mortales et peccōres: tu aūt dñe cui reconciliari superbe querebāt/ immortalis et sine peccō. Mediator aūt inter deū et homines/oportebat vt haberet [1.timoth.2.b] aliq̄d simile deo/aliq̄d simile hominib⁹: ne in vtroqꝫ hominib⁹ similis/ longe esset a deo: aut in vtroqꝫ deo similis/lōge esset ab hominib⁹: atqꝫ ita mediator nō esset. Fallax itaqꝫ ille mediator/ quo ꝑ secreta iudicia tua supbia meret̄ illudi: vnū cū hominib⁹ habet/id ē peccatū: aliud videri vult habere cū deo: vt q₂ carnis mortalitate nō tegit̄/ ꝓ immortali se ostentet. Sed q₂ stipendiū [Ro.6.d] peccati mors est: hoc habet cōmune cū hominibus/vn̄ simul damnet̄ in mortē.

Quomodo/et per quid/et propter quid fili⁹ dei factus sit mediator: Ca. XLIII.

v Erax autē mediator/quē secreta tua misericordia demōstrasti humilib⁹: et misisti vt [Matth.11.d] ei⁹ exēplo etiā ipsā discerēt humilitatē/mediator ille dei/et hoīm/homo christus iesus [1.timoth.2.b.]

Ar. immorta- les iustus inter mortales peccatores et immortalē iu-
stum apparuit: mortalis cū hominibus/ iu-
stus cum deo: vt quoniā stipendiū iusticię
vita et pax est: per iusticiā coniunctam deo
euacuaret mortem iustificatorū impiorū:
quā cū illis voluit habere cōmunē. Hic de-
monstratus est antiquis sanctis/ vt ita ip-
si per fidē futurę passionis eius/ sicut nos p
fidem pręteritę salui fierent. Inquantum
enī homo/ intantū mediator: inquantū au
tem verbū/ nō medius: quia ęqualis deo/ et
Joh.1.a. deus apud deū/ et simul cū spūsancto vnꝰ
deus. Quō nos amasti pater bone q filio
Ro.8.f. tuo vnico non pepcisti/ sed p nobis impijs
tradidisti eū? Quomodo nos amasti p q-
Phil.2.a. bus ille qui nō rapinā arbitratꝰ est esse ęq-
lis tibi: factus est subditus vsq ad mortē
Ps.87. crucis: vnus ille in mortuis liber/ potesta-
Joh.10.d tē habens ponēdi animā suā: et potestatē
habens iterū sumendi eā: p nobis tibi vi-
ctor et victima: et ideo victor/ qr victima: p
nobis tibi sacerdos et sacrificiū: et ideo sa-
cerdos/ qr sacrificiū faciens tibi nos de ser-
uis filios: de te nascēdo/ nobis seruiendo?
Merito mihi spes valida in illo ē/ q sana-
Ps.102. bis oēs lāguores meos/ p eū qui sedet ad
Ro.8.f. dexterā tuā: et te interpellat p nobis: alio-
quin desperarē. Multi enī et magni sūt ijdē
languores mei: multi sūt et magni: s maior
et amplior ē medicina tua. Potuimꝰ puta-
re verbū tuū remotū esse a piūctiōe hoīs/
et desparē de nobis: nisi caro fieret et habita
ret in nobis. Cōterritꝰ peccatī meis et mole
Ar. cogita- ueram pctōrū et miserię meę agitauerā in corde:
meditatusq fuerā fugā in solitudinē: sʒ p-
Ps.54. hibuisti me/ et pfirmasti me dicens: Ideo p
2.Cor.5.c. oībus christus mortuus est: vt q viuunt
iā nō sibi viuant: sed ei qui p ipsis mortu-
Ps.54. us est. Ecce domine iacto in te curā meam
Ps.118. vt viuam: et considerabo mirabilia de lege
tua. Tu scis imperitiā meā et infirmitatem
meā: doce me et sana me. Ille tuus vnicus
Col.2.a. in quo sunt omnes thesauri sapientię et sci
entię abscōditi/ redemit me sanguine suo.
Ps.118. Nō calumnientur mihi superbi: quoniam
cogito preciū meū: et māduco et bibo et ero-
Ps.21. go: et paup cupio saturari ex eo inter illos
qui edūt et saturant/ et laudabunt dominū
qui requirunt eum.

Sancti augustini episcopi liber confes-
sionum decimus explicit.

Annotatio capitulorum vndecimi libri eiusdem.

Eiuſdem diui aurelij auguſtini
epiſcopi/ confeſſionum liber vn/
decimus incipit.

Quare auguſtinus confitea/
tur deo quaſi ignoret/ cum om̃ia
ſciat: Ca. I.

(n) Vnquid do
mine cum tua ſit ęternitas
ignoras quę tibi dico: aut
Al. † lubes — ad tempus † vides quod fit
Primũ dictũ vndecimi libri — in tempore? ¶ Cur
ergo tibi tot rerum
narrationes digero?
Non vtiqȝ vt per me
noueris ea/ ſed affe/
ctum meũ excito in
te/ et eorum qui hęc legunt/ vt dicam⁹ om/

¶ Primum dictum eſt iſtud: Cur domine tibi tot rerum narrationes digero? Non vtiqȝ vt ꝑ me noueris ea: ſed affe/ctũm excito in te/ et eorũ qui hoc legunt.

Pŝ. 95. — nes: Magnus dominus ꝛ laudabilis val/
de. Jam dixi/et dicam: amore amoris tui
facio iſtud: Nam et oramus: et tamen ve/
Matth. 6. b — ritas ait: Nouit pater veſter quid vobis
opus ſit priuſqȝ petatis ab eo. Affectũ er/
go noſtrum patefacimus in te/ confiten/
do tibi miſerias noſtras/ et miſericordias
tuas ſup nos: vt liberes nos omnino quo/
niã cępiſti/vt deſinamus eſſe miſeri in no/
bis: et beatificemur in te: quoniam voca/
Matth. 5. a — ſti nos vt ſimus pauperes ſpiritu/et mites
et lugentes et eſurientes/ ac ſitientes iu/
ſticiam: et miſericordes ꝛ mundicordes et
pacifici. Ecce narraui tibi mſta quę potui
ꝛ quę volui: qm̃ tu prior voluiſti/vt cõfite/
Pŝ. 117. — rer tibi dño deo meo/ qm̃ bonus es: qm̃ in
ſeculũ miſericordia tua.

Petit liberari a peccato ꝛ ab er
roribus: et duci ad veram cogni/
tionẽ: Ca. II.

(q) Vando autem ſuf
ficio calami lingua enunciare om
nia hortamenta tua/ et omnes ter
rores tuos et conſolationes et guberna/
tiones/ quibus me ꝑduxiſti prędicare ver/
bum tuum: et ſacramentum tuum diſpen/
ſare populo tuo? Et ſi ſufficio hęc † enunci/ — Al. † enume/rare
are ex ordine charo mihi/ valẽt ſtillę tem/
porum: et olim inardeſco meditari in lege
tua: ꝛ in ea tibi confiteri ſcientiam ꝛ impe/
ritiam meã/ primordia illuminationis tuę/
et reliquias tenebrarũ mearum: quouſqȝ
deuoretur a fortitudine infirmitas. Et no
lo in aliud defluant horę/ quas inuenio li/
beras a neceſſitatibus reficiendi corporis
et intentionis animi/ et ſeruitutis quã de/
bemus hominibus: et quam nõ debem⁹/
et tamen reddimus. Domine deus meus
intende orationi meę: et miſericordia tua
exaudiat deſiderium meũ: quoniã nõ mi/
hi ſoli ęſtuat/ ſed vſui vult eſſe fraternę cha
ritati: ꝛ vides in corde meo quia ſic eſt: vt
ſacrificem tibi famulatum cogitationis et
linguę meę: et da quod offerã tibi. Jnops — Pŝ. 85.
eſt et pauper ſum: tu diues in omnes in/
uocantes te: qui ſecurus curam noſtri ge/
ris. Circũcide ab omni temeritate/ ab om/
niqȝ mendacio interiora et exteriora labia
mea: Sint caſtę delitię meę/ ſcripturę tuę:
nec fallar in eis/ nec fallam ex eis. Domi/
ne attende et miſerere mei dñe deus me⁹:
lux cęcorum et virtus infirmorũ/ ſtatimqȝ
lux videntiũ et virtus fortium/ attẽde ani/
mam meam/ et audi clamantẽ de profun/
do. Nam niſi adſint/ et in profundo aures
tuę: ꝙ ibimus? Quo clamabimus? Tuus ẽ — Pŝ. 73.
dies/ et tua eſt nox. Ad nutum tuum mo/
menta tranſuolant. Largire inde ſpacium
meditationib⁹ noſtris in abdita legis tuę:
neqȝ aduerſus pulſantes claudas eã. Ne/
qȝ enim fruſtra ſcribi voluiſti tot pagina/
rum opaca ſecreta. Aut nõ habent illę ſil/
uę ceruos ſuos recipientes ſe in eas: et re/
ſumentes/ ꝛ ambulantes/ et paſcentes/ re/
cubantes et ruminantes. O domine per/
fice me/ et reuela mihi eas. Ecce vox tua
gaudium meum: vox tua ſuperfluentium
voluptatum. Da quod amo: Amo enim:
et hoc tu dediſti. Nec dona tua deſeras:
nec herbam tuam ſpernas ſitientẽ. Confi/
tear tibi quicquid inuenero in libris tuis:
et audiam vocem laudis et te bibam: ꝛ cõ/
ſiderẽ mirabilia de lege tua: ab vſqȝ prin/ — Pŝ. 118.
cipio in quo feciſti cęlum et terrã: vſqȝ ad
regnũ tecum perpetuum ſanctę ciuitatis

2 4~

tuę. Domine miserere mei/ et exaudi desi/
derium meū. Puto enim q nō sit de terra:
nō de auro et argento/ aut de lapidib⁹/ aut
decoris vestibus/ aut honoribus et pote/
statibus/ aut voluptatibus carnis: neqꝫ de
necessarijs corporis/ ꝛ huic vitę peregrina/
tionis nostrę: quę omnia nobis apponun/
Math.6.d tur quęrentibus regnum et iusticiam tuā.
Uide domine deus meus/ vnde sit desyde/
Ps.118. rium meum. Narrauerunt mihi iniusti de/
lectationes suas: sed non sicut lex tua do/
mine. Ecce vnde est desiderium meū: Ui/
de pater/ aspice et vide et approba: et pla/
ceat in conspectu misericordię tuę inueni/
re me gratiam ante te/ vt aperiantur pul/
santi mihi interiora sermonum tuoꝝ. Ob/
secro per dominum nostrum iesum chri/
Ps.79. stum/ filium tuum/ virum dexterę tuę/ fili/
um hominis: quem confirmasti tibi medi/
atorem tuum et nostꝝ: per quem nos quę/
sisti nō quęrentes te: quęsisti autē vt quę/
Joh.1.a reremus te/ verbum tuum per quod feci/
sti omnia: in quibus ꝛ me vnicum tuū per
quem vocasti in adoptionē populū credē/
tiū/ in quo et me: per eū te obsecro qui se/
Ro.8.f. det ad dexterā tuam/ et te interpellat pro
Col.2.a. nobis: in quo sunt omnes thesauri sapien
tię et scientię absconditi. Ipsum quęro in
Joh.5.g. libris tuis. Moyses ò illo scripsit: hoc ipē
ait: hoc veritas ait.

Rogat vt sciat veritatem creationis celi et terrę: Ca.iii.

Udiam et intelligam/ quomodo
Gen.1.a. a in principio fecisti cęlum ꝛ terram.
Scripsit hoc moyses: scṕsit ꝛ abijt:
transiuit hinc ad te. Neqꝫ enim nunc ante
me est: Nam si esset/ tenerem eum/ ꝛ roga/
rem eum/ et per te obsecrarem vt mihi ista
panderet: et pręberem aures corporis mei
sonis erumpentibus ex ore eius. Et si he/
bręa voce loqueretur/ frustra pulsaret sen/
sum meum: nec inde mentem meam quic/
Al. ꝛ attin/ gereret q̄ttangeret: Si autem latine/ scirem quid
diceret. Sed vnde scirem/ an verum dice/
ret? Qꝫ si et hoc scirem: num ꝛ ab illo scirē?
Intus vtiqꝫ mihi/ intus in domicilio co/
gitationis: nec hebręa/ nec gręca/ nec lati/
na/ nec barbara veritas sine oris et linguę
organis/ sine strepitu syllabarum diceret:
verum dicit: et ego statim certus confidē/
ter illi homini tuo dicerem: verum dicis.
Cum ergo illum interrogare non possim:

te quo plenus vera dixit veritas/ rogo te
deus meus: rogo parce peccatis meis: ꝛ q̄
illi seruo tuo dedisti hęc dicere/ da et mihi
hęc intelligere.

Qꝫ creaturę ostendant seipsis ꝛ suis qualitatibus a se nō factas esse/ sed creatore omniū: Ca.iiii.

Cce sunt cęlum et terra: clamant
e q facta sint. Mutantur enim at/
qꝫ variantur. Quicquid autem fa/
ctum non est/ ꝛ tamen est: nō est in eo quic/
q̄ quod ante non erat: quod est mutari at/
qꝫ variari. Clamant etiā q seipsa nō fece/
rint: ideo sumus/ quia facta sumus. Nō er/
go eramus anteq̄ essemus/ vt fieri posse/
mus a nobis. Et vox dicentiū est ipsa eui/
dentia. Tu ergo domine fecisti ea qui pul/
cher es/ pulchra sunt enim: qui bonus es/
bona sunt enim: qui es/ sunt enim. Nec ita
pulchra sunt: nec ita bona sunt: nec ita sūt/
sicut tu conditor eorum: quo compato nec
pulchra sunt: nec bona sūt: nec sūt: Scim⁹
hęc/ gr̄as tibi. ¶ Et
scientia nostra scien/
tię tuę cōpata/ igno/
rantia est.

Secūm dictū ¶ Secundum dictum ē istud: Scientia nostra sci
entie tue comparata/ igno/
rantia est. Et dicit q om
nia que bona sunt ꝛ pul/
chra in creatis: ad deum
comparata/ nec pulchra sunt nec bona. Ex quo dicto
sane intellecto/ accipitur documentum/ q omnis crea/
tura ad deum comparata est diminute perfecta: nō to/
taliter imperfecta: cum omnē suam perfectionē habe/
at vt compatur ad deum: et ratione talis diminutiōis
dicitur non perfecta.

Qꝫ nō sint factę creaturę ex pręexistenti materia: Ca.v.

N principio fecit deus cęlū et ter/ Gen.1.a.
i ram. Quomodo autē fecisti cęlū ꝛ
terram: et quę machina tā grādis
operationis tuę? Nō eñ sicut homo artifex
formas corpus de corpore/ arbitratu ani/
mę valētis imponere vtcūqꝫ speciem quā
cernit in semetipsa interno oculo. Et vnde
hoc valeret/ nisi quia tu fecisti eam? Et im/
ponit specīe iam existēti et habēti vt esset/
veluti terrę aut lapidi aut ligno aut auro
aut id genus rerum cuilibet. Et vnde ista
essent/ nisi tu fecisses ea? Tu fabro corpus:
tu animū membris imperitantē fecisti: tu
materiā vnde facit aliquid: tu ingeniū quo
artē capiat/ et videat intus quid faciat fo/
ris: tu sensum corporis quo interprete tra/
ijciat ab animo ad materiā id quod facit: ꝛ
renūciet animo quid factū sit/ vt ille intus
consulat p̄sidentē sibi veritatē an bn̄ factū

fit. Te laudãt hec omnia creatorem omniũ. Sed tu quõ facis ea? Quõ fecisti deus celum ⁊ terram? ¶ Nõ
Tertiũ dictũ vtiq3 in celo neq3 in terra fecisti celum et terram: neq3 in aere aut in aquis: quoniam ⁊ hec pertinẽt ad celum ⁊ terram: neq3 in vniuerso mũdo fecisti vniuersum mundum: q2 non erat vbi fieret anteq3 fieret vt esset: nec manu tenebas aliquid vnde faceres celum et terrã. Nam vnde tibi hoc

> ¶ Tertiũ dictũ ẽ istud: Non in celo et terra fecisti celum et terram: nec in vniuerso mundo fecisti mundum vniuersum: quia non erat vbi fieret anteq3 fieret. Ex quo dicto accipiuntur duo argumenta. Primum est/ q2 omne quod fit in aliquo loco/presupponit locum illum: quia probat vniuersum non esse in se factum: quia tunc precessisset seipsum. Secundũ argumentũ/ q2 omne qđ fit in aliquo tempore p̃supponit illud tẽpus eadem ratione.

qđ tu nõ feceras vñ aliquid faceres? Quid
Ps. 32. eñ ẽ/ nisi q2 tu es? Ergo dixisti/ ⁊ facta sũt: atq3 in verbo tuo fecisti ea.

Querit quo verbo dixerit omnia fienda esse: et ostendit q2 non transitorio: Ca. VI.

Sed quomodo dixisti? Nũquid illo modo quo facta est vox de nube/
Matth. 3. d. et. 17. a. dicens: Hic ẽ filius meus dilect9? Illa eñ vox acta atq3 transacta est/ cepta et finita. Sonuerunt syllabe atq3 transierunt: secunda post primam/ tertia post secundam: atq3 inde ex ordine/ donec vltima post ceteras/ silentiumq3 post vltimã. Vnde claret atq3 eminet/ q2 creature mot9 expressit eam/ seruiens eterne voluntati tue ipse temporalis: et hec ad tẽpus facta verba tua nũciauit auris exterior menti prudenti: cuius auris interior posita ẽ ad eternum verbũ tuũ. At illa comparauit hec verba temporaliter sonãtia/ cum eterno in silentio verbo tuo/ et dixit: Aliud est longe/ longe aliud est. Hec longe infra me sunt: nec sunt/ quia fugiunt et pretereunt: Verbum autẽ domini mei supra me manet in eternum. Si ergo verbis sonantibus et pretereuntibus dixisti vt fieret celum ⁊ terra: atq3 ita fecisti celum ⁊ terram: erat iam creatura corporalis ante celum ⁊ terrã: cuius motibus temporalibus temporaliter vox illa percurreret. Nullũ autẽ corpus ante celum et terram: Aut si erat/ id certe sine transitoria voce feceras/ vnde transitoriã vocẽ faceres/ qua diceres vt fieret celũ et terra. Quicquid enim illud esset/ vnde talis vox fieret/ nisi abs te factum esset/ omnino non esset. Vt ergo fieret corpus vñ ista vba fierẽt/ quo verbo a te dictũ est?

De eterno vbo/ hoc est filio suo dixerit: ⁊ facta sunt: Ca. VII.

Vocas itaq3 nos ad intelligendum verbum deũ apud te deũ/ qđ sem-
Joh. 1. a piterne dicit: et eo sempiterne dicuntur omnia. Neq3 eñ finit quod dicebat: et dicit aliud vt possint dici omnia: s3 simul ac sempiterne omnia: Alioqn iã tempus et mutatio/ ⁊ nõ vera eternitas/ nec vera immortalitas. Hoc noui deus meus/ ⁊ gratias ago. Noui/ confiteor tibi dñe: mecũq3 nouit et bñdicit te quisquis ingratus non est certe veritati. Nouimus domine/ nouimus: quoniam inquantũ quicquid nõ est quod erat ⁊ ẽ quod nõ erat/ intantũ morit ⁊ orit. Nõ ergo qcq3 ⁊ vbi tui cedit atq3 suc- Al. ⁊ verbo tuo
cedit: qm̃ vere immortale atq3 eternũ est. ¶ Et ideo vbo tibi coeterno/ simul ⁊ sempiterne dicis omnia q̃ dicis: ⁊ fit qcqđ dicis vt fiat: Nec aliter q3 dicẽdo facis: nec tñ ⁊ simul et sempitẽna fiũt omnia q̃ dicẽdo facis.

> ¶ Quartũ dictũ ẽ istđ: Verbo tibi coetno simul ⁊ sempiterne dicis omia q̃ dicis: ⁊ qcqđ dicis fit: nec aliter q3 dicẽdo fac9. Sed orit dubiũ/ quõ de9 dicit oia vbo. Dicit aũt q2 dicẽdo vbũ. i. generãdo filiũ exp̃mit in eo oia exẽplaria creaturaꝝ que habet in mẽte sua: cũ oia essentialia et cõmunicet. Quartũ dictum
>
> Secunda dubitatio/ quõ deus facit oia dicẽdo. Dicitur aũt q2 dicendo verbũ/ hoc est gignẽdo dicit omnia facere/ q2 cõmunicat et p dictionẽ vim p̃ductiuã omnib3 que facit: tñ eodem modo posset dici de productione spiritussancti.

De codẽ verbo ab errore ducimur/ ⁊ docemur i omib9: Ca. VIII.

Cur queso te dñe de9 meus/ vtcũq3 video: sed quõ id eloquar/ nescio: nisi quia omne qđ esse incipit et esse desinit: tũc esse incipit ⁊ tũc desinit/ qñ debuisse incipe vl' desinere in eterna rõne cognoscit/ vbi nec incipit aliqđ nec desinit? Ipsũ ẽ verbũ tuũ/ qđ ⁊ p̃ncipiũ est/ q ⁊ loquitur nobis. Sic in euãgelio p carnẽ ait: ⁊ h Joh. 8. d
insonuit foris auribus hominũ vt crederet/ ⁊ intus q̃rerect/ et inueniret in eterna vitate: vbi oẽs discipulos bon9 ⁊ sol9 magister do- Matth. 23. a
cet. Ibi audio dñe vocẽ tuã dicentẽ mihi: qm̃ ille loquit nobis q̃ docet nos. Qui aũt nõ docet nos/ etiã si loquit nõ nobis loqtur. Quis porro nos docet nisi stabil' veritas? Quia et p creaturã mutabilẽ cũ admonemur/ ad vitatẽ stabilẽ ducimur/ ⁊ vbi Al. ⁊ ibi

Al.† vera vere discimus/cum stamus ꝛ audimus eū:
Joh.3.d. et gaudio gaudemus ꝑpter vocem sponsi/
reddentes nos vnde sumus. Et ideo prin/
cipiū: quia nisi maneret cū erraremus/ nō
esset quo rediremus. Cū autem redim⁹ ab
errore/cognoscendo vtiqꝫ redimus. Ut au
Joh.8.d. tem cognoscamus/docet nos:qꝛ principiū
est ꝛ loquit̄ nobis.

Qȝ interna locutione agnosci/tur principiū quo creauit omnia: Ca.IX.

Gen.1.a. In hoc ꝑncipio deus fe/
cisti celum ꝛ terram:in verbo tuo/
in filio tuo/ in virtute tua/ in sapi/
entia tua/ in veritate tua: miro modo di/
cens/ꝛ miro modo faciens. Quis compre/
hendet? Quis enarrabit? Quid ē illud qđ
interlucet mihi/et percutit cor meum sine
lesione:ꝛ inhorresco et inardesco? Inhorre
sco inquātum dissimilis ei sum: inardesco
inquantū similis ei sum. Sapientia ipsa ē
que interlucet mihi/ discindēs nubilū me/
um: quod me rursus cooperit deficientē ab
ea caligine atqꝫ aggere penarum mearū:
Ps.30. quoniā sic infirmatus est in egestate vigor
meus/vt nō sufferam bonū meū/ donec tu
Ps.102. domine qui ꝑpitius factus es omnib⁹ ini/
quitatibus meis/ etiā sanes omēs lāguo/
res meos:quia et redimes de corruptione
vitam meā:et coronabis me in miseratiōe
et misericordia:ꝛ satiabis in bonis deside/
riū meū:quoniā renouabit̄ iuuentus mea
Ro.8.e. sicut aquile. Spe eñ salui facti sumus:ꝛ ꝓ/
missa tua ꝑ patientiā expectamus. Audi/
at te intus sermocinantē qui potest: Ego
Ps.103. fidenter ex oraculo tuo clamabo: Qȝ ma/
gnificata sunt opera tua dñe/omīa in sapi/
entia fecisti:et illa principiū:et in eo princi
pio fecisti celum ꝛ terram.

Qȝ voluntas dei eterna sit:ꝛ ta/men in tꝑe omīa fecerit: Ca.X.

Nonne ecce pleni sunt vetustate sue
qui nobis dicunt: Quid faciebat
deus anteqꝫ faceret celum ꝛ terrā?
Si eñ vacabat/inquiunt/et nō operaba/
tur aliqđ:cur nō sic semꝑ et deinceps:quē/
admodum retro semꝑ cessauit ab opere? Si
eñ vllus motus in deo nouus extitit:ꝛ vo
luntas noua vt conderet creaturam quam
nunqꝫ ante condiderat:quomodo iam ve/
ra eternitas vbi oritur voluntas que non
erat? Neqꝫ eñ voluntas dei creatura est/
sed ante creaturam: quia nō crearetur ali/
quid/nisi creatoris voluntas precederet.

Qȝ eternitati coexistat omīs dif/ferentia tempoꝝ: Ca.XI.

Ad ipsā ergo
dei substan/
tiā ptinet vo
luntas eius. Qȝ si ex/
ortum est aliquid in
dei substantia qđ pri
us nō erat: nō vera/
citer dicit̄ eterna illa
substātia. Si aūt vo/
luntas dei sempiter/
na erat/vt esset crea/
tura:cur nō sempiter
na creatura? Qui hec
dicūt/nōdū te intelli/
gunt: O sapiētia dei
lux mentiū:nōdū in/
telligūt quō fiāt q̄ ꝑ
te atqꝫ in te fiūt:ꝛ co/
nant̄ eterna sapere:sed adhuc in ꝓteritis ꝛ
futuris reꝝ motibus cor eoꝝ volitat/ꝛ ad/
huc vanū est. Quis tenebit illud/ꝛ figet il/
lud vt paululū stet:et paululū rapiat splē/
dorem semꝑ stantis eternitatis:et compa/
ret cū temporibus nunqꝫ stātibus:et vide/
at esse incompabilē:et videat longū tēpus
nisi ex multis ꝓtereuntib⁹ motib⁹ qui simul
extēdi nō possunt/longū nō fieri:nō aūt ꝓ/
terire quicqꝫ in eterno/sed totū esse p̄sens:
nullū vero tempus totū esse p̄sens:ꝛ videat
omē ꝓteritū ꝓpelli ex futuro:et omē futuꝝ
ex ꝓterito ꝯsequi: ꝛ omē preteritū ac futu/
rū ab eo quod semꝑ est p̄sens creari et ex/
currere? Quis tenebit cor hominis/vt stet
et videat quō stans dictet futura ꝛ ꝓterita
tpa:nec futura nec ꝓterita eternitas? Nū/
quid manus mea valet hoc/aut man⁹ oris
mei ꝑ loquelas agit tam grandē rem?

¶ Quintum dictum est illud: Ad ipsam dei sub/stantiam pertinet volun/tas eius:q̄ si exortum est aliquid in dei substantia quod prius nō erat:tunc nō dicit̄ veracit̄ eterna. Si autē inquit dicis: vo/luntas dei sempiterna erat/vt eēt creatura:cur nō sempiterna etiā crea/tura? Qui hec dicūt/nō/dum te intelligunt: quia in eterno nihil preterit/ sed totū est ibi p̄sens. Sz oritur dubium: quomo/do ista responsio est illi/us questionis. Dicit̄ au/tem q̄ voluntas nō erat ꝓ eīno licet foret ab eter/no:et isti arbitrant̄ non posse fieri sine trāsitu vo/luntatis. — Quintū dict

Duplex respōsio sup questione cū querit̄:quid fecerit deus ante/qꝫ crearet celum ꝛ terrā: Ca.XII.

Ecce respon/
deo dicenti:
qđ faciebat
de⁹ anteqꝫ faceret ce/
lū ꝛ terrā: respondeo
nō illud qđ quidā re/
spōdisse ꝑhibet̄ iocu/
lariter eludēs questi/
onis violentiā. Alta

¶ Sextū dictū est illud: Cū dicitur/ qđ faciebat deus anteqꝫ faceret celū et terrā? Respondeo nō id qđ quidā respondisse perhibet̄ iocularitēr elu/dēs questionis violētiā. Alta inqt scrutātib⁹ ge/hēnas parabat. Hec inqt aug⁹/nō respōdeo: libē/ti⁹ eñ respōderē/ nescio qđ nescio/ qꝫ illud vnde irridet̄ qui — Sextū dict

inquit ſcrutantibus gehennas parabat. Aliud eſt videre/ aliud ridere. Hec nō reſpondeo: Libentius em̄ reſpōderē/ neſcio qđ neſcio/ ꝙ̄ illud vñ irridetur qui alta interrogauit: et laudatur qui falſa reſpondit. Sꝫ dico te deus noſter om̄is creature creatorem: Et ſi celi et terrę nomine om̄is creatura intelligit̄: audēter dico: Anteꝙ̄ faceret deus cęlum ꝛ terram nō faciebat aliquid. Si em̄ faciebat/ quid niſi creaturā faciebat? Et vtinā ſic ſciam/ quicq̇d vtiliter ſcire cupio: quemadmodū ſcio ꝙ nulla fiebat creatura/ anteꝙ̄ fieret vlla creatura.

¶ Irridet̄ q̇ alta interrogauit: et laudatur qui falſa reſpondit. Sed dico ꝙ deus anteꝙ̄ faceret celum et terram/ nihil faciebat: quia tunc aū omnem creaturā feciſſet creaturam. Iſtud tamen eſt ſtricte accipiendum pro factione. Nam ſi queratur quid operabat̄: dicitur ꝙ diligebat ꝛ agnoſcebat ſuam eſſentiam: ꝛ ideo non erat ocioſus/ ſꝫ in talib⁹ operationibus beatus.

Qr añ tēpora a deo creata nulla fuerint tempora: Ca. XIII.

Ut ſi cuiuſꝙ̄ volatilis ſenſus va-
a gatur ꝑ imagines retro tēpoꝝ: ꝛ te
deū oipotētē ꝛ om̄icreātē/ ꝛ om̄itenētē/ cęli ꝛ terrę artificē/ ab oꝑe tanto anteꝙ̄ id faceres/ ꝑ innumerabilia ſęcula ceſſaſſe miratur: euigilet atꝙ̄ attendat/ quia falſa miratur: Nam vnde poterant innumerabilia ſęcula p̄terire/ quę ipſe nō feceras: cum ſis omniū ſęculoꝝ auctor ꝛ conditor? Aut quę tempora fuiſſent quę abs te condita nō eſſent? Aut quō p̄teriyſſent ſi nūꝙ̄ fuiſſent? Cū ergo ſis operator omniū tēpoꝝ/ ſi fuit aliquod tempus anteꝙ̄ faceres cęlū ꝛ terrā: cur diciꝑ ab opere ceſſabas? Idipſum em̄ tempus tu feceras: nec pręterire potuerunt tpa anteꝙ̄ faceres tēpora. Si aūt ante cęlū et terram nullū erat tempus/ cur quęrit̄ quid tūc faciebas? Nō em̄ erat tunc vbi nō erat tempus: nec tu tempore tempora pręcedis: alioquin nō om̄ia tempora p̄cederes. Sed p̄cedis omnia tēpora pręterita/ celſitudine ſemꝑ pręſentis ęternitatis: ꝛ ſuperas om̄ia futura/ quia et illa futura ſunt: et cum venerint/ pręteri-
Ps. ioi. ta erunt: tu autem idemipſe es/ et anni tui nō deficient. Anni tui nec eūt nec veniūt: iſti em̄ noſtri et eunt et veniunt/ vt omnes veniant. Anni tui omnes ſimul ſtāt: quoniā ſtant: nec euntes a venientibus excludunt̄/ quia non tranſeunt: iſti autē noſtri omnes erunt/ cū omnes nō erūt. Anni tui dies vnus: ꝛ dies tuus nō quotidie/ ſꝫ hodie: quia hodiern⁹ tuus nō cedit craſtino: neꝙ̄ em̄ ſuccedit heſterno. Hodiernus tuus ęternitas: ideo coęternum genuiſti/ cui dixiſti: Ego hodie genui te. Omnia tēpo- Ps. 2. Heb. 5. b
ra tu feciſti: et ante omnia tempora tu es: nec aliquo tpe nō erat tempus.

Oſtendit quid ſit tēpus ꝑ tres differentias eius: Ca. XIIII.

Ullo ergo tempore nō feceras ali-
n quid: quia ipſum tempus tu fece-
raſ: ¶ Et nulla tpa tibi coęterna ſūt/ qꝛ tu permanes. At illa ſi ſemꝑ ꝑmanerent/ nō eſſent tempora. Quid em̄ eſt tēpus? Quis hoc facile breuiterꝙ̄ explicauerit? Quis h̄ ad v̄bū de illo ꝓferēdū vl̄ cogitatione comprehēderit? Quid aūt familiarius ꝛ notius in loquēdo cōmemoramus ꝙ̄ temp⁹? Et intelligim⁹ vtiꝙ̄ cū id loquimur: intelligimus etiam/ cum alio loquente id audim⁹. Quid ē ergo temp⁹? Si nemo ex me quęrat ſcio: ſi quęrēti explicare velim neſcio: fidenter tñ dico ſcire me. Qđ ſi nihil pręteriret/ nō eſſet pręteritum tempus: ꝛ ſi nihil adueniret/ nō eēt futuꝝ tempus: ꝛ ſi nihil eſſet/ nō eſſet pręſens tēpus. Duo ergo illa tēpora/ pręteritū ꝛ futuꝝ quomodo ſunt/ quādo ꝛ p̄teritū iā nō eſt: ꝛ futuꝝ nōdū ē? Pręſens autem ſi ſemꝑ eſſet pręſens/ nec in p̄teritū trāſiret: iam nō eſſet tēpus/ ſed ęternitas. Si ergo p̄ſens vt tēpus ſit/ ideo fit: quia in p̄teritū tranſit: quō et h̄ eſſe dicimus/ cui cauſa vt ſit illa eſt: qꝛ non

Septimū dictum ¶ Septimum dictum ē illud: Nulla tēpora ſunt coeterna tibi: quia tu ꝑmanes: et illa ſi permanerent/ non eſſent tempora: Quid ē enim tempus? Quis h̄ facile breuiterꝙ̄ explicauerit? Si q̄rēti explicare velim neſcio fidenter. Illa autem duo tempora/ preteritum et futurū quomodo ſunt quando preteritum iam non eſt/ et futurum nondum eſt: preſens autem ſi ſemper eſſet p̄ſens/ nec in preteritum tranſiret/ non eſſet tempus/ ſꝫ eternitas. Nec vere dicimus tempus eſſe/ niſi quia tēdit in non eſſe. Item ad oſtendendum maiorem iſtam difficultatem adiungit: Si quid intelligitur temporis/ ꝙ in nullas vel in minutiſſimas momentorum partes diuidi poſſit: id ſolum eſt qđ preſens dicat̄: qđ tamen ita raptim tranſuolat a futuro in preteritū: vt nulla morula extēdatur. Nam ſi extendatur/ diuiditur in preteritum et futurum: preſens autem nullū habet ſpaciū. Et tūc querit/ quō tempus lōgū eſt: nō in futuro/ quia nondū ē: nec in preterito/ quod iam non eſt. Et poſt verba multa concludit dubitationem ſic dicens: Sed forte ꝓprie diceret̄/ ꝙ iſta tria/ preſens/ preteritū ꝛ futurum ſunt in anima quędā: ꝛ alibi nō video ea: de p̄teritis inq̇t memoria: de p̄ſentib⁹ ꝯtuit⁹: de futuris expectatio.

erit/vt scȝ nō vere dicamus tēpus esse nisi quia tendit in nō esse.

Longitudo ⁊ breuitas tēporis in quo consistat: Ca.xv.

Et tamen dicimus longū tempus et breue tempus: neqꝫ hoc nisi de ꝑterito aut futuro dicim⁹. Preteritū tempus longū (verbi gratia) vocam⁹ ante centum annos: futurum itidem longum post centum annos. Breue autē preteritum/ sicut puta/ dicimus ante decē dies: et breue futurum post decē dies. Sed quo pacto lougum est aut breue quod nō est? Preteritum eñ iam nō est: et futurum nondū est: Non itaqꝫ dicamus: longū est: sed dicamus de preterito/ longum fuit/ et de futuro longum erit. Domine deus meus/ lux mea: nōne ⁊ hic veritas tua deridebit hominem? Qꝫ enim longum fuit preteritum tempus/ cū iam esset preteritū/ longum fuit/ an cū adhuc presens esset? Tunc eñ poterat esse longum/ quādo erat quod esset longum. Preteritum vͦo iam nō erat/ vnde nec longum esse poterat/ quod omnino nō erat. Nō ergo dicamus/ longum fuit preteritū tempus: neqꝫ eñ inueniemus quid fuerit longum/ quando ex quo preteritum est/ nō est. Sed dicamus/ longum fuit illud presens tempus: quia cum presens esset longum erat. Nondum eñ preterierat vt nondum esset: ⁊ ideo erat quod longū esse posset. Postea vero ꝙ preterijt/ simul et longum esse destitit quod esse destitit. Videam⁹ ergo o anima humana/ vtrū ⁊ presens tempus possit esse longum. Datum eñ tibi est sentire moras atqꝫ metiri. Quid respondebis mihi? An centum anni presentes longū tempus est? Vide prius vtrum possint presentes esse centū anni. Si eñ primus eoꝝ annus agiť/ ipse ꝑsens est: nonaginta vero et nouem futuri sunt/ et ideo nondū sunt. Si autem secundus annus agitur/ iam vnus est ꝑteritus/ alter ꝑsens/ ceteri futuri. Atqꝫ ita si mediorum quēlibet centenarij huius numeri annum presentē posuerimus: ante illum preteriti erunt/ post illū futuri. Quocirca centum anni presentes esse nō poterunt: Vide saltē vtrū qui agitur vn⁹ ipse sit ꝑsens: Et eius eñ si prim⁹ agiť mensis/ futuri sūt ceteri. Si secundus/ iā et primus ꝑterijt/ ⁊ reliqui nondū sunt. Ergo nec ann⁹ qui agitur/ totus est ꝑsens. Et si nō totus est presens/ nō est annus presens. Duodecim eñ menses annus est: quoꝝ quilibet vn⁹ mensis qui agitur/ ipse ꝑsens est: ceteri aūt ꝑteriti aut futuri: Quāqꝫ neqꝫ mensis qui agiť ꝑsens est/ sed vnus dies. Si primus/ futuris ceteris: si nouissimus/ ꝑteritis ceteris: si medioꝝ/ quilibet inter ꝑteritos et futuros. Ecce ꝑsens tempus quod solū inueniebamus longū appellandū/ vix ad vni⁹ diei spaciū cōtractū est. Sed discutiamus etiā ipsum: quia nec vnus dies totus ē ꝑsens: Nocturnis eñ ⁊ diurnis horis omnibus viginti quattuor expleť. Quaꝝ ꝓma ceteras futuras habet/ nouissima ꝑteritas: aliqua vͦo interiectaꝝ añ se ꝑteritas/ post se futuras: Et ipsa vna hora fugitiuis particulis agitatur. Quicquid eius auolauit/ preteritum est: quicqͩ ei⁹ restat/ futurū. Si quid intelligiť tp̄is quod in nullas iā vel in minutissimas momentoꝝ partes diuidi possit/ id solū ē quod presens dicať: Quod tamen ita raptim a futuro in preteritū trāsuolat/ vt nulla morula extendať: Nam si extendiť/ diuidiť in preteritum et futurū. Presens autē nullum habet spaciū. Vbi ē ergo tempus quod longū dicam⁹? An futuꝝ? Nō quidē dicimus longū ē: quia nōdū est quod longū sit/ sed dicim⁹ lōgū erit. Quādo igiť erit? Si eñ ⁊ tūc cū adhuc futuꝝ erit/ nō erit longū: qꝛ quid sit longum/ nondū erit. Si autē tūc erit longū cum ex futuro/ qͦd nondū est/ esse iā ceperit: et presens factū erit/ vt possit esse quod longum sit: iā superioribus vocibus clamat ꝑsens tempus/ longū se esse nō posse.

Quale tempus metiri possit/ et quale non: Ca.xvi.

Et tamē domine sentim⁹ interualla temporꝫ/ ⁊ cōparam⁹ sibimet/ et dicim⁹ alia lōgiora/ et alia breuiora. Metimur etiā quāto sit breuius aut lōgius illud tēpus ꝙ illud: ⁊ respōdemus duplū esse hoc vel triplū/ illud aūt simplum/ aut tantū hoc esse quantū illud. Sed ꝑtereuntia metimur tēpora cū sentiēdo metimur: preterita vͦo que iā non sunt/ aut futura ꝗ nondū sunt/ quis metiri potest: nisi forte audebit quiſ dicere metiri posse qͦd nō est? Cū ergo ꝑterit tēpus/ sentiri ⁊ metiri potest: cū autē preterierit: quoniā non est/ nō potest.

Tempus preteritum et futurū ubi sint: Ca. XVII.

q Uero pater/ nō affirmo: deus meus preside mihi et rege me: Quis nā est qui dicat mihi nō esse tria tēpora/ sicut pueri didicim⁹/ puerosq̃ docuimus: p̄teritum/ presens et futurū/ sed tm̄ p̄sens: quoniā illa duo non sunt? An et ipsa sunt: sed ex aliquo ꝓcedit occulto/ cū ex futuro fit p̄sens: et in aliquod recedit occultū/ cū ex p̄senti fit preteritū? Nā ubi ea viderunt qui futura cecinerūt si nondū sunt? Neq̃ eñ potest videri id quod nō est. Et q̄ narrant preterita/ nō utiq̃ vera narrarēt/ si animo illa nō cernerent? Que si nulla essent/ cerni omnino nō possent. Sunt ergo ⁊ futura ⁊ preterita.

Qualiter preterita ⁊ futura tēpora presentia sunt: Ca. XVIII.

s Jnie me dn̄e ampli⁹ querere/ spes mea: nō cōturbet intētio mea. Si eñ sunt futura ⁊ p̄terita/ volo scire ubi sint. Qđ si nōdū valeo/ scio tamē ubicunq̃ sunt: nō ibi ea futura esse/ aut preterita/ sed p̄sentia. Nam si et ibi futura sunt/ nondū ibi sunt: si et ibi p̄terita sunt/ iam nō ibi sunt. Ubicunq̃ ergo sunt quecunq̃ sunt/ nō sunt nisi p̄sentia: q̄q̃ preterita cū vera narrant/ ex memoria ꝓferunt/ nō res ipse q̄ preterierūt/ sed v̄ba cōcepta ex imaginibus earū/ q̄ in animo velut vestigia p sensus pretereūdo fixerūt. Puericia q̄ppe mea q̄ iam non est: in tp̄e p̄terito est quod iam nō est: imaginē v̄o eius cum eā recolo ⁊ narro/ in p̄senti tp̄e intueor: quia ē adhuc in memoria mea. Utrū simul sit causa etiam predicendorum futurorum/ ut rerum que nondū sunt iā existentes p̄sentantur imagines: cōfiteor deus meus nescio. Illud sane scio/ nos plerūq̃ p̄meditari futuras actiones nostras: eamq̃ p̄meditationē esse p̄sentē: actionē aūt quam p̄meditamur nōdū esse: quia futura est. Quā cū agressi fuerimus/ et quod premeditabamur agere cepimus: tūc erit illa actio: q2 tūc nō futura sed p̄sens erit. Quoquo modo se itaq̃ habeat arcana p̄sentia futurorum/ videri nisi quod est nō potest. Quod autē iam est/ nō futurum sed presens ē. Cū ergo videri dicunt futura/ nō ipsa q̄ nōdū sunt/ id est que futura sunt: sed eorum cause vel signa forsitan videntur q̄ iā sunt: ideo non futura sed p̄sentia sūt iā videntib⁹/ ex quib⁹ futura p̄dicant animo cōcepta. Que rursus cōceptiones iā sunt: et eas p̄sentes apud se intuent qui illa p̄dicunt. Loquatur mihi aliquod exemplū tāta rerum numerositas. Intueor aurorā/ ortum solē ꝓnūcio: Qđ intueor presens est/ quod ꝓnūcio futurum. Nō sol futurus qui iā est/ sed ortus eius qui nōdū est. Tn̄ etiā ortū ipsū nisi animo imaginarer/ sicut modo cū id loquor: nō eū possem p̄dicere. Sed nec illa aurora quam in celo video/ solis ortus ē/ q̄uis eū precedat: nec illa imaginatio in animo meo/ que duo p̄sentia cernunt/ ut futurus ille ante dicat. Futura ergo nondū sunt. Et si nōdū sunt/ nō sunt. Et si nō sūt/ videri omnino nō possunt/ sed predici possunt ex presentibus/ q̄ iā sunt ⁊ videntur.

Querit modū quo anima doceatur de futuris: Ca. XIX.

t U itaq̃ regnator creature tue/ q̄s est mod⁹ quo doces animas ea q̄ futura sunt? Docuisti eñ ꝓphetas tuos. Quisnam ille modus est quo doces futura/ cui futurum quicq̄ nō est: vel potius de futuris doces presentia? Nā quod non est/ nec doceri utiq̃ potest. Nimis lōge est modus iste ab acie mea. Jnualuit ex me: nō potero ad illum: potero autem ex te/ cū dederis tu dulce lumen occultorū oculorum meorum. Ps. 138.

Qualiter tres differētie tēporum sint nominande: Ca. XX.

q Uod autē nunc liquet ⁊ claret/ nec futura sunt nec p̄terita: Nec proprie dicit/ tempora sunt tria: p̄teritū/ presens ⁊ futurū: sed fortasse ꝓprie diceret: tēpora sunt tria: presens de p̄teritis: presens de p̄sentibus: presens de futuris. Sūt eñ hec in anima tria quedam: ⁊ alibi ea non video. Presens de p̄teritis memoria: presens de presentib⁹ ꝯtuitus: presens de futuris expectatio. Si eñ hec p̄mittimur dicere/ tria tēpora video/ fateorq̃ tria sunt. Dicatur etiā/ tempora sunt tria: preteritū/ presens et futurū: sicut abutit consuetudo: dicatur. Ecce nō curo nec resisto/ nec rep̄hēdo: dū tamē intelligat quod dicit/ neq̃ id quod futurum est esse iam: neq̃ id quod preteritū ē. Pauca sunt eñ q̄ ꝓprie loquimur/ plura non ꝓprie: sed agnoscitur quid velimus.

Quō tēp⁹ possit metiri: Ca. XXI.

Dixi ergo pauloante / q pretereun/
tia tempora metimur / vt possim⁹
dicere duplū esse hoc tpis ad illud
simplū: aut tantū hoc quantū illud: ⁊ si qd
aliud de partibus temporꝝ possum⁹ renun
ciare metiendo. Quocirca vt dicebā p̄ter/
euntia metimur tempora. Et si quis mihi
dicat: vnde scis? respōdeā: scio quia meti/
mur: nec metiri que nō sunt possumus: et
nō sunt p̄terita vel futura. Presens vero tē/
pus quomodo metimur / quādo nō habet
spacium? Metit ergo cum p̄terit: cum au/
tem p̄terierit / non metit. Quid eni metiat
nō erit. Sed vn̄ ⁊ qua ⁊ quo p̄terit / cū me/
tit? Vn̄ / nisi ex futuro? Qua / nisi p p̄sens?
Quo / nisi in p̄teritū? Ex illo ergo quod nō/
dū est / p illud qd spacio caret / in illud quod
iā nō est. Quid autē metimur nisi tempus
in aliquo spacio? Neq; eni dicimus simpla
⁊ dupla / ⁊ tripla / ⁊ equalia: et si quid h mo/
do in tpe dicimus / nisi inter spacia tempo/
rū. In quo ergo spacio metimur temp⁹ p̄/
teriens? Utrū in futuro vn̄ p̄terit? Sed qd
nondū est / nō metit. An in presenti qua p̄/
terit? Sed nullum spaciū nō metimur. An
in preterito quo preterit? Sed quod iā nō
est nō metimur.

Orat vt exaudiat in petēdo in/telligentiā scripturaꝝ: Ca. XXII.

Exarsit animus me⁹ nosse istud im/
plicatissimū enigma: Noli claude/
re domine deus meus bone pater:
per christū obsecro / noli claudere desiderio
meo ista / et vsitata ⁊ abdita / quo minus in
ea penetret: ⁊ dilucescant allucente miseri/
cordia tua dn̄e. Quem pcontabor de his:
et cui fructuosius confitebor imperitiam
meā / nisi tibi cui nō sūt molesta studia mea
flāmantia vehemēter in scripturas tuas?
Math. 7. b Da quod amo: amo eni: et hoc tu dedisti.
Da pater qui vere nosti data bona dare fi
lijs tuis. Da quoniam suscepi cognoscere
Ps. 72. te: ⁊ labor est ante me donec aperias. Per
christū obsecro in nomine eius sancti san/
Ps. 115. ctorum / nemo mihi obstrepat. Et ego cre/
2. Cor. 4. c didi / propter quod et loquor. Hec est spes
Ps. 26. mea: ad hanc viuo vt contempler delecta/
Ps. 38. tiones domini. Ecce veteres posuisti dies
meos et transeunt / ⁊ quomodo nescio. Et
dicimus tempus ⁊ tempus / tpa et tēpora.
Qdiu dixit hoc ille: q̄diu fecit hoc ille: et
q̄ longo tpe? Illud nō vidi: Et duplū tē/
poris habet hec syllaba ad illā simplā bre/
uē. Dicimus hec / ⁊ audim⁹ hec / et intelligi/
mur ⁊ intelligim⁹. Manifestissima ⁊ vsita/
tissima sunt: ⁊ eadem rursus nimis latēt: ⁊
noua est inuētio eorum.

Excludit errorē de tempore cu/iusdā docti hominis: Ca. XXIII.

Audiui a quo/
dam homine
docto / q so/
lis / ac lune / ac siderū
motus / ipsa sint tem
pora / et non tanum:
Cur enim non poti/
us omniū corporum
motus sint tēpora?
An vero si cessarent
celi lumina / et moue/
retur rota figuli: non
esset tēpus quo me/
tiremur eos gyros: ⁊
diceremus / aut equa/
libus morulis agi /
aut si alias tardius /
alias velocius moue/
ret: alios magis diu/
turnos esse / alios mi/
nus? Aut cū hoc di/
ceremus / non et nos
in tempore loquere/
mur: aut essent in verbis nostris alie lon/
ge syllabe / alie breues: nisi qr ille longiore
tempore sonuissent / iste breuiore? Deus
dona hominibus videre in paruo cōmu/
nes noticias rerum paruarū atq; magna/
rum. Sunt et sidera et luminaria celi in si/ Gen. 1.
gnis / et in temporibus / et in annis ⁊ in di/
ebus. Sunt vero: sed nec ego dixerim cir/
cuitum illius ligneole rote diem esse: nec
tamen ideo tempus non esse ille dixerit.
Ego scire cupio vim naturāq; temporis /
quo metimur corporū motus: et dicimus
illum motū (verbi gratia) tempore duplo
esse diuturniorē q̄ istum. Nā quero / quo/
niā dies dicitur / nō tm̄ morula solis super
terram / sm q aliud est dies / aliud nox: sed
etiam totus eius circuitus ab oriente vs/
q; ad orientē: sm q dicim⁹: Tot dies trāsi/
erūt. Cū suis eni noctibus dicitur tot di/
es: nec extra reputantur spacia noctium.
Quoniā ergo dies explet motu solis atq;

Octauū dict.

¶ Octauum dictum est istud: Audiui a quodā docto homine / q solis ac lune ac siderum mo/tus ipsa sunt tēpora: cur etiā nō poti⁹ oim corpoꝝ motus ipsa sunt tēpora? (Ar. tanni) An vero si cessarent celi luminaria: et moueretur rota figuli: nō esset tem/pus quo metiremur illū motum equalibus mo/rulis. Et post multa sic concludit: Nemo mihi ergo dicat celestium cor/porum motus esse tem/pora: quia cuiusdam vo/to cum sol stetisset vt vi/ctor iosue prelium pera/geret: stabat sol sed tem/pus ibat per spaciū tem/poris quo ei sufficeret il/la pugna. Video ergo tē/pus esse quandam distē/tionem / et finaliter resi/det i hoc: licet quasi sus/pensiue tempora sunt in anima sm recordationē preteritorum et expecta/tionem futuroꝝ.

circuitu ab oriente vsq ad orientē: quero
vtrū mot⁹ ipse sit dies/ an mora ipsa quāta
peragit/an vtrūq. Si eni primū/mot⁹/dies
esset: dies ergo esset etiā si tāto spacio tpis
sol cursum illū pegisset/quantū ē horę vni-
us. Si secundū: nō ergo esset. dies si ab or-
tu solis vsq in ortū alterū/ tā breuis mora
esset q̄ ē horę vni⁹: sȝ vicies ⁊ q̄ter circuiret
sol vt expleret diē. Si vtrūq/mot⁹ ⁊ mora:
nec ille appellaret dies/si horę spacio sol to-
tum suum gyrū circuiret: nec illa si sole ces-
sante tantū temporis preteriret/ quāto p-
agere sol totum ambitū de mane in mane
assolet. Non itaq nūc querā/quid sit illud
quod vocat dies/ sed quid sit tempus quo
metiētes solis circuitum diceremus eū di-
midio spacio temporis/ peractū minus q̄
solet: si tāto spacio temporis peract⁹ esset/
quāto peragunt horę duodecim: Et vtrū-
q tempus cōparātes diceremus illud sim-
plū/hoc duplū/etiā si aliquādo illo simplo/
aliquādo isto duplo sol ab oriente vsq ad
orientē circuiret. Nemo ergo mihi dicat cę-
Josue.10.c lestiū corporū motus esse tempora: quia et
cuiusdā voto cum sol stetisset/vt victor io-
sue prelium perageret sol stabat/sed tempus
ibat. Per suū quippe spaciū temporis qd
ei sufficeret/illa pugna gesta atq finita ē.
Uideo igit tempus quandā esse distensio-
nem: sed video an videre mihi videor? Tu
demonstrabis lux veritas.

Ostendit q tempus nō sit mo-tus corporis/ sed quia motus fit in tempore: Ca. XXIIII.

i Iubes vt approbē si quis dicat tē-
pus esse motū corporis? Nō iubes:
Nā corpus nullū nisi in tēpore moueri au-
dio. Tu dicis: Ipsum autē corporis motū
tempus esse nō audio: Nō tu dicis. Cū eni
mouetur corpus/ tpe metior q̄diu moue-
atur: exquo moueri incipit donec desinat.
Et si nō vidi exquo cepit ⁊ pseuerat moue-
ri/vt nō videā cū desinit: nō valeo metiri/
nisi forte exquo videre incipio donec desi-
nā. Q si diu video/tm̄modo longū temp⁹
esse renūcio: nō autē quantū sit: q̄ ⁊ quan-
tum cū dicim⁹/collatione dicim⁹: velut tā-
tū hoc quantū illud: aut duplum hoc ad il-
lud: ⁊ si quid aliud isto modo. Si autē no-
tare potuerim⁹ locorū spacia/vn̄ et quo ve-
niat corpus qd mouet/vel partes ei⁹: si tā-
q̄ in torno mouet: possumus dicere quātū
sit tpis/exquo ab illo loco vsq ad illum lo-
cum motus corpis vel partis eius effectus
est. Cū itaq aliud sit mot⁹ corporis/ aliud
quo metimur q̄diu sit: q̄s nō sentiat quid
horū potius tēpus dicendū sit? Nā etsi va-
rie corpus aliqn mouet/aliqn stat: nō solū
motū eius: sed etiā statū tpe metimur: ⁊ di-
cim⁹ tantū stetit/quantū motū est: aut du-
plo vel triplo stetit ad id qd motū est: et si
quid aliud nostra dimēsio siue cōprehēde-
rit siue existimauerit/vt dici solet pl⁹ min⁹.
Nō est ergo tempus corporis motus.

Petit illuminari ad intelligendum quod ignorat: Ca. XXV.

Confiteor tibi dn̄e ignorare me ad-
c huc qd sit temp⁹: ⁊ rursus cōfiteor
tibi dn̄e scire me in tpe ista dicere:
et diu me iā loqui de tpe: atq idipsum diu
non esse nisi morā tpis. Quō igit hoc scio/
qn̄ qd sit tēp⁹ nescio? An forte nescio quē-
admodū dicam qd scio? Hei mihi q̄ nescio
saltē qd nesciā. Ecce deus meus corā te/ q̄r
nō mētior: sicut loquor/ita est cor meū. Tu
illuminabis lucernā meā dn̄e deus meus:
illumina tenebras meas.

Uenatur mensurā tēporis mē-sura metrorū ⁊ pedū: Ca. XXVI

Omne tibi cōfitet anima mea cōfes-
n sione veridica metiri me tpa? Ita
ne de⁹ meus metior? Et quid meti-
ar nescio. Metior motū corpis in tpe: itē
ipsū tēpus nō metior? An vo corpis motū
metirer q̄diu sit/ et q̄diu hinc illuc perue-
niat/nisi tempus in quo mouetur metirer.
Ipsū ḡ tempus vnde metior? An tpe bre-
uiore metimur longius/sicut spacio cubiti
spaciū trāsiri. Sic eni videmur spacio bre-
uis syllabę metiri/spaciū longę syllabę/at-
q id duplū dicere: ita metimur spacia car-
minū spacijs versuū: et spacia versuū spa-
cijs pedum/ ⁊ spacia pedū spacijs syllaba-
rū: ⁊ spacia longarū spacijs breuium/ nō in
paginis: Nā eo modo loca metimur/nō tē-
pora. Sed cū voces pnunciādo transeūt: ⁊
dicimus longū carmē est/nā tot versib⁹ cō-
texit: lōgi vsus/ nā tot pedib⁹ cōstāt: longi
pedes/nam tot syllabis tēdunt: longa syl-
laba/ nā dupla est ad breuē. Sed neq ita
cōprehēdit certa mēsura tpis: quandoqdē
fieri pōt vt ampliori spacio tpis psonet v-
sus breuior si pduct⁹ pnūciet/q̄ longior si
correpti⁹. Ita carmen/ita pes/ita syllaba.

Inde mihi visum est/nihil esse aliud tẽpus
ꝙ distensionẽ: sed cuius rei nescio: et mirũ
si nõ ipsius animi. Quid enĩ metior obse-
cro deus meus et dico: aut indefinite lon-
gius est hoc tempus ꝙ illud: aut etiam de-
finite duplũ est hoc ad illud? Tempus me-
tior/scio: sed non metior futuꝝ/ quia nõdũ
est. Non metior ꝑsens: quia nullo spacio
tenditur. Nõ metior ꝓteritũ/ quia iam nõ
est. Quid ergo metior? An ꝓtereũtia tẽpo
ra nõ ꝓterita? Sic enĩ dixeram.

Quid homo metiatur quando metitur tempus/ostendit exẽplo: Ca. XXVII.

A Insiste anime me⁹ ꝛ
attende te fortiter: Deus adiutor
Ps. 99. noster/ipse fecit nos ꝛ nõ ipsi nos.
Attẽde vbi albescit veritas. Ecce puta: vox
corporis incipit sonare ꝛ sonat/ ꝛ adhuc so
nat: ꝛ ecce desinit: iamq; silentiũ est: et vox
illa preterita est: et nõ est iam vox. Futura
erat anteq̃ sonaret/et non poterat metiri:
quia nõdum erat: ꝛ nũc nõ potest: q2 iã nõ
est. Tũc ergo poterat cũ sonabat: quia tũc
erat que metiri posset. Sed et tunc nõ sta-
bat: ibat enĩ ꝛ ꝓteribat. An ideo magis po-
terat? Preteriẽs enĩ tendebat in aliqđ spa
ciũ tpis q̃ metiri posset: qm̃ ꝑsens nullũ ha
bet spaciũ. Si ergo tunc poterat/ecce puta/al-
tera cepit sonare/ ꝛ adhuc sonat/cõtinuato
tenore sine vlla distinctione/ metiamur eã
B dũ sonat. Cum enĩ sonare cessauerit/ iã ꝓ-
terita erit: ꝛ nõ erit que possit metiri. Me-
tiamur plane et dicamus quanta sit. Sed
adhuc sonat: nec metiri potest nisi ab ini-
tio sui quo sonare cepit/vsq; ad finem quo
desinit. Ipsum quippe interuallũ metimur
ab aliquo initio vsq; ad aliquẽ finẽ. Qua-
propter vox que nondũ finita ẽ/ metiri nõ
potest: vt dicat̃ ꝙ longa vel breuis sit: nec
dici aut equalis alicui/ aut ad aliquã sim-
pla vel dupla /vel quid aliud. Cum aũt fi-
nita fuerit/iam nõ erit. Quo pacto igitur
metiri poterit? Et metimur tamẽ tẽpora:
nec ea que nondũ sunt: nec ea que iam nõ
sunt: nec ea que nulla mora extẽdunt̃: nec
C ea que terminos nõ habent. Nec futura er
go/nec ꝓterita/ nec ꝑsentia/nec ꝓtereuntia
tempora metimur/et metimur tamẽ tẽpo-
ra. De⁹ creator omniũ: versus iste octo syl-
labaꝝ/breuibus ꝛ lõgis alternat syllabis.
Quattuor itaq; breues/ prima/ tertia/ qn-
ta/ septima simple sunt ad quattuor lon-
gas: secundã/ quartã/ sextã/ octauã. He sin-
gule ad illas singulas duplũ habẽt tempo
ris/ ꝓnũcio et renũcio: et ita est quãtũ sen-
tit̃ sensu manifesto: Quantũ sensus mani-
festus est/breui syllaba longã metior: eam
q; habere bis tm̃ sentio. Sz cũ altera post
alteram sonat/si prior breuis/longa poste-
rior: quomodo tenebo breuẽ/ ꝛ quõ eã lon-
gam metiens applicabo/ vt inueniã q2 bis
tãtũ habeat/quando qdẽ longa sonare nõ
incipit/nisi breuis sonare desiterit? Ipsã
quoq; longã nõ ꝑsentẽ metior: quãdo nisi
finitam nõ metior. Eius autẽ finitio/prete
ritio est. Quid ergo est quod metiar? Ubi D
est quam metior breuis? Ubi est lõga quã
metior? Ambe sonuerunt/auolauerunt/ ꝓ-
terierunt: iam nõ sunt/ ꝛ ego metior: fiden-
terq; respondeo/ quãdo exercitato sensu fi-
ditur/ illam simplã esse/illam duplã in spa-
cio/scz temporis. Neq; hoc possum nisi q2
preterierũt ꝛ finite sũt. Nõ ergo ipsas que
iã nõ sunt: sz aliquid in memoria mea me-
tior quod infixũ manet. In te anime me⁹
tempora metior: noli mihi obstrepere/ qđ
est/ noli tibi obstrepere turbis affectionũ
tuarũ. In te inquã tẽpora metior: affecti-
onem quam res pretereũtes in te faciunt:
et cum ille preterierint manet. Ipsam me-
tior presentẽ/nõ eas que preterierũt vt fie-
ret. Ipsam metior cũ tempora metior. Er-
go aut ipsa sunt tempora/aut nõ tpa meti
or. Quid cũ metimur silentia: ꝛ dicimus il E
lud silentiũ tantũ tenuisse tpis/ quantũ il-
la vox tenuit? Nõne cogitationẽ tẽdimus
ad mẽsurã vocis/quasi sonaret vt aliquid
de interuallis silẽtiorũ in spacio temporis
renũciare possimus? Nam ꝛ voce atq; ore
cessante peragimus/cogitãdo carmina et ver-
sus/ ꝛ queq; sermonẽ/motionũq; dimẽsio-
nes quaslibet: ꝛ de spacijs tẽporũ q̃ntũ il-
lud ad illud sit renũciam⁹: nõ aliter/ac si ea
sonãdo dicerem⁹. Si voluerit aliqs edere
lõgiusculã vocẽ: ꝛ ꝯstituerit ꝓmeditãdo ꝙ
longa futura sit: egit vtiq; iste spaciũ tpis
in silentio/memorieq; cõmẽdãs cepit ede-
re illam vocẽ que sonat/ donec ad ꝓpositũ
terminũ ꝑducat̃: Immo sonuit ꝛ sonabit:
Nã quod eius iã pactũ ẽ/ vtiq; sonuit: qđ
aũt restat sonabit: atq; ita peragit̃/dũ pre-
sens intẽtio futuꝝ in ꝓteritũ traijcit: dimi-
nutiõe futuri crescẽte ꝓterito/ donec ꝑ con- Ar. + ꝯsumꝑ
summatione futuri sit totũ ꝓteritũ.

Qꝫ tria ſunt in anima quib⁹ no-tantur omnes differētie tēporū:

s Sit nos patris quidem dei omnipotentis/ et christi filij eius/ et spūssancti vnū idemq̄ sub triplici appellatione colimus numē: sed patrē quidē ipsum lucē incolere credimus summā ac principalē: quā paulus alias inaccessibilē vocat: filiū vero in hac secūda ac visibili luce consistere: qui quoniam sit & ipse geminus/ vt eū apostolus nouit: christū dicēs esse dei virtutē & dei sapientiā: virtutē quidem eius in sole habitare credimus: sapientiā vero in luna: necnō et spūssancti q est maiestas tertia/ aeris hunc omnem ambitū sedē fatemur ac diuersorium: cuius ex viribus ac spiritali profusione/ terrā quoq̄ concipientē gignere: patibilē iesum qui est vita ac salus hominū/ omni suspensus ex ligno. Quapropter et nobis circa vniuersa & vobis similiter erga panem & calicem par religio est: Quis eorū acerrime oderitis auctores. Hec nostra fides est: de qua si querendū alias putaueris audies/ Quis nec illud ad presens minus firmū sit argumētū: qđ vel tu vel quilibet alius rogat/ vbi nā deum suū credat habitare: respondere nō dubitabit in lumine: Ex quo cultus hic meus omniū pene testimonio confirmatur. Ca. iii

i. Timoth. 6. c.

i. Cor. i. d.

f Sed nūc ad illud/ quia nos non sectā sed schisma gentium nuncupasti. Schisma/ nisi fallor/ est eadem opinantē atq̄ eodem ritu colentē quo ceteri/ solo congregationis delectari discidio. Secta vero est longe alia opinātē quā ceteri: alio etiam sibi ac longe dissimili ritu diuinitatis instituisse culturā. Que si ita sūt: mea interim et opinio & cultus longe alia sūt quā paganorū. De tuis postea videbimus. Pagani bona & mala/ tetra et splēdida/ perpetua et caduca/ mutabilia et certa/ corporalia & diuina vnū habere principiū dogmatizāt. His ergo valde contraria sentio: qui bonis omnibus principiū fateor deū: contrarijs vero hylen: Sic enim mali principium ac naturam theologus noster appellat. Item pagani/ aris/ delubris/ simulacris/ victimis atq̄ incēso deū colendū putant: Ego ab his in hoc quoq̄ multū diuersus incedo: qui ipsū me si modo sim dignus rationabile dei templū puto viuū viuę maiestatis: simulacrū christum filiū eius accipio: aram mentē bonis artibus & disciplinis imbutā: honores quoq̄ diuinos ac sacrificia in solis orationibus et ipsis puris ac simplicibus pono: Quomodo ergo schisma sū paganorū? Ca. iiii

b Hactenus enim & iudeorū me poteras dicere schisma: quia et omnipotētē deū colam: qđ sibi & iudeus omnis audacter assumit/ cū non considerarer rituū diuersitatē qua a me coleretur omnipotens et a iudeis/ si tamen omnipotētē iudei colūt. Sed interim de opinione tractamus: que sic & paganos de solio cultura fefellit: vt de omnipotentis iudeos. Sed nec vestrū quidem schisma/ si me dixeris/ verū est/ Quis christū venerer & colā: quia alio eū ritu colo/ et alia fide quā vos. Schisma vero aut nihil imutari debet ab eo vnde factū est: aut nō multū/ vtpote vos/ q desciscētes a gentibus monarchię opinionē primo vobiscum diuulsistis: id est vt oīa credatis ex deo: Sacrificia vero eorū vertistis in agapes/ idola in martyres: quos votis similibus colitis: defunctorū vmbras vino placatis & dapibus: solēnes gentiū dies cū ipsis celebratis: vt calendas solsticia debita certe mutastis: nihil est sane schisma a matrice sua diuersū/ nihil habēs nisi conuentū: necnō & priores vestri iudei segregati etiā ipi a gētibus sculpturas solū dimiserūt: templa vero & imolatiōes/ et aras/ et sacerdotia/ atq̄ omne sacrorū ministeriū eodem ritu exercuerūt: ac multo superstitiosius quā gentes. De opinione vero monarchię in nullo etiā ipsi dissentiūt a paganis: Quare constat vos atq̄ iudeos schismata esse gentilitatis: cuius fidē tenētes & ritus/ modice quis imutatos/ solo conuentiū diuisiōe putatis vos esse sectas. Porro aūt sectas si queras/ non plus erūt quā due. i. gentiū & nostra: q eis lōge diuersa sentimus. Ita quidē oppositi inuicē nobis: vt est veritas & mēdaciū: vt dies &

noꝝ: vt egestas ꝛ copia: vt morbꝰ ꝛ sanitas:
Uos ꝟo nec erroris secta estis nec veritatis: ſ
schisma tm̄ nec ipsiꝰ veritatis saltē ſ erroris.

Augustinꝰ rn̄dit. O im- Ca. V

a perita pestis/ et vanitas versipel-
lis: vt qd tibi obijcis/ qđ si qs tibi
obijcit/ nescit cū q̄ agat? Neqꝫ eñ vos pa-
ganos dicimꝰ/ aut schisma paganoꝝ: ſ ha-
bere cū eis quandā similitudinē/ eo ꝙ mul-
tos colatis deos. Uerū vos eis esse longe
deteriores: ꝙ illi ea colunt quę sunt/ sed ꝑ
dijs colēda non sunt. Sunt eñ ꝛ idola/ sed
ad salutē nihil sunt. Et qui colit arborē: nō
quidem arādo/ sed adorādo: nō id colit qđ
nusqꝫ est/ sed qđ ita colendū non est. Ipsa
1. Cor. 10. c. etiam dęmonia: vnde dicit apls: Quę imo-
lant gentes/ dęmonijs immolāt ꝛ nō deo:
vtiqꝫ sunt quibus illos immolare dicit: et
quoꝝ nos socios eē non vult. Jam ꝟo cę-
lum et terra et mare et aer/ sol et luna/ ꝛ cę-
tera sidera: omnia hęc manifesta oculis ap
parent: atqꝫ ipsis sensibꝰ pręsto sunt. Quę
cū pagani tanqꝫ deos colūt/ vel tanqꝫ par-
tes vnius magni dei: nam vniuersū mun-
dum quidā coꝝ putant maximū deum/ ea
colunt quę sunt. Cū quibꝰ qñ agimꝰ/ vt ea
non colant: non eis dicimꝰ ꝙ nulla sint: ſ
ꝙ colenda non sint: eisqꝫ colendū hoꝝ om-
niū conditorē/ deum inuisibilē suademus:
cuius solius participatiōe beatꝰ homo fie-
ri potest: qđ oēs velle nemo ambigit. Sed
qꝛ nōnulli coꝝ inuisibilē ꝛ incorporeā crea
turam colunt/ qđ est anima mensqꝫ huma-
na: tñ qꝛ nec eiusmodi creaturę participa-
tione fit homo beatꝰ: ille non solū inuisibi-
lis/ verūetiam incōmutabilis deus. i. deus
verus colendus est: qꝛ solus ille colēdus ē:
quo solo fruens beatus fit cultor eius: et q̄
solo non fruens oīs mens misera est/ quali
bet re alia pfruatur. Uos aūt cum ea colatis
quę oīno non sunt/ sed vestrarū fallaciū fa-
bularū vanitate finguntur: ꝓpinquiores es-
setis verę pietatis ac religionis si saltē pa-
gani essetis: vel in eoꝝ genere qui corpora
colunt: etsi non colēda/ sed tñ vera. Unde
vos verius dixerim/ nec solem istū colere:
ad cuius gyrū vestra oratio circūuoluitur.

Am et de ipso tanta fal (Ca. VI

n sa et tam detestāda iactatis: vt si
suas vindicaret iniurias/ iam flam
Quid de sole sentiant manichei mis eius viui arderetis. Nā primo eū na-
uim quandā esse dicitis: Ita nō tñ/ vt di-
citur/ toto cęlo erratis/ sed et natatis. De-
inde cum omniū oculis rotūdus effulgeat:
ea quę illi figura pro sui ordinis positione
perfecta sit/ vos eū triangulū ꝓhibetis. i. ꝑ
quandā triangulā cęli fenestrā lucē istā mū
do terrisqꝫ radiare. Ita fit vt ad istū quidē
solem dorsum ceruicēqꝫ curuetis: non autē
ipsum tam clara rotūditate conspicuū: sed
nescio quā nauim per foramē triangulum
micantē atqꝫ lucentē quā ꝯfictā cogitatis
adoretis. Quā ꝑfecto faber ille nō faceret
si quēadmodū emuntur ligna qbꝰ nauigioꝝ
tabulę compinguntur. Uerū hęc tolerabi- De natura boni. ca. 44.
lius vel ridentur vel flentur in vobis: illud ē
intolerabiliter sceleratū: ꝙ de ipsa naui puel
las pulchras ꝛ pueros proponi dicitis: q̄ꝝ
formosissimis corꝑibꝰ inardescāt principes
tenebrarū/ ad feminas masculi/ ꝛ ad mascu
los feminę: vt in ipsa flagranti libidine et
inhianti ꝯcupiscētia de mēbris eoꝝ tanqꝫ
de tetris sordidisqꝫ compedibus/ dei vestri
mēbra soluantur: et his obscenissimis pan-
nis vestris conamini assuere ineffabilē tri-
nitatē: dicētes patrē in secreto quodā lumi
ne habitare: filiū aūt in sole virtutem/ in lu
na sapientiā: spiritū ꝟo sanctū in aere.

N qua tripertita vestra Ca. VII

i vel potius iam quadripertita fabu
la de patris quidem secreto lumi-
ne: quid vobis dicam/ nisi quia lumen co-
gitare non potestis/ nisi quale videre ꝯsue-
stis? Hoc eñ conspicuū ꝛ omni carnimō tñ
hominū/ verūetiam bestiarū ꝛ vermiculo-
rum notissimū lumen intuentes: ex illo cō-
cęptam corde phantasiam in immēsum so-
letis augere: et eam lucem dicere/ vbi deus
pater habitat cum regnicolis suis. Quan-
do eñ discreuistis lucem qua cernimus ab
ea luce qua intelligimꝰ: cū aliud nihil vnqꝫ
putaueritis esse intelligere veritatem/ nisi
formas corporeas cogitare: siue finitas si-
ue ex aliqbꝰ partibꝰ infinitas? Quę inania
phātasmata esse nescitis. Proinde cū tātū
interfit inter cogitationē qua cogito terrā
luminis vestri quę oīno nusqꝫ est/ et cogi-
tationē qua cogito alexādriā quā nunqꝫ vi
di ſ tñ est: rursusqꝫ tātū interfit inter istā qua
cogito alexādriā incognitā/ et eam q̄ cogi-
to carthaginē cognitā: ab hac qꝫ cogita-
tione qua certa ꝛ nota corpora cogito/ lon
ge incomparabiliter distat cogitatio qua in-
telligo iusticiā/ castitatē/ fidē/ veritatē/ cha-

ritatē/bonitatē/et qcq̄d eiusmodi est: quę
cogitatio dicite si potestꝭ/q̄le lumē sit/quo
illa omnia quę hoc non sunt ⁊ inter se dis/
cernunꝭ/⁊ quantū ab hoc distent fida ma/
nifestatiōe cognoscūꝭ: et tn̄ etiā h lumē nō
ē lumē illud qd̄ deus ē: hoc enīꝭ creatura ē/
creator est ille: hoc factū/ ille q̄ fecit: hoc de
niq̄ȝ mutabile dum vult qd̄ nolebat/et scit
qd̄ nesciebat/⁊ reminiscūꝭ qd̄ oblitū erat: il
lud autem incōmutabili volūtate/verita/
te/ęternitate persistit: et inde nobis est ini/
tium existendi/ratio cognoscēdi/lex aman/
di: inde omnibꝰ ⁊ irrationabilibꝰ animan/
tibus natura qua viuūt: vigor quo senti/
unt/motus quo appetūt: inde etiam omni
bus corporibꝰ mensura vt subsistāt/nume/
rus vt ornenꝭ/pondus vt ordinenꝭ. Itaq̄ȝ
lumen illud trinitas inseparabilis/vnꝰ deꝰ
est: cuius vos nullo corpore adiūcto/per se
ipsam incorporeā/spiritalem/incōmutabi/
lemq̄ȝ substātiā etiam locis diuiditis. Nec
saltem trinitati loca tria datꝭ/ s quattuor:
patri vnū: id est lumen inaccessibile qd̄ ꝓ/
sus non intelligitis: filij duo/ solem. s. atq̄ȝ
lunā: spiritui sancto rursus vnū: id est ae/
ris hunc omnē ambitū. De patris ergo in/
accessibili lumine/quia veram fidem tenē/
tibus non inde separaꝭ filius ⁊ spūssanctꝰ/
hactenus in pręsentia dixerim. Ca. VIII

Estrę autem vanitati quid placuit
V in sole ponere virtutē filij/et in lu/
na sapientiā ꝭ Cū eñ in ipso patre
filius inseparabilis maneat: quō potest sa
piētia eius ab eius virtute separari: vt ille
sit in sole/hęc in luna: cum p huiusmodi lo/
ca nisi corpora diuidi separariq̄ȝ non pos/
sint ꝭ Qd̄ si sciretis/nunq̄ȝ stulto insanoq̄ȝ
phantasmate tantas fabulas texeretꝭ. At
in eaipā falsitate atq̄ȝ fallacia/q̄ȝ incōgrue/
q̄ȝ peruerse sedem sapiētię minus lucere q̄ȝ
sedem virtutis: cum ad virtutē pertinere
videatur operari ⁊ efficere/ ad sapientiam
v̄o docere ⁊ ostēdere: ac per hoc si calor in
sole/lux autē prępolleret in luna/ vtcunq̄ȝ
inuenissent ista figmenta veri similitudi/
nis nebulam/hominibꝰ carnalibus ⁊ aīali/
bus decipiendis: qui nihil putant esse nisi
qd̄ corporale cogitauerint. Calorꝭ eñ vio
lentia/operatio est ad mouendū vnde vir/
tuti tribuereꝭ: lucis autē clarus fulgor ad
demonstrandū vnde hanc sapiētię darēt.
Cum v̄o lux longe in sole pręcellat/ quo/
modo ibi virtus: hic autem qd̄ tanto minꝰ
lucet sapiētia estꝭ O sacrilega ineptia: ⁊ cū
sit vnꝰ christus dei virtus et dei sapiētia: 1. Cor. 1. d.
spiritus autē sanctus non ipse sit christus:
quō separaꝭ a seipso se ipse christus/cū ab
eo non separetur spiritussanctus ꝭ Aerem
quippe quā sedem spiritui sancto vestra fa
bula tribuit/totam mūdi fabricam imple/
re perhibetis. Unde sol et luna circuitꝰ su/
os peragentes/semper cum illo sunt: a so/
le autem luna discedit/ et ad solem rursus
accedit. Ita vobis auctoribꝰ vel potiꝰ de/
ceptoribus per dimidiā partem circuli re/
cedit a virtute sapiētia/et ad eam per aliā
dimidiā rursus accedit: et cum plena est/
tum longe est a virtute sapiētia: Tū enim
tam longo interuallo a se disiūcta sūt hęc
duo lumina/vt cum sol vergit ad occiden/
tem/tunc luna surgat ab oriente: ex quo fit
vt qm̄ infirmanꝭ omnia quę virtute dese/
runtur: eo sapientia sit infirmior/quo ē lu/
na plenior. Si autē qd̄ veritas habet ⁊ sa/
pientia dei/semper tantundē valet/et vir/
tus dei semper tantundē sapit: cur hęc sic
duo dicitis vt ea locorum sedibꝰ interual/
lisq̄ȝ separetis: cum et ipsas sedes eiusdem
substantię dicatis/hoīes cęca ⁊ insana mē/
te/non recedētes a phantasmate corpoꝝ:
et virtute ac sapientia ita carentes/ vt nec
sapere possetis aliquid fortiter/ nec valere
sapienter. Itane vero detestāda ⁊ anathe/
manda stulticia/christus per solem lunāq̄ȝ
distentus: hic virtute habitās/ hic sapien/
tia: nec hic perfectus ⁊ plenus/ nec in sole
sapiēs/nec in luna prępotēs: vtrobiq̄ȝ pul/
chros pueros subornat concupiscēdos fę/
minis principibus tenebrarum ⁊ masculis
puellasꝭ Hęc legitis/hęc creditis/hęc doce/
tis: ex hac fide doctrinaq̄ȝ viuitis: et mira/
mini/quia sic abominamini. Ca. IX

Erum si in istis tam eminētibꝰ no/
V tissimisq̄ȝ luminibꝰ sic erratis: vt i
eis non qd̄ sūt/sed qd̄ vobis demē
tissime fingitis adoretis: quid de cęteris
vestris fabulis dicamꝭ Quis eñi splendite/
nens suspendit mūdum: et quis atlas cū
illo supportat ꝭ Hęc ⁊ innumerabilia quę
similiter delyratis/omnino non sunt/ et
colitis ea. Hinc vos paganis dicimꝰ dete/
riores: eo tn̄ similes q̄ multos deos coli/
tis: eo v̄o in peiorem partē dissimiles q̄ il/
li pro dijs ea colūt quę sūt/ sed dij nō sunt:

Uos autē colitꝭ ea/que nec dij nec aliquid

De ciui. dei li. 4. ca. 18. et li. 5. ca. 1.

sunt: qm̄ prorsus nulla sunt. Habent quidem ꝛ illi quedā fabulosa figmēta/ sed esse illas fabulas norunt/ et vel a poetis delectandi causa fictas esse asserunt/ vel eas ad naturā rerum vel mores hominū interpretari conantur: sicut vulcanū claudū/ qꝛ ignis terreni motus eiusmodi est: et fortunam cecam/ ꝙ ex incerto accidant que fortuita dicunꝭ: et tria fata in colo ꝛ fuso digitisq̄ filum ex lana torquentibꝰ/ propꝭ tria tempora: preteritū qd̄ in fuso iam netum atq̄ inuolutum est: presens qd̄ inter digitos nentis trajcitur: futurum in lana que colo implicata est/ qd̄ adhuc ꝑ digitos nentis ad fusum tanq̄ per p̄sens ad preteritū trajciendū est: et venerē vulcani vxorem/ quia ex calore voluptas naturaliꝭ asciscaꝭ: et martis adulteram/ quia belligerantibꝰ incongrua est: et cupidinē puerum volitātem ac sagittātē/ ꝙ irrationabiliꝭ ꝛ instabilis amor corda vulneret miserorꝝ: ꝛ alia ꝑmulta in hunc modum. Quocirca hoc ī eis irridemus interpretata sic adorant: que non intellecta q̄uis damnabiliꝭ/ tamē excusabiliꝭ adorarēt. Ipsis quippe interpretationibꝰ cōuincūtur/ non se illū deum colere cuius solius participatiōe mens bea-

De ciui. dei li. 4. ca. 10.

ta fit/ sed ab illo cōditam creaturā. Nec solas virtutes ipsiuꝭ creature/ sicut mineruā: cuius fabulam/ ꝙ de iouis capite nata sit ad prudētiam consiliorꝝ interpretanꝭ/ que rationis est propria: cui sedem capitis etiā plato dedit: sed etiam vitia/ sicut ꝺ cupidine diximus. Unde quidam corꝝ tragicus ait: Deum esse amorē turpis ꝛ vitio fauēs finxit libido. Nam ꝛ corporaliū vitiorū simulacra romani ꝯsecrauerūt/ sicut palloris et febris. Ut ꝫ omittā ꝙ simulacrorū adoratores circa ipsas corporꝝ figuras habēt affectum/ vt easipsas formas ī locis honorabilibꝰ sublimatas/ quibꝰ tātū obsequiū exhiberi vident tanq̄ deos timeant: ille ipse interpretatiōes quibus hec muta ꝛ surda et ceca et exanima defendunꝭ dignꝰ accusanꝭ: veruntamē et ista quoquo modo sunt/ q̄uis vt iam dixi ad salutē vel aliquā vtilitatē nihil sint: et que ex his interpretantur in rebus inueniunꝭ: Uos autē primū hominē cum qnq̄ elementis belligerātem/ et spiritū potentē de captiuis corporibus gentis tenebrarū/ an potius de membris dei vestri victis atq̄ subiectis mūdū fabricantē/ et splenditenentē reliquias eorundē membrorꝝ dei vestri habentem in manu: et cetera omnia capta/ oppressa/ inquinata plangentē: et atlantem maximū super humeris suis cum eo ferentē: ne totū ille fatigatus abjciat: atq̄ ita fabula vestra velut in tapete theatrico ad illius vltimi globi catastolum peruenire non possit: Et alia innumerabilia pariter inepta et insana: nec pingendo aut sculpēdo/ nec interpretando demonstratis: et ea cum oīno nulla sint/ creditis ꝛ colitis: et insuper christianis fide non ficta pias mentes mūdantibus/ tanq̄ temere credulis insultatis. Ut eñ multa non queram quibꝰ hec ostēdantur oīno non esse: quia subtilius sublimiusq̄ tractare de mūdi fabrica/ etsi mihi difficile non esset/ certe nimis longum est: hoc dico si ista vera sunt/ dei substantia cōmutabilis est/ corruptibilis/ coinquinabilis. Hoc autem credere/ plenū est sacrilege insanie. Illa igitur omnia vana sunt/ falsa sunt/ nulla sunt. Proinde vos paganis istꝭ qui vulgo noti sunt ꝛ antiqtus fuerunt et in reliquijs suiꝭ iam nūc erubescūt: prorsuꝭ deteriores estis/ ꝙ illi colunt ea que dij nō sunt/ vos autem oīno que nō sūt.

Ca. X

Tacq̄ si propterea vos putatis tenere veritatē: quia ꝛ errori paganorꝝ longe dissimiles estis: nos autem ꝑpterea esse in errore/ quia longius a vobis q̄ a paganis forte distamus: dicaꝭ et mortuus ideo sanus/ quia iam nec egrotus est: et ideo reprehendaꝭ qui sanꝰ est: qꝛ vicinjor est egroto q̄ mortuo. Aut si plerīq̄ pagani non velut egri/ sed velut mortui deputādi sunt: laudeꝭ in sepulchro cinis informis: quia iam nec formam cadaueris tenet: et mēbra viua culpenꝭ/ qꝛ cadaueri sūt similiora q̄ cineri: Sic et nos iō isti culpādoꝭ putāt: qꝛ nos similioreꝭ eē dicunt funeri paganorꝝ q̄ fauille manicheorum: q̄q̄ ꝑ multas differentias aliter atq̄ aliter queq̄ res ad discernendū diuidi soleant: vt qd̄ in hac erat parte/ per aliaꝭ differentias in alia parte inueniaꝭ vbi ante nō erat. Uelut verbigratia: si quis omnē carnem diuidat in volatilia/ et ea que volare non possunt: per hanc differentiā quadrupedia hominibꝰ sunt similiora q̄ auibus: pariter eñ volare nō possūt. Rursus si q̄s

per aliam differẽtiã diuidat: vt dicat alia
esse rationalia/alia irrationalia: iam qua-
drupedes auibus sunt similiores q̃ homi-
nibus: pariter eñ sunt rationis expertes.
Hoc faustus non cogitans ait: Porro au-
tem sectas si q̄ras/non plus erũt q̃ duę:
id est gentium et nostra/ qui eis longe di-
uersa sentimus. Videlicet qm̃ dixerat eo
maxime distare gentes a manicheis/ q̄ ab
vno principio dicũt esse omnia: qđ mani-
chei negant: addentes principiũ gentis te
nebrarum: in hac differẽtia qđ fatendũ est
plęriq; pagani nobiscũ sentiunt: sed nõ vi-
dit: quia item si quis ita diuidat/ vt dicat
eorum qui aliqua religione detinenť/aliis
placere vnũ deum colẽdum/aliis multos:
per hanc differentiã ⁊ pagani a nobis re-
moti sunt: ⁊ isti cum paganis deputantur:
nos autem cũ iudęis. Potest ergo aliquis
ſm hanc differentiã hoc etiam modo duas
solas sectas putare. Hic forte si dicatis q̄
vos m̃ltos deos vestros ex vna substãtia
perhibetis: quasi pagani multos suos nõ
ex vna asserant: q̃uis diuersa illis officia ⁊
opera et potestates attribuãt: sicut etiam
apud vos alius expugnat gẽtem tenebra-
rum: alius ex ea capta fabricat mũdũ: ali-
us desuper suspendit: alius subter portat:
alius rotas igniũ/ventorum ⁊ aquarum in
imo versat: alius in cęlo circũiẽs radiis su-
is etiam de cloacis membra dei vestri col-
ligit. Et quis numerat omnia omniũ deo-
rum vestrorum officia fabulosa/nulla verita-
te manifesta/nullis ęnigmatibus figurata?
Porro si alius ita diuidat omnes hoĩes:
vt alios esse dicat qui credunt deũ huma-
na curare: alios qui hoc oĩno nõ credunt:
in hac parte et pagani nobiscũ sentiunt et
iudęi: et vos et omẽs heretici qui quoquo
modo christiani appellanť: in illa vero epi-
curei repperiunť: ⁊ si q̄ alii sũt qui ita sen-
serunt. Parua ne ista differentia est? Cur
ergo non ⁊ ſm istam duę solę sectę esse di-
cantur: vt in vna earum nobiscũ sitis? An
vt hebetes in hac differẽtia discedere a no
bis qui deum prędicamus humana curare: ⁊
esse cum epicureis qui hoc negant? Hic p-
fecto illos repudiantes ad nos curritis.
Sic per alias ⁊ alias differẽtias/nunc hic/
nunc illic repperiunť/aliunde iuncti/aliun
de disiuncti/vicissim omnes nobiscũ/⁊ nos
cum omnibus: et rursus nullus eorum no-
biscũ/nec nos cũ aliquibus eorum. Quod si faustus
cogitaret: non tam diserte delyraret.

Quid autem hinc dicam Ca. XI
q q̄ ait ex viribus sanctispiritus ac
spiritali profusione terram quoq;
concipientẽ gignere patibilem iesum: qui
est vita ac salus hominũ omĩ suspensus ex
ligno? O demens vt interim discutiam de
hac re vestra vaniloquia: Pot ne terra de
spiritusancto concipere patibilẽ iesum: et
maria virgo non potuit? Compara si au-
des virginalia viscera tanta castitate san-
ctificata/cum omnibus terrę locis/vbi arbo-
res terręq; gignunť. Ita ne in illa fęmina
exhorrescis aut horrescere te fingis vterũ
pudicitię dedicatum: ⁊ in hortis omnibus
circũquaq; vrbes ex cloacinis aquis iesũ
gigni non exhorrescis? Quis enim quãli-
bet cenulentus humor non innumerabilia
germina ędit ⁊ nutrit? Sic prędicatis na-
sci patibilem iesum: quem credere natum
esse de virgine clamatis indignũ. Si car-
nem putatis immũdam: cur vobis non vi
detur immũdius q̄ a suę salutis tempera-
mento/ipsa natura carnis expurgat? An
caro immũda est: et fimus qui carne egeri-
tur mundus est? Non ergo attenditis/ nõ
videtis stercoribus lętari agros/quo ferti-
lius fęcundenť? Nempe ad id redit vestra
dementia/vt de spiritusancto quem carnẽ
marię dicitis dedignatũ/tanto vberius et
lętius terra concipiat/quãto studiosius fue-
rit carnis sordibus et squaloribus pinguefa-
cta. An vt hoc defendatis/dicitis spiritũ-
sanctum incõtaminabili vbiq; pollere prę-
sentia? Respondeť vobis: cur non ergo et
in vtero virginali? Sed de conceptu iam
taceam: partum ipsum deinde respicite.
Concipientem de spiritusancto dicitis ter
ram gignere patibilem iesum/ quem tamẽ
ita contaminatũ omni ex ligno pendere p-
hibetis in frugibus ⁊ pomis: vt innumera
bilibus animalibus animaliũ vescentiũ car-
nibus amplius contaminetur: ex ea sola
parte purgandus/cui fames vestra subue-
nerit. Itaq; nos christum filiũ dei verbũ
dei incõtaminabiliť carne indutum/corde
credimus/ore confitemur: quia illa substã-
tia contaminari nec carne potest/ quę nul-
la re potest: vos autem ſm vestram fabulã
adhuc in arbore pendentem iesum iam cõ-
taminatum dicitis/ anteq̃ carnem ingre-

diatur cuiusq; vescentis: aut si nō est cōtaminat⁹/quō vos eum mādūcādo purgat̄? Deinde cum omnes arbores crucem ipsi⁹ esse dicatis/ vnde a fausto prędicat̄ oi suspensus ex ligno: cur nō sicut illum verum
Joh.19.g. iesum/bonū opus faciēs ioseph ille ab arimathia ď cruce deposuit vt sepeliret: ita ⁊ vos poma decerpitis/vt iesum de ligni suspensione depositū/ vestro ventre sepeliatis? Aut vnde pium est christū sepulchro condere: impium autē de ligno deponere? An vt de vobis etiam cōcinat/qđ de pro-
Ro.3.b. pheta ponit apostolus: Sepulchrū patēs
Ps̄.5.et.13. est guttur eorum: ore aperto expectat̄ q̄s inferat christū/tanq; optimę sepulturę fauc ib⁹ vestri? Postremo dicite nobis/ quot christos esse dicatis? Alius ne est quem de spiritusancto concipiēs terra/patibilē gignit oīm/non solum suspēsus ex ligno/sed etiā iacens in herba: et alius ille quē iudęi
Luc.23.e crucifixerūt sub pōtio pilato: et terti⁹ ille per solem lunamq; distent⁹? An vnus atq; idem sui parte ligatus in arborib⁹/ex quadam ṽo parte liber eadem ligatę captęq; subueniēs? Qđ si ita est: ille quē sub pontio pilato passum esse conceditis/ cū eū sine carne fuisse narret̄: nondū dico quemadmodū talem mortem sine carne perpeti potuerit: sed quęro cui naues illas reliquerit/vt inde descēdens talia pateret̄/qualia sine quocūq; corpe fieri nō possent. Scđm pręsentiā quippe spiritalē/ nullo modo illa pati posset: sm pręsentiā ṽo corporalē simul et in sole et in luna ⁊ in cruce esse nō posset. Proinde si corpus non habuit/ nō est crucifixus: si aūt habuit/quęro vnde habuerit/cum oīa corpora ex tenebrarū gente esse dicatis: q̄uis substantiā diuinā cogitare nisi corporeā nunq; valuerit̄. Unde cogimini/aut sine corpore dicere crucifixum: quo absurdius ⁊ dementi⁹ dici nihil potest: aut in phantasmate potius q̄ a veritate visum fuisse crucifigi: qua rursus impietate quid peius est? Aut non oīa corpora de gente esse tenebrarū/ sed esse etiā corpus diuinę substātię/qđ tū immortale non sit/sȝ possit ligno affigi ⁊ occidi: qđ nihilomin⁹ plenū est dementię: aut ex gente tenebrarū mortale corpus habuisse christū: atq; ita qui eius corporis matrem mariā virginem credere timetis/et gentē demonū non timetis. Postremo cum sm sententiam fausti/quā quidē ex illa longissima fabula vestra decerptā/ quāta potuit breuitate perstrinxit/de spūsancto terra concipiens gignat patibilē iesum: qui ē vita ⁊ salus hominū oīm suspēsus ex ligno/ cur ille saluator pendēti pendēdo congruit: et nascenti nascēdo non congruit? Si autē propterea iesum dicitis esse in arborib⁹: et iesum crucifixū sub pontio pilato: ⁊ iesum p solem lunāq; distentū: quia totum hoc ex vna eademq; substātia est: cur non et cętera milia numinū vestrorū hoc appellatione concluditis? Cur eñ non sit iesus ⁊ ille splenditenēs/et ille atlas/ et ille rex honoris/⁊ ille spūs potēs/et ille primus homo: et quicquid aliud innumerabilit̄ per diuersa noīa et diuersa officia prędicatis?

(Ca. XIII)

i Pse denuq; spiritussanctus/cur in tertia persona ponitur cum sit int̄ numerabiles? Aut cur non sit etiam ipse iesus? Et quid sibi iam vult in scriptis fausti fallax tectura verborum/ vbi conatus velut congruere veris christianis: a quibus longe nimiūq; seducetur? Ait igitur: Nos patris quidem dei omnipotētis/et christi filij eius et spiritussancti/vnū idemq; sub triplici appellatione colimus numen. Cur eñ sub triplici ac non potius sub multiplici/non appellatione tm̄: sed etiam ne si quot nomia/tot personę sunt? Neq; eñ sicut in armis vna res est sub triplici appellatione: ensis/ mucro/ gladius: sicut vnam rem dicitis/et lunam/ et nauem minorem/et luminatorē nocturnū/et si quid aliud vocabuli eidem rei tribuitis: ita potestis dicere eundem primū hominē/quem spiritū potentē/⁊ quē splenditenentē/et quē atlātem maximū: sed alius est ille/alius atq; alius ille et ille/ et neminē istorum christum dicere soletis: Aut quō vnū nomen/si diuersa opera? Aut cur nō totū simul vn⁹ christ⁹/si ꝑpter vnā substātiā/⁊ in arborib⁹ christ⁹/et in ꝑsecutione iudęorū christ⁹/⁊ in sole ac luna christ⁹? Nēpe vias oēs vestra phātasmata ꝑdiderūt: nēpe nihil aliud sunt q̄ visa furentiū.

(Ca. XIIII)

c Ur autem arbitretur faustus/parē nobis esse religionē circa panē ⁊ calicem/ nescio: cū manicheis vinū gustare non religio/sed sacrilegium sit. In vua eñ agnoscunt deū suū/ in cupa nolunt: quasi aliquid eos calcatus

et inclusus offenderit. Noster aūt panis et
calix/non quilibet quasi propṫ christū in-
ipicis ⁊ in sarmentis ligatum sicut illi desi/
piunt: sed certa ꝯsecratione mysticꝰ fit no
bis nō nascit̄. Proinde ꝙ non ita fit/ꝗuis
sit panis ⁊ calix/alimētū est refectiōis/non
sacramentū religionis: nisi ꝙ benedicimꝰ
gratiasqꝫ agimus dn̄o in omni eius mune
re: non solū spiritali/ verūetiam corporali.
Uobis autē per fabulā vestrā in escis om
nibus christus ligatꝰ apponit̄: adhuc ligā/
dus vestris visceribꝰ soluēdusqꝫ ructatibꝰ.
Nam ⁊ cū mādūcatis/dei vestri defectione
vos reficitis: ⁊ cū digeritis/illius refectio/
ne deficitis. Cū eñ vos plenos reddit: re/
sumptio vestra ipsum premit. Qd̄ q̄dē mi/
sericordie deputaret̄/qsi aliquid pro vobis
patit̄ in vobis: nisi vos rursus inanes re/
linqueret/ vt a vobis liberatus effugeret.
Quō ergo cōparas panem ⁊ calicē nostrū/
et parem religionē dicis errorē/longe a ve
ritate discretum/ peius desipiēs q̄ nōnulli
q̄ nos propter panē ⁊ calicē/ cererē ac libe/
rū colere existimēt? Qd̄ ideo cōmemoran/
dū putaui: vt aduertatis ex q̄ vanitate ve
niat etiā illud vestrū/ ꝙ propṫ sabbatū/sa/
turno dicatos fuisse patres nr̄os putatis.
Sicut eñ a cerere et libero paganoꝝ diis
longe absumꝰ/ꝗuis panis ⁊ calicis sacra/
mentū qd̄ ita laudastis/vt in eo nobis pa/
res esse volueritis/ nostro ritu amplecta/
mur: ita patres nr̄i longe fuerūt a saturnia
cis catenis/ ꝗuis pro tp̄e ꝓphetie sabba/
ti vacationē obseruauerint. Ca. XIIII

Sed cur non etiā propṫ hylen quē i
nōnullis libris paganoꝝ frequēta
tur: parem vos cū paganis religio/
nē habere dixistis? Quinimo propṫ h̄ im/
parem lōgeqꝫ dissimilē voluistis intelligi:
qꝛ h̄ noīe/mali principiū ac naturā theolo/
gus vester appellat. In quo quidē imperi/
tia vestra magna deprehendit̄: qꝛ nec q̄d
sit hyle scitis: et h̄ rei vocabulo quā penitꝰ
ignoratis/etiā inflari velut docti affectatis.
Hylen nāqꝫ greci/cū d̄ natura disserūt/ma/
teriē quandā rerū definiūt/ nullo prorsus
modo formatā/sed omniū corporaliū for/
marū capacē: quē quidē in corporū muta/
bilitate vtcūqꝫ cognoscit̄: nam per seipsā
nec sentiri nec intelligi potest. Uerū in h̄
errant quidam gentilium/ꝙ eam tanq̄ co/
eternā deo ꝯiūgunt: vt hec ab illo non sit/

De natura boni ca.18.

ꝗuis ab illo format̄. Qd̄ alienū esse a veri
tate/ipsa veritas docet. Ecce tñ quibꝰ pa/
ganis de hac ipsa hyle inuenimini esse ꝯsi/
miles: ꝙ eam vos quoqꝫ suū habere prin/
cipiū/nec ex deo esse ꝓhibetis: et i hoc vos
dispares esse dicebatis/ nesciētes q̄d dica/
tis: in illo ꝟo ꝙ nulla est huic hyle forma
propria/nec nisi a deo formari potest/ nō/
stre illi veritati ꝯsentiūt/ a vestra aūt falsi/
tate dissentiūt: qui nesciētes q̄d sit hyle. i.
quid sit rerū materies / gentem tenebrarū
eam dicitis: vbi nō solū distinctas q̄nqꝫ ge
neribus innumerabiles corpoꝝ formas/
verūetiam mentē constituitis hoꝝ corpo/
rū formatricē: et qd̄ est imperitiꝰ vel potiꝰ
dementiꝰ/ipsā magis mentē dicitis hylen/
quā nō formari sed formare perhibetis: nā
si esset ibi mēs quedam formans/ ⁊ elemē/
ta corporea quē formarent̄/ illa elementa
dicenda esset hylen: id est materies quā for
maret eadem mens/quā mentē principiū
mali esse vultis. Hoc si diceretis/ non qui/
dem multum erraretis in eo qd̄ est hyle/ni
si ꝙ ipsa quoqꝫ elementa ꝗuis i alias for/
mas formāda: tñ quia iam elemēta essent/
⁊ speciebus propriis distinguerent̄/ hylen
non essent: quia est illa prorsus informis.
Uerūtamen tolerabilis esset imperitia ve
stra: quia eam quē formaret̄/non eam quē
formaret hylen diceretis: sed tñ etiam sic
eo teneremini vani atqꝫ sacrilegi/ quia ne/
scientes omnem modū naturarū/ nume/
rumqꝫ formarū/ et ordinem ponderum nō
esse posse nisi a patre ⁊ filio et spiritusācto/
principio mali tātū bonū tribueretis. Nūc
ꝟo cum et q̄d sit hyle/et quid sit malum ig
noretis: o si possem vobis persuadere vt a
seducēdis imperitioribꝰ vos cōpesceretis.
Iam vero ꝙ etiā inde (Ca. XV
vos paganis vultis esse meliores/
ꝙ illi aris/delubris/simulacris/vi/
ctimis/atqꝫ incenso deum colendū putāt:
vos autem nihil horum facitis/quis non
irrideat: quasi ꝟo non satius sit vel lapidi
qui quo modo est/aram constituere ⁊ victi/
mam offerre/q̄ id quod omnino non est/in
delyramento phantasmatis adorare? Ue/
rum tu qui rationale dei templū te esse di/
xisti/quomodo hoc explicabis? Placet ne
tibi vt templum deꝰ habeat/ cuius aliquā
partem diabolus fabricauerit? An vos nō
estis/qui dicitis omnia membra vestra/to/

tumq; corpus a maligna mente quã hylen
dicitis fabricatũ: cuiusq; ipsi⁹ fabricatricis
partẽ/illic habitare simul cũ parte dei ve/
stri? Que cũ ibi teneat vt phibetis ꝯcate/
nata ⁊ inclusa/vtrũ dei templũ/an dei car/
cerẽ te dicere debuisti: nisi forte aiam tuã
templũ dei dicis/quã ex terra luminis ha/
bes? At illã partẽ dei vel mẽbrũ dei soletis
dicere nõ templũ dei: Restat ꝗ vt templũ
dei nõ te dixeris/nisi ex corpe: qḋ ſm te dia
bolus fabricauit. Ecce quõ tẽplũ dei blas/
phematis: vt nõ solũ sanctũ nõ esse dicatis/
verũetiã machinamẽtũ diaboli/⁊ ergastu/
1. Cor. 3. d. lum dei. At vero apl's: Templum enĩ dei
sanctũ est inquit qḋ estis vos. Et ne putes
tm̃modo ad animã ptinere qḋ dictũ est: au
1. Cor. 6. d. di expressius. Nescitis inqt/ quia corpora
vestra templũ est in vobis spũssancti/ quẽ
habetis a deo? Uos aũt fabricã demonũ
dei tẽplũ dicitis: ⁊ ibi viuũ/sicut faustus ait/
viue maiestatis simulacrũ/christũ filiũ dei
collocatis. Plane christus vester phantas/
maticus habitet in tali templo sacrilege
vanitatis. Ille quippe nõ a similitudine/ſ
a simulatione simulacrũ vocari potest.

Ca. XVI

I Ta et mentẽ tuã aram
fecisti: sed vide cuius. Ex ipsis enĩ
artib⁹ ⁊ disciplinis tuis apparet/
quibus eam imbutã esse dixisti. Ille artes
et discipline vetant panẽ porrigere mẽdi/
canti homini: vt in ara vestra cũ sacrificio
crudelitatis ardeatis: talem aram dño de/
struente/q̃ ex lege cõmemorat q̃li odore de
Osee. 6. c. lectat deus dicẽs: Misericordiã volo q̃ sa
crificiũ. Ubi aũt hoc dñs cõmemorauerit/
Matth. 12. a attendite: cũ. s. transiret per segetẽ/ et esu/
riẽtes discipuli eius vellerẽt spicas/qḋ ho/
micidiũ esse vos dicitis/ ex disciplina ve/
stra q̃ imbuistis mẽtẽ vestrã: aram sane nõ
1. timoth. 4. a dei/sed demonioꝝ mẽdaciloquoꝝ/ex quo/
rum doctrinis inusta cauteriat maligna cõ
scientia: homicidiũ appellãs/ quã veritas
innocentiam dicit. Ita enĩ iudeis ait: vbi
vos quoq; futuros pcussit atq; destruxit.
Si sciretis quid sit/misericordiã volo q̃ sa/
crificiũ: nunq̃ condẽnassetis innocentes.

Ca. XVII

Q Uas aũt habere sim/
plices ⁊ puras orationes tanq̃ di/
uinos honores ac sacrificia poteri/
tis/ cum de ipsa natura atq; substãtia diui
na tanta indigna et turpia sentiatis: vt nõ
solũ vestris sacrificijs deus verus nõ pro/
pitiet: sed in sacrificijs paganoꝝ/deus ve/
ster immolet? Neq; enĩ in lignis solũ et in
herbis/aut in mẽbris humanis: sed etiã in
pecoꝝ carnib⁹ cum ꝯtaminantib⁹ ⁊ pollu/
entibus vinculis colligatũ esse censetis.
Ipsa ṽo aĩa vestra cui deo laudẽ dicat/cu/
ius particulã seipsam in tenebrarũ gente
captã teneri ꝯclamãs/quid aliud q̃ vitupe
rat deũ/quẽ sibi alio pacto aduersus ho/
stes suos ꝯsulere nõ potuisse testatur: nisi
partiũ suarũ tanta corruptione ⁊ tam tur/
pi captiuitate? Unde vestre etiã preces ad
deũ vestrũ nõ possunt esse religiose sed in/
uidiose. Quid enĩ mali apud illũ cõmisera
tis/vt in pena ista nũc ad eũ gematis: quẽ
non propria volũtate peccãdo deseruistis:
sed ab illo dati estis hostib⁹ ipsius/ vt pax
regno eius compararet? Nec saltẽ sicut ob/
sides dari solent/cum honore custodiendi:
nec sicut pastor ad capiendã bestiã tendit
insidias. Pecus enĩ suũ solet ponere in il/
la captoria tendicula/nõ mẽbrũ suũ: ⁊ ple/
rũq; ita vt ante bestia capiat/q̃ pecus le/
datur. Uos autẽ mẽbra dei dati estis ho/
stibus/ non valentes a deo vestro compe/
scere feritatẽ: nisi eorum cõtaminati fedita
te/nõ habẽtes peccatũ propriũ: sed hostili
veneno tabefacti. Unde nõ potestis dice/
re in precibus vestris: Propt' gloriã nois Ps. 78.
tui dñe libera nos/et propiti⁹ esto peccatis
nostris propt' nomẽ tuũ: sed dicitis: Libe/
ra nos arte tua: quia vt modo i regno tuo
securus lugeas/nos hic premimur/dilania
mur/inquinamur. Hec vox accusatoria est
non deprecatoria. Nec illud potestis dice/
re qḋ magister veritatis docuit: Dimitte Matth. 6. b.
nobis debita nostra/sicut ⁊ nos dimittim⁹
debitorib⁹ nostris. Qui sunt enĩ debitores
vestri qui in vos peccauerũt? Si gens te/
nebrarũ: nunqḋ ei dimittitis debita/ quã
vsq; in finem eradicatã eterno carcere in/
cluditis? Que autẽ debita vobis potest il
le dimittere: quando ille potius i vos pec/
cauit/ cum ad ista vos misit/ q̃ vos in illũ
qui mittenti obtemperastis? Aut si pro/
pterea ille nõ peccauit: quia hoc necessita/
te fecit: maior est vestra necessitas/cũ iam
in pugna prostrati iaceatis/q̃ fuit ill'⁹ an/
teq̃ pugnaretis. Jam ṽo vos patimini cõ
mixtum malum: nihil tale ille patiebat cũ
tamen necessitatẽ/vt vos mitteret patere/
tur. Itaq; aut ipse potius debet vobis ꝗ

cũ dimittatis: aut si nec ipse vobis/multo magis nec vos illi. Ubi sunt ergo sacrificia vestra/simplices ac pure orationes: cũ sint fallaces & impure blasphemie?

Ca. XVIII

Et tamen volo mihi dicatis/vnde ista oĩa que laudatis in vobis/ his noĩbus appelletis: vt dicatis templum/aram/sacrificiũ. Si enim vero deo ista vera non debenť: cur laudabiliter in vera religione predicanť? Si aũt deo vero verũ sacrificiũ rite debeť: vñ etiã diuini honores recte appellantur: cetera q̃ dicuntur sacrificia/ad similitudinẽ fiunt cuiusdam veri sacrificij. Hec autẽ partim sũt imitamenta falsoꝝ & fallaciũ deorum/ hoc est demonioꝝ/superbe seui ab eis quos deceperint diuinos honores exigentiũ: sicut sunt vel erant omnia in templis idolisq; gentiliũ: partim predicamẽta vẽturi vnius verissimi sacrificij/qđ pro peccatis omniũ credentium offerri oporteret: qualia erant precepta diuinitus antiquis patribꝰ nostris: vbi erat & illa mystica vnctio qua christus prefigurabať: Unde et ipsum nomen a chrismate duciť. Proinde verum sacrificiũ/qđ vni vero debetur deo: quo eius altare solus christus impleuit: in victimis pecorum imitata demonia sibi arroganť
1. Cor. 10. c. exposcũt. Unde dicit apostolus: Que immolant gentes/demonijs immolãt & non deo: non q̃ offerebať culpans/ sed quia illis offerebať. Hebrei autem in victimis pecorum quas offerebãt deo: multis & varijs modis/sicut re tãta dignũ erat prophetia celebrabãt future victime/ quã christꝰ obtulit. Unde iam christiani peracti eiusdẽ sacrificij memoriam celebrãt: sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis christi. Manichei vero nescientes quid damnandũ sit in sacrificijs gentium/ & quid intelligendũ in sacrificijs hebreoꝝ/ et quid tenendũ vel obseruandũ in sacrificio christianoꝝ/ vanitatẽ suã sacrum offerunt diabolo/qui eos decepit recedentes
1. timoth. 4. a a fide: intendentes spiritibꝰ seductoribus et doctrinis demonioꝝ in hypocrisi mendaciloquoꝝ.

Ca. XIX

Discat ergo faustus/ vel potius illi qui eius litteris delectanť/monarchie opinionẽ/non ex gentibꝰ nos habere/sed gentes non vsq; adeo ad falsos deos esse delapsas/vt opinionem amitterent vnius veri dei/ex quo est omnis qualiscunq; natura. Sapientes enĩ eorum: qz sicut dicit apostolus: inuisibilia dei a con- Roma. 1. c
stitutione mundi per ea que facta sunt intellecta conspiciunť: sempiterna quoq; virtus eiꝰ ac diuinitas: vt sint inexcusabiles: quia cognoscẽtes dñm/non sicut deum honorificauerũt aut gratias egerunt/sed euanuerunt in cogitationibꝰ suis/ et obscuratum est insipiens cor eorum: dicentes enĩ se esse sapientes stulti facti sunt/ & immutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis/et volucrum/et quadrupedum/et serpentium. Hec sunt enĩ simulacra gentium in quibus interpretãdis non habent exitũ nisi ad creaturã quã cõdidit deꝰ: vt in ipsa quoq; interpretatiõe simulacroꝝ/ de qua se peritiores eorum iactare atq; inflare cõsuerũt/hoc in eis fiat qđ paulopost idem apostolus dicit: Coluerũt & seruierũt creature potius q̃ creatori: qui est benedictꝰ in secula. Uos autem et in eo q̃ eis dissimiles estis/ vani estis: et in eo q̃ eis similes estis/peiores estis. Ad hoc enim non cum ipsis creditis monarchiam/ qđ illi verum credunt: vt ipsius vnius dei substantiã expugnabilem corruptibilẽq; credatis/ qđ ẽ impie vanitatis: in pluribꝰ autẽ dijs colẽdis/doctrina demonioꝝ mẽdaciloquoꝝ illis psuasit multa idola/vobis multa phantasmata.

Ca. XX

Et sacrificia eorũ vertimus in agapes: sed sacrificiũ illud quod paulo ante cõmemoraui intelleximus/ dicente dño: Misericordiam volo q̃ sacrificiũ. Matth. 12. a
Agapes enĩ nostre/pauperes pascunt/siue Osee. 6. c
frugibus/siue carnibus. Pascitur enĩ creatura dei/de creatura dei que hominis dapibus congrua est. Uobis autem quia demonia mendaciloqua persuaserunt/nõ ad regendam carnem/ sed ad exercendã blas- 1. timoth. 4. a
phemiã/abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiendũ cum gratiarũactione fidelibus et his qui cognouerũt veritatẽ: qm̃ omnis creatura dei bona est/et nihil abijciendũ qđ cum gratiarũactione percipitur: ingrati creatori/et pro largis eiꝰ beneficijs sacrilegas retribuentes iniurias: qm̃ plerũq; in agapibꝰ etiam carnes pauperibus erogantur: misericordiam christianoꝝ similem dicitis sacrificijs paganoꝝ: quoꝝ

nõnullis in hoc quoq similes estis. Pro/
pterea enĩ nefas habetis pecora occidi: q̃r
humanas animas in ea reuolui arbitra/
mini: q̃d in quorũdam gẽtiliũ philosopho
rum libris inuenit̃: q̃q̃ a posteriorib⁹ aliũ
intellectũ esse dicatur. Uerum in hoc etiã
multo deterius erratis: Illi enĩ in pecore
timuerũt trucidare proximũ suũ: vos autẽ
deum vestrũ/cuius mẽbra esse etiam peco
rum animas arbitramini. Ca. XXI

n Am q̃ etiam hinc nobis calũniat̃
faustus/q̃ martyrũ memorias ho/
noramus/in hoc dicens nos idola
conuertisse: non tam me mouet vt hic calũ
nie respondeam: q̃ vt ipsum faustum ostẽ/
dam studio calũniandi/ etiam ab ipsi⁹ ma/
nichei vanitatibus exorbitare voluisse: et
in vulgarem atq poeticam paganorum opi/
nionem/a quibus se alienissimũ cupit vi/
deri/nescio quõ incautum incidisse. Cũ enĩ
dixisset nos vertisse idola in martyres: q̃s
votis inquit similib⁹ colitis/defunctorum
vmbras vino placatis & dapibus: sunt er/
go vmbre defunctorum? Nunq̃ hoc i vestris
sermonib⁹ audiuimus/nunq̃ in litteris le/
gimus: immo cõtradicere soletis talibus
opinionib⁹/asserentes animas mortuorũ
malas minusve purgatas/aut i reuolutio/
nes ire/aut in grauiores aliquas penas:
bonas autẽ et in naues imponi/et in celo
nauigantes transire hinc in illud phantas/
ma terre luminis / pro qua pugnando pe/
rierant: ita nullas animas circa suorũ cor/
porum sepulchra detineri: Unde igit̃ vm/
bre defunctorum? Que substãtia eorum: qui lo/
cus? Sed maledicendi cupiditate faustus
quid profiteret̃ oblitus est: aut forte dor/
mitans/vmbras somniando dictauit: nec
cum verba sua legeret euigilauit. Popu/
lus autem christianus memorias martyrũ
religiosa solẽnitate concelebrat/et ad exci/
tandam imitationẽ/et vt meritis eorũ cõ/
societur/atq orationib⁹ adiuuetur: ita ta/
men vt nulli martyrũ / sed ipsi deo marty/
rum: q̃uis in memorias martyrum cõstitua/
mus altaria. Quis enĩ antistitum in locis
sanctorum corporum assistens altari/aliquã/
do dixit: Offerimus tibi petre/aut paule/
aut cypriane: sed q̃d offertur/offertur deo
qui martyres coronauit apud memorias
eorum quos coronauit: vt ex ipsorum lo/
corum admonitione maior affectus exur/
gat/ad acuendam charitatem: et i illos q̃s
imitari possumus: et in illum quo adiuuã/
te possumus. Colimus ergo martyres/ eo
cultu dilectionis & societatis/quo et in hac
vita colunt̃ sancti homines dei: quorũ cor
ad talem pro euangelica veritate passionẽ
paratũ esse sentimus. Sed illos tanto de/
uotius/quanto securius post incerta om/
nia superata: quanto etiam fidentiore lau
de predicamus/iam in vita feliciore victo/
res: q̃ in ista adhuc vsq pugnantes. At il/
lo cultu que grece latria dicit̃: latine vno
verbo dici nõ potest/ cum sit quedam pro-
prie diuinitati debita seruitus: nec colim⁹
nec colendum docemus/ nisi vnũ deũ. Cũ
autem ad hunc cultum pertineat oblatio
sacrificij/ vnde idolatria dicitur eorum qui
hoc etiam idolis exhibent: nullo modo ta/
le aliquid offerimus aut offerendum preci
pimus/ vel cuiq̃ martyri/ vel cuiq̃ sancte
anime/ vel cuiq̃ angelo: et quisquis in hũc
errorem delabitur/corripit̃ per sanam do/
ctrinam/siue vt corrigatur/siue vt caueat̃.
Ipsi enim sancti/vel homines/ vel angeli
exhiberi sibi nolunt/q̃d vni deo deberi no/
runt. Apparuit hoc in paulo et barnaba: Act. 14. b.
cum commoti miraculis/ que per eos facta
sunt/licaonij tanq̃ dijs immolare volue/
runt: conscissis enim vestimentis suis/cõ/
fitentes et persuadentes se deos non esse:
ista sibi fieri vetuerunt. Apparuit et in an/
gelis/sicut in apocalypsi legimus: angelũ
se adorari prohibentem/ac dicentem ado/
ratori suo: Conseruus tuus sum et fratrũ Apocal. 19. b
tuorum. Ista sibi plane superbi spiritus et. 22. b.
exigunt/diabolus et angeli eius: sicut per
omnia templa et sacra gentilium. Quorũ
similitudo in quibusdam etiam superbis
hominibus expressa est: sicut de babylo/
nie quibusdam regibus memorie commẽ/
datum tenemus. Unde sanctus daniel ac Daniel. 3. a.
cusatores ac persecutores pertulit/ q̃d re/
gis edicto proposito/ vt nihil a quoq̃ deo
peteretur nisi a rege solo: deum suũ hoc ẽ
vnum et verum deũ adorare deprecariq
deprehensus est. Qui autem se in memo/
rijs martyrum inebriant: quomodo a no/
bis approbari possunt/ cum eos etiam si i
domibus suis id faciant/sana doctrina cõ/
demnet? Sed aliud est q̃d docemus/ aliud
q̃d sustinemus / aliud q̃d precipere iube/
mur/aliud q̃d emendare precipimur/& do/

nec emendemus tolerare compellimur. Alia est disciplina christianorum: alia luxuria vinolentorū vel errori infirmorum. Veruntamen et in hoc ipso distant plurimum culpe vinolentorū et sacrilegorū. Longe quippe minoris peccati est ebrium deridere a martyribus: ꝗ̃ vel ieiunum sacrificare martyribus. Sacrificare martyribus dixi: non dixi sacrificare deo in memoriis martyrum: qđ frequentissime facimus: illo dūtaxat ritu / ꝗ sibi sacrificari noui testamenti manifestatione precepit: qđ pertinet ad illum cultum que latria dicitur / et vni deo debetur. Sed quid agam / ꝛ tante cecitati istorum hereticorum quando demonstrabo / quā vim habeat qđ in psalmis canitur: [Ps. 49.] Sacrificium laudis glorificabit me: et illic via est vbi ostendam illi salutare meum? Huius sacrificii caro ꝛ sanguis ante aduentum christi per victimas similitudinū promittebatur: in passiōe christi per ipsam veritatem reddebat: post ascensum christi ꝑ sacramentum memorie celebratur: ac per hoc tātū interest inter sacrificia paganorū et hebreorum: quantum inter imitationē errantem / et prefigurationem prenūciantem. [De ciui. dei li. 4. ca. 10. ante finem.] Sicut autem nō ideo contēnenda vel detestanda est virginitas sanctimonialiū / quia et vestales virgines fuerunt: sic non ideo reprehendēda sacrificia patrum / quia sunt et sacrificia gentium: quia sicut inter illas virginitates multum distat / ꝗ̃uis nihil aliud distet nisi que cui voueatur atꝗ reddatur: sic inter sacrificia paganorum ꝛ hebreorum multum distat / eo ipso ꝙ hoc solum distat / que cui sint immolata ꝛ oblata: Illa scilicet superbe impietati demoniorum / idipsum sibi ob hoc arrogantium qđ haberent dii: quia diuinus honor est sacrificium: illa vero vni deo vt ei offerretur similitudo / promittens veritatem sacrificii cui erat offerenda ipsa reddita veritas in passione corporis ꝛ sanguinis christi.

Neꝗ enim sicut faustus (Ca. XXII.) dixit / priores nostri iudei segregati a gentibus / cum templum dei haberent / et immolationes / et aras / et sacerdotia / sculpturas solum dimiserunt: id est idola: poterāt enim sicut nōnulli etiam sine idolorum sculpturis arboribus et montibus: postremo etiam soli ac lune ceterisꝗ syderibus immolare. Qđ si facerent per illum cultum que latria dicitur / creature potius ꝗ̃ creatori seruientib⁹: et ob hoc non paruo malo impie superstitionis errātibus / nihilomin⁹ demonia se preberēt ad eos illudendos / et ab eis sumenda que sic obtulissent. Illi quippe superbi et impii spiritus / non nidore ac fumo / sicut nōnulli vani opinantur / sed hominū pascuntur erroribus: non sui corporis refectiōe / sed maliuola dilectione: cum quoquo modo decipiunt / vt arroganti fastu simulate maiestatis / cum diuinos sibi honores exhiberi gloriantur. Non ergo illi patres nostri sola gentium simulacra dimiserunt / sed neꝗ terre neꝗ cuiꝗ terrene rei / neꝗ mari / neꝗ celo / neꝗ militie celi aliquid immolātes: vni deo creatori omniū victimas obtulerunt: quas sibi offerri voluit / per earum similitudinem / promittens victimam verā / per quam nos sibi peccatorum remissione reconciliauit christo iesu domino nostro: cuius capitis corpus effectos fideles paulus alloquitur dicens: Obsecro autē vos [Ro. 12. a.] fratres per misericordiam dei vt exhibeatis corpora vestra hostiam viuentem / sanctam / deo placentem. Sed manichei corpora humana opificium dicunt esse gentis tenebrarum: et carceres quibus victus inclusus est deus. Vnde longe aliud annūciat faustus / aliud paulus. Sed qm̄ quisꝗs [Gal. 1. b.] vobis euangelizauerit preterꝗ accepistis / anathema sit. Verum dicit christus i paulo: anathema sit manicheus in fausto.

Qui etiam dicit / nihil (Ca. XXIII) nos mutasse de moribus gentium nesciens quid loquat. Cum em̄ iu- [Ro. 1. b.] stus ex fide viuat: finisꝗ precepti sit charitas [1. timoth. 1. a] de corde puro ꝛ consciētia bona et fide non ficta: maneantꝗ ad confirmādā vitam fideliū tria hec: fides / spes / charitas: [1. Cor. 13. d.] vnde fieri potest / vt pares cum aliquo mores habeat / qui hec tria cum illo paria non habet? Qui enim aliud credit / aliud sperat / aliud amat: necesse est vt aliter viuat. Et si vsus quarundam rerum similis videtur nobis esse cum gentibus / sicut cibi et potus / tectorum / vestimentorum / lauacrorum: et qui ex nostris coniugalem vitam gerunt / vxorum ducendarum / et habendarum / filiorum gignendorum / nutriendorum / hereditandorum: longe tamen aliter his rebus vtitur / qui ad alium finem

vſum earum refert: et aliter ex his deo gra
tias agit / de quo praua et falſa non credit.
Sicut enim in ipſo errore veſtro / cum eo
pane veſcamini quo cęteri homines / et fru
ctibus viuatis et fontibus / et lana et li/
no ſimiliter texto amiciamini / nec in his ta
men parem ducitis vitam / non aliud eden/
do aut bibendo / aut īduēdo / ſed aliud ſen/
tiendo ⁊ credendo ⁊ ad aliū finem iſta om/
nia referendo / finē. ſ. veſtri erroris atq; va/
nitatis: ita nos et in his ⁊ in alijs quę ſimi/
liter ſumim⁹ / non ſimiliter cum gentib⁹ vi/
uimus / eaſdem res non ad eundē finem re/
ferendo / ſed ad finem legitimi diuiniq; prę
1.timoth.1.b. cepti / charitatē de corde puro ⁊ conſciētia
bona ⁊ fide non ficta: a quibus quidā ab/
errantes conuerſi ſunt in vaniloquiū. In
quo ſane principatū tenetis / nō intuētes /
non ꝯſiderantes in eiſdem habendis agen
diſq; rebus tñ ad diuerſam vitam valere
ſi diuerſa ſit fides: vt cum auditores veſtri
et vxores habent / et filios ꝗuis inuiti ſuſ/
cipiant / eiſq; patrimonia congerāt vel cu/
ſtodiant / carne veſcanť / vinū bibāt / lauēt /
metant / vindemiēt / negocienť / honores
publicos adminiſtrēt: vobiſcū eos tamen
non cum gentib⁹ computetis / cū facta eo/
rum gentibus videanť ſimiliora ꝙ vobis.
Nam et quorundā facta gentiliū cum ma/
gis vobis propinquēt ꝙ quibuſdā audito
ribus veſtris: nōnulli quippe in ſacrilegis
ſacris ſuis ⁊ a vino ⁊ a carnib⁹ et a concu/
bitu temperant / potius auditores veſtros
his omnib⁹ vtentes / ⁊ in eo vobis diſſimi
les / in manichei grege numeratis / ꝙ iſtos
eadem ꝗ facitis faciētes / potiuſq; fęminā
quę ī manicheum crediderit veſtram dici/
tis etiam paritētem: ꝙ ſibyllam nec ſaltem
nubentē. At eñ multi chriſtiani catholici
vocantur / et ſunt adulteri / raptores / auari /
ebrioſi: et quicquid aliud ſanę doctrinę ad
uerſatur. Quid autem inter vos ī tam exi/
guo ac pene nullo numero veſtro: nonne
plerīq; ſunt tales / et quidam ī paganis nō
ſunt tales? Num ideo paganos qui tales
nō ſunt / dicitis meliores vobis: cū tamen
propter ſacrilegam vanitatem ſectę veſtrę
etiam qui in vobis tales non ſunt / paga/
quod est ille qui fecit et per quē fecit. Ita-
qꝫ quoniā per eū fecit secula: recte ab apo-
stolo dictus est/ rex seculoꝝ tanqꝫ superior 1.Timoth.1.d
inferiorū et regendi potens/regens ea que
regimine indigeant. Tu autem cum iesum
christum regem luminū appellas: si genu-
it ea/cur nō sunt equalia generanti? Si au
tem dicis equalia/quomodo rex eorum ē:
cum regem necesse sit regere: nec vllo pa-
cto fieri possit/vt sint ea que reguntur ei a
quo reguntur similia? Qꝫ si nō genuit sed
fecit hec lumina:quero vñ fecerit? Si de se-
ipso propagauit/cur ergo inferiora sūt? Si
autem nō de seipso:dic vnde? An forte nec
fecit nec genuit lumina quib⁹ regnat? Ha- B
bent ergo originem ꝓpriam atqꝫ naturā:
sed ꝑfecto inualidiorē/ vt a potentiore vi-
cino vel patiant' se regi vel cupiunt. Non-
ne cognoscis si ita est/ex pacto/gentē tene- Al. respecto
brarum iam duas esse naturas/ alteram al
terius egere auxilio:sed neutram ex alteri-
us pendere principio. Hanc ꝑfecto opini-
onē tu repudias: quoniā manicheo maxi-

me aduersa est: qui nõ duas naturas/ regẽ luminum et lumina quę reguntur: sed duas naturas regnum luminum et regnum tenebrarum persuadere conatur. Refugies igitur ad id vt genita dicas hęc lumina: vbi cũ quęsiero/ cur infirmiora sint? cõtendere fortasse temptabis ęqualia. Sed cũ retulero: quę causa est vt regãtur? Regabis regi. Hinc respondebo: cur habent regem? Ubi nõ video quid restat ingenuitati tuę nisi vt te pęniteat tale ostiũ posuisse i epistola tua/ ꝓ qᷓ tuipse exire nõ possis. Sed etiam cum te pęnituerit ⁊ dixeris: nõ ideo manicheum victum putari oportere: ꝗ tu aliquid in litteris tuis incautius posuisti: innumerabilibus locis de libris manichei recitabo: Regnũ lucis ab eo vocari/ quod regno tenebrarum naturaliter constituit esse cõtrariũ: nec regnum sed regna: Quãdo quidem in ipsa epistola ruinosi fundamẽti cũ de deo patre loqueretur: Nullo inquit in regnis eius/ aut indigente aut infirmo constituto. Ubi autẽ regna sunt: quis tam cęcus est qui nõ intelligat ęquales reges his quibus regnant omnino esse non posse? C Quid igitur tam vicinũ si velis aduertere/ et tam conueniens honestati pectoris tui/ ꝗ̃ vt te nõ pęniteat illud in epistola posuisse? Est eñ verissime iesus christus rex luminum/ nullo modo sibi ęqualium/ sed subiectorum/ et eorum rector beatorum. Pęniteat autem te potius fuisse manicheum: cuius omes deceptorias machinationes veridica frõs epistolę tuę vno ictu arietante subuerterit. Quia enim christus luminum rex est: nec de seipso genuit inferiora quibus rex esset: nec ea vicina sibi quibus regnaret assumpsit quę nec genuerit ipse nec fecerit: ne sint duo genera boni/ quorum neutrũ sit ex altero: sed ne vnũ indigens altero/ quod a tramite veritatis alienum est: Restat vt ea lumina quibus regnat: quę vtiꝗ bona sunt/ quia inferiora sunt/ non genuerit: quia propria sunt/ nõ vsurpauerit/ sed fecerit et ꝯdiderit de⁹.

Qꝛ deus omnia de nihilo: et nõ aliquo pręiacenti fecerit quod ipse non fecit: Ca. iiii.

B Si volueris quęrere vnde fecerit: ⁊ imaginari cęperis adiutoria materię quam ipse non fecit/ vt ibi nõ videatur omnipotens facere quod vellet/ nisi cum aliqua res quam non fecerat adiuuaret/ rursus inexplicabiles caligines erroris patieris. Sed dicta prophetica sobrio captu intelligentię sublimi atꝗ ineffabili maiestati apertissime adiunguntur: Ipse dixit inquiunt et facta sunt: ipse mãdauit et creata sunt: Ps. 32. Ita videbis quomodo dicatur in catholica fide/ ꝗ deus de nihilo fecerit omnia bona valde. Gen. 1. d. Si enim de aliꝗ fecit/ vtiꝗ aut de seipso aut non de seipso. B Sed si de seipso: nõ ergo fecit/ sed genuit: Cur igitur inferiora genuit? Nam eorum nisi inferiora essent/ rex esse non posset. Si nõ de seipso/ nõ vtiꝗ de aliquo qᷓ ipse non fecit: alioꝗn de alieno fecit: ⁊ erat iam bonum quod ipse non fecerat/ vnde sibi regnum statuerat. Qᷓ si ita est/ incipit non esse bonorum operũ creator: quia erat bonum quod ipse non creauerat. Non eñ de malo alieno lumina quibus regnaret efficeret: Relinquitur itaꝗ/ vt si de re aliqua fecit: de illa fecerit quam ipse iam fecerat.

Quare christus ⁊ ſm quam naturam dicatur vnigenitus: et ſm quam primogenitus: et ꝗ nos ſm adoptionem simus primogeniti. Ca. v.

A Ita fit vt primas origines condendarum rerum de nihilo deũ fecisse fateamur: nisi quia forte ineffabili ac sacratissimę maiestatis primogenitum iesum christum esse dixisti/ nõ ſm susceptionem hominis/ in qua per adoptionem vocatos/ sicut apostolus dicit: Ro. 8. f. et sicut catholica credit fides/ habere dignatus est/ quibus esset primogenit⁹: sed potius ſm ipsã diuinitatis excellentiam vis eum primogenitum intelligi: vt illa lumina in quibus regnat semper eius sint: non facti a patre per ipsum/ sed geniti a patre post ipsum/ vt sint ipsi postgeniti/ ille primogenitus: omnes tamen de propria patris eãdemꝗ substantia. Qꝛ si ita credis/ primum contradicis euangelio/ vbi etiam vnigenitus dictus est: Et vidimus inquit gloriã eius tãꝗ vnigeniti a patre: Joh. 1. b. Quoniã nullo modo verum diceretur/ si sempiterna quoꝗ virtus eius ac diuinitas/ qua consubstantialis est patri/ et est ante omnẽ creaturã:

nisi ex eadem substantia semper habe-
ret. Itaq; cum et vnigenitum et primo-
genitum/ eum diuina testantur eloquia:
Unigenitū/quia sine fratribus: primoge-
nitum/quia cum fratribus: non inuenies
quomodo vtrunq; de illo ſm eandem na-
turam diuinitatis intelligas. Fides vero
B catholica quę inter creatorem creaturam
q; distinguit: nullam patitur in his duo-
bus nominibus intelligendi difficultatē:
vnigenitum eū accipiens ſm id quod scri-
Joh.1.a ptum est: In principio erat verbum: & ver-
bum erat apud deum: et deus erat verbū.
Primogenitum autem vniuersę creatu-
Col.1.c. rę/ ſm id qd apostolus ait: Ut sit ipse pri-
mogenitus in multis fratrib⁹: quos ei pa-
ter ad fraternam societatem: non ęquali-
Ro.8.c. tate substantię/ sed adoptione gratię ge-
nerauit. Lege itaq; scripturas: nusq̄ inue-
nies de christo dictum/ q; adoptionis sit
filius dei: De nobis autē sępissime legi-
Ibi.8. tur: Accepistis spiritum adoptionis filio-
rum adoptionem expectantes redempti-
Gal.4.a onē corporis nostri/ vt adoptionem filiorū
Eph.1.a recipiam⁹: prędestinauit nos in adoptionē
1.Pet.2.b filiorū: Gens sancta/ populus in adoptio-
2.thessal.2.d nem: Uocauit vos per euāgeliū nostrum
in adoptionem glorię domini nostri iesu
C christi: Et si qua talia recordāti vel legen-
ti occurrerint. Aliud est enim p patris ex-
cellentiam esse vnicum filium dei: aliud
per misericordem gratiam accipere pote-
statem filios dei fieri credentes in eum:
Joh.1.a Dedit eis inquit potestatem filios dei fie-
ri. Non ergo erant natura/ cum potestatē
vt fierent acceperunt credendo in ipsum:
Ro.8.f. Cui vnico nō pepercit/ sed pro nobis om-
nibus tradidit eum: vt apud se vnigenitū/
ad nos primogenitum faceret. Ex illo igi-
Joh.1.b. tur q; vnigenitus est: non ex carne/ non ex
sanguine/ non ex voluntate viri/ neq; ex
voluntate carnis/ sed ex deo natus est. Ex
illo autem q; primogenitus in ecclesia fra-
tribus factus est: verbum caro factum est/
& habitauit in nobis. Nos quoq; inquan-
Eph.2.a tum naturaliter filij irę fuimus/ hoc est vin
dictę filij/ vinculo mortalitatis obstricti:
quāuis illo creante atq; instituente/ qui
Sap.11.d proculdubio a summis vsq; ad ima/ om-
nia in mensura et numero et pondere dis-
ponit et format: tamen ex carne et sangui-
ne & ex voluntate carnis nati sumus. In-

quantum autem accępimus potestatem fi
lij dei fieri: nec nos ex carne et sanguine/
aut ex voluntate viri/ aut ex voluntate car
nis/ sed ex deo: non quidem coęquante na
tura/ sed adoptante gratia nascimur.

Querit augustinus/ quid sen-tiat secundinus de primogeni-to: an sit prior duratione: vel ali-quo alio modo: Ca. VI.

Einde si iam concederem non esse A
D vnicum patri iesum christum/ ſm
eiusdem substantię diuinitatem/
sed habere semper post se natos quibus es-
set primogenitus: quomodo rex eorū esse
posset? Queso te/ an auderes dicere eo for-
tiorem natum esse quo priorem? Puderet
certe ita sentire. Non autē ita sentis: quid
igitur sentis? Leni animū tuum/ et placa-
bilem te redde considerandę sine pertina-
cia veritati. Hoc enim etiam abs te requi
ram/ quomodo intelligas primogenitum
iesum christum in illa diuina atq; optima
ęternaq; substantia: vtrum tempore pri-
mus est genitus/ vt posteriores natos in
illo regno intelligamus quibus est primo-
genitus? Neq; possumus dicere quot ho-
ris vel diebus/ mensibus aut annis ma-
ior sit/ qui ortus est prior: sed tamen ali-
quo interuallo atq; spacio temporalit̄ has
generationes discretas esse cogitemus.
An vero non tempore/ sed ipsa excellentia
sublimioris vtiq; maiestatis/ qua etiam
rex esset fratribus luminibus meruit/ pri-
mogenitum accipimus tanq̄ in aliquo ge
nitum principatu. Si responderis eum
tempore fratribus priorem esse atq; ma-
iorem: vt iam ex hoc & regnum insuper de-
latum esse contendas/ quod eos nascendo
pręcesserit: et aliquando ipse fuerit cum
illi nondum essent: quid dicis frater? Ita B
ne pręcipitabis cor tuum in hoc impieta-
tis abruptum/ vt existimes in illam diui-
nam summamq; naturam mutabilitatem
temporis cadere: et credas ibi aliquid exi-
stere/ quod ante non fuerit? An forte opor
tebat inde aduersus tenebrarum gentem C
lumina progredi: progressiones ipsas ge-
nerationes vocas/ quas temporaliter fa-
ctas putas/ vt temporaliter pugnaretur?
Non ergo poterat vnum lumen sufficere/
quod totum illud bellicum negocium di-
uina v̄tute perageret. Aut si multis opus

erat/hoc nūc spiritalius sentiēdū ē/ vt an-
gustum arbitremur aditum fuisse/qua si-
mul exire non possint: vt ex eo ꝙ vnus e
fratribus prior exiret/et primogenitus di-
ci/ et rex fieri ceteris mereretur. Nolo mi-
nutatim singula prosequi: ne ingenio tuo
valenti ex paucis cuncta conspicere/nimis
onerosus sim. Erige igiť aciē mētis/nebu-
las contentionis absterge: Uideo profe-
C cto neq̄ ſm loca neq̄ ſm tempora/ mot⁹/
progressus/exortus/occasus/ illas ve con-
uersiones fieri posse nisi in creatura muta-
bili: quę tamen nisi esset ex artifice et con-
Ro.1.e ditore deo/non dixisset apostolus: Et ser-
uierunt creaturę potius q̄ creatori/ qui est
benedictus in secula.

Q christus dei filius non sit creatura/ sed patri consubstantialis: Ca. VII.

A In hac enī sententia maxime duo
sūt necessaria: quę mecū ītuearis/
peto. Unū/quia si creatura aliena
esset a deo/non eius creator deus ab apo-
stolo diceretur. Alterū/quia si vnius eius-
demq̄ substantię creator et creatura esset/
non reprehenderentur: quia seruierunt cre-
aturę potius q̄ creatori: quoniam cuicun-
q̄ seruissent/ ab eadem natura atq̄ sub-
stantia non recessissent. Quomodo enim
nemo potest seruire filio qui non seruiat ⁊
patri/ quia vtriusq̄ est vna substantia: sic
nemo potest seruire creaturę nisi seruiens
creatori/ si esset vtriusq̄ vna substantia.
Unde si iam discernis et sapis/plurimum
intenderes esse inter creatorem et crea-
turam: atq̄ oportet intelligas prolē cre-
atoris non esse creaturam: nec sibi esse in-
feriorem sed ęqualem/eiusdēq̄ substantię:
Ac per hoc si quis coleret eiq̄ seruiret/ si-
mul etiam creatori eius et patri cultum
seruitutemq̄ prębe
ret. Cum vero repre-
henduntur ab apostolo/et detestabiles ha-
bentur qui coluerunt et seruierunt cre-
aturę potius q̄ creatori: satis ostenditur
illius et huius diuersas esse substantias.
B Sicut enim non potest videri/ hoc est in-
telligi filius/nisi in ipso intelligatur et pa-
Joh.14.b ter: Ipse enim dicit: Qui me videt/ videt
et patrem: sic non potest coli fili⁹/nisi in eo
colať et pater: Et ideo si creatura fili⁹ esset/
nō coleret sine creatore: neq̄ dānareť q̄ cre-
aturā poti⁹ q̄ creatorē coluerūt. Perspicis
itaq̄ iam vt arbitror/ nō tibi cōgruere vt
dicas primogenitum secretissime atq̄ in-
effabilis maiestatis/et omnium luminum
regem iesum christum/nisi manicheus esse
destiteris/ vt creaturam a creatore discer-
nas: vt iesus christus ⁊ vnigenitus sit ſm
id ꝙ verbum dei est/deus apud deum pa- Joh.1.a.
riter incōmutabilis et pariter ęternus: nō
rapinam arbitrans esse ęqualis deo/⁊ pri- Phil.2.a
mogenitus omnis creaturę/ſm id ꝙ in ip- Col.1.b
so condita sunt omnia/in cęlis et in terra:
visibilia et inuisibilia. Agnoscis enim vt
opinor/ verba apostoli ad colossenses.

Ostendit secundinum scđm dicta sua sentire/vel deum mutabilem/vel creaturam immutabilem: quorum vtrunq̄ est impium: Ca. VIII.

Quapropter cū abs te quęro/vnde A
sit facta vniuersa creatura/ q̄ nisi
in suo genere bono/ creatore tamē
inferior/atq̄ illo incōmutabili permanen-
te/ ipsa mutabilis: non inuenies quid re-
spondeas/ nisi de nihilo factum esse fate-
aris: Et ideo potest vergere ad nihilum/
quando peccat illa creatura: ⁊ portio quę
potest peccare/ non vt nihil sit/ sed vt mi-
nus vigeat/ minusq̄ firma sit. Nam min⁹
vigere et minus valere/ si omnino perdu-
cas ad vltimum/remanet nihil. Diligit er-
go sponte vanitatem/ cum deserta solidi-
tate veritatis opinabilia sequitur/id ē mu
tabilia. Cū autem inde meritas pęnas lu-
it/subijcitur nō sponte vanitati/sicut subie
cta est in homine peccante. Hinc enim ait
apostolus: Omnis creatura vanitati sub- Ro.8.f.
iecta est/non sponte: quia ⁊ in homine om
nis est: Inest quippe homini ⁊ inuisibile q̄d
ſm animam/ et visibile ſm corpus. Om-
nis autem creatura partim ē visibilis/par-
tim inuisibilis: nec tamen omnis in pecto-
re cui mens sit intellectualis nō ē/ in spem
sane subiectam esse dicit ꝓpter misericor-
diam liberantis per remissionem peccato-
rum et adoptionē gratię. Tu vero si fateri
nolueris a patre ꝑ filium in bonitate spiri-
tussancti/ quę trinitas consubstantialis/et
ęterna/et incōmutabilis semper manet: de
nihilo factam esse creaturam: bonā quidē/
sed tamen imparem creatori atq̄ mutabi-

lem: cogeris vtiq sacrilegia dicere / vt ali-
quid deus de seipso genuerit quod non sit
equale gignenti / et possit subiici vanitati:
aut si equale dixeris / erit vtrumq mutabile.
Que maior impietas quam ista credere ac di-
cere: et malle peruersa opinione deum in de-
terius / quam correcta ratione seipsum in me-
B lius commutare. Si autem timueris dice-
re mutabilem deum: quia reuera magna est et
apertissima impietas: dixeris etiam creatu-
ram esse incommutabilem / vt eam parem facias
creatori / et vnius eiusdemq substantie: rur-
sus tibi tua epistola respondebit. Unde enim (F. in epla se- cundini. b.)
est anima illa / quam ponis in medio spiri-
tuum: cui a principio dicis naturam suam
dedisse victoriam: eiq legem conditionem
que proponis: quia si vna cum spiritu virtutem
fecerit / habebit cum eo vitam perpetuam: il-
ludq possidebit regnum ad quod dominus
noster inuitat: Si vero ab spiritu vitiorum in-
cipiat trahi: ac post consensum penitudi-
nem gerat / habebit harum sordium indul-
gentie fontem. His certe verbis ex episto-
la tua recognitis / simul etiam recognoscis mu-
tabilem te anime constituisse naturam. Aliquando
enim consentire spiritui vitiorum / ac rursus
penitudinem gerere: quid est aliud quam nunc
in melius / nunc in deterius commutari? Et hoc
te manifestissima veritas compulit dicere.
Ipsa enim anima tua / nisi dissimulare velles:
vrgeret te attendere mutabilitatem suam:
et totiens ex quo natus es / per varias vo-
luntates / doctrinas / obliuiones / consensio-
nesq mutata / testis sibi fieret / ac nulla ex-
trinsecus documenta queritaret.

Ostendit augustinus dei filium propter assumptam carnem non esse mutabilem: Ca. IX.

A Nisi forte hoc te adiuuari putas / vt
dicas incommutabilem esse animam:
quia subiunxisti dicens: Non enim
propria voluntate peccauit / sed alterius du-
ctu: carnis enim commixtione ducitur / non pro-
pria voluntate. In qua sententia forte hoc
vis intelligi / vt scilicet anima in natura pro-
pria sit incommutabilis: in alterius vero na-
ture commixtione mutabilis: quasi vero que-
ratur / cur ita sit: et non quia ita est: Iam hoc (Al. tunc)
modo etiam hectoris et aiacis / immo veri-
us cunctorum hominum atq animantium corpora
inuulnerabilia dicerentur / si abesset ictus et
casus / quibus eis vulnus possit infligi. Sed
nimirum propterea solius achillis corpus / siue
poetico figmento / siue aliqua occultiore vi
in rerum natura inuulnerabile dictum est:
quod etiam tela cum ingruerint non penetra-
bant: et ex qua parte penetrari potuit / ex
hac vtiq inuulnerabilis non fuit: Sic ani-
ma si esset inuulnerabilis / ita nullius rei per-
mixtione commutaretur / sicut corpus quod est
inuulnerabile si nullius rei contactu aut impe-
tu vulneretur. Itaq nos quia dei verbum in- B
contaminabile dicimus / etiam carne mortali
et vulnerabili assumpta: vt nos et mortem et
quelibet incommoda corporis contemnere
doceret / natum de virgine credere non time-
mus: Uos autem quia impia peruersitate con-
taminabilem filium dei creditis / carni eum per-
mittere formidatis: cuius tamen substantia in
anime naturam esse perhibentes / ita commixtam
carni asseueratis / vt etiam in deterius commu-
tatum non dubitetis opinari. Elige igitur quid
velis / vtrum deum commutabilem dicere vel cre-
dere / vt de commutabili patris substantia com-
mutabilem prolem genitam esse pariter credas:
que quanta sit impietas / profecto sentis. An
incommutabilem deum dices: sed tamen de sub-
stantia sua prolem genuisse mutabilem: quod
nihilominus vides quam impie absurdeq di-
catur. An vero ita deum incommutabilem confiteris /
vt etiam quod de substantia sua genuit equaliter
non mutetur: pariterq sit summum ac prestantis-
simum bonum: ipsumq summe esse ad eundem
modum permansione inuiolabili obtineat: ce-
tera vero inferiora bona que creaturam voca-
mus / non de ipso: nam essent equalia: sed tamen que
bona / ipse que non equalia / de nihilo fecerit:
quod si credis impius non eris: et obliuisceris
persas / et noster eris.

Exponit quid sit luctari aduersus carnem et sanguinem: Ca. X.

A Enim ait apostolus: Non est no- (Eph. 6. b.)
a bis colluctatio aduersus carnem
et sanguinem: sed aduersus prin-
cipatus et potestates: que ad morem pro-
prii fastus et honoris / voluntate impia de-
clinando animis piis reditum inuideant.
Sed hoc interest inter vestram opinionem
et nostram fidem: quia vos eosdem prin-
cipes ex sua propria quadam natura ex-
ortos: quam deus nec genuerit nec fe-
cerit: sed habuerit eterna in ciuitate con-
tigua: aduersus deum belligerasse arbi-
tramini: eiq intulisse arte commixtionem

boni ⁊ mali: Magnum primo necessitate malum/ q̄ illis substantiam suam affligendam perturbandamq̃ in errore cōmutandam atq̃ obliuionem sui penitus demergendā cōmiscere cogeret/ vt liberatore/ correctore/ emēdatore/ pręceptore indigeret. Quod cernis q̄ stulte fabuloseq̃ dicatur: quanto scelere impietatis substringat. Nobis autem per christianam fidem persuasum est/ non esse contrarium deo qui summe est/ nisi quod omnino nō est.
B Quicquid autem aliquo modo est/ ab illo qui summe est habet: vt quomodo sit/ atq̃ in suo genere bonum esse: sed alia maius esse/ alia minus: atq̃ ista omnia bona quę a conditore deo facta sūt/ certis ac distributis gradibus ordinata: partim locoꝝ interuallis ac sedib⁹/ sicut oīa corporalia: partim meritis naturalibus/ sicut anima pręponit̃ corpori: partim meritis pręmiorū atq̃ pc̃ī̃rum/ sicut anima vel attollitur ad quietē/
Eph.6.b vel doloribus subdit̃: Ac ꝑ hoc illi principes contra quos habere nos colluctationē dicit apl's/ pęnam peccatorū suoꝝ priores patiunt̃ q̄ noceant.
Al.tvt Nullus enī inuid⁹ vt alterum lędat/ nō sibi prior tormēto est. Nocent aūt infirmioribus fortiores: nam nullus alterum superat/ nisi quo est potentior: sed tñ ipsi infirmiores sunt principes iniqui in p̄senti/ q̄ si in statu pristino atq̃ iusticia ꝑmanerent. Interest autē vnde sit quisq̃ alio fortior: vtrum corpore/ vt equi hoīb⁹: an alę natura/ vt rationale irrationali: an effectione animi/ vt v̄tuosus iniusto: an ordine potestatis/ vt impator milite aut ꝓuinciali:
C Potestas aūt a summa dei potestate omino dari credatur. Sępe etiā deterioribus in meliores: id est iniquis in eos qui vel iam tenēt iusticiam/ vel ad eā tenendā peruenire nitunt̃: ad hoc enī da-
1.Cor.11.d. tur/ vt probati per patientiam manifesti fiant: vel sibi ad spem/ vel alijs ad imitatio-
Ro.5.a. nem: Scientes inquit apl's: quoniā tribulatio patientiā operat̃/ patiētia probationē/ ꝓbatio spem. Ex quo genere certami-
Eph.6.b nis est/ cū homo fidelis aduersus p̄ncipes et potestates ꝓuaricatoꝝ angelorū/ et aduersus spiritalia neq̄tię colluctat̃: cū illi accipiunt temptādi potestatē/ ille ꝑcepta tolerādi: de quo fit vt in re inferiori superēt/ in potiore superent̃: superat̃ plerūq̃ corpus infirmius/ et tenente firmiore superātur. Contra vim quippe coꝝ/ patientia pugnatur: contra insidias/ prudētia: vt ad ꝑniciosam consensionem/ nec cogendo nos flectant/ nec fallendo decipiāt: quoniā inre virtus et sapientia dei est/ ꝑ quam facta Ps.103.
sunt omnia. Propterea nihil fiunt quę facta sunt/ cum superiora ad inferiora declināt: vbi est omne peccatū/ ⁊ oīe quod dicit̃ malū: vis imitat̃ virtutē/ ⁊ fallacia sapientiā. Cū vero ea quę declinauerāt recur- D
runt ⁊ redeūt: magnanimitas virtutē/ doctrina sapientiā imitat̃. Ipsum etiā diu patrē peccantes imitant̃ impia sup̄bia: iusti pia liberalitate spiritū deniq̃ sanctuꝫ iniquoꝝ cupiditas rectoꝝ charitas imitatur: vtriq̃ tamē ab imitatione dei: a quo ⁊ per quē ⁊ in quo naturę ipsę factę sunt/ recedere: sed illi vitiosa/ illi laudabili. Nec mirum si quādo ꝓficientes quę confligunt/ imitatio deficientiū a proficiētiū imitatione superat̃: Illi enī elatiōe ꝑcipitant̃/ isti humilitate consurgūt. Si autē mouet/ cur mente fortiores infirmiores sint corpe: Nō est mirū vt peccatoꝝ remissione liberati: mortalitate corporis exerceantur/ cui⁹ immortalitate coronabunt̃. Non enī facile supplicium desudatur/ nisi ille qui eos soluit meritis vicerit. Unde apostolus: Si aūt chri Ro.8.b
stus in vobis ē: corp⁹ quidē mortuū ē propter peccatū: spiritus autem vita est ꝓpter iusticiā. Si autē spiritus eius qui suscitauit iesum christū ex mortuis habitat in vobis/ qui suscitauit iesum christū ex mortuis/ viuificabit et mortalia corpa vestra per inhabitantē spiritū eius in vobis. Anim⁹ E
igitur mortalē ꝓpter suppliciū peccati carnem gerēs: si cōmutatus in melius/ nō ſm mortalē carnem vixerit: ⁊ ipsam in melius cōmutat: et immortale corpus habere merebit̃: sꝫ hoc in fine quo nouissima inimica 1.Cor.15.g
destruet̃ mors: cū corruptibile hoc induerit incorruptionē: non fabuloso illo globo vestro/ sed ea mutatione de qua dicit: Omnes resurgem⁹/ sed nō oēs immutabimur. Cū enī exp̄ssisset dicens: Et mortui resurgēt incorrupti/ et nos immutabimur: tunc cōtexendo subiunxit/ ostendēs qualē diceret imutationē/ ait: Oportet enī corruptibile hoc induere incorruptionē: et mortale hoc induere immortalitatē. Questionem F
quippe tractabat de corpore resurgentiū: quā sic posuerat. Sed dicet aliquis: Quo-

modo resurgent mortui: quo autē corpore
veniēt? Lege itaq̧ totū ipsum locū pia cu/
ra intētus: nō ptinaci cōtentione turbat⁹:
ꝛ ingeniū tuum deo adiuuāte/ nullo expla
natore desiderato/ nihil aliud q̄ȝ id qđ di/
co reperies: et tunc ad id quod tractare in/
stitueramus animū reuoca: ꝛ vide iā si po/
tes/ non hoc me dicere ꝙ iusti contra nihil
pugnāt/ sed contra eas substātias que de/
fecerunt non stando in veritate.

Qualiter anima p peccatum ad nihilum tendat: Ca. xi.

A Eficere aūt nō iam nihil est/ sed ad
o nihilum tendere. Cum eñ ea que
magis sūt/ declināt ad ea que mi/
nus sunt: nō illa in que declināt/ sed illa q̄
declināt deficiunt/ ꝛ minus esse incipiūt q̄ȝ
erat: nō quidē vt ea sūt que declinauerūt:
sed p suo genere minus. Non enim cū ani/
mus ad corpus declinat/ corpus efficitur:
sed tamen defectiuo appetitu quodammo
do corporascit: Ita et angelica quedā sub/
limitas/ cū magis delectata est suo domi/
natu in seipsa/ ad id quod minus est incli/
nauit affectū: ꝛ minus esse cepit q̄ȝ erat: et
B p suo gradu tetendit ad nihilum. Quāto
eñ queq̧ res minus est: tanto vicinior ni/
hilo est. Cū autem isti defectus voluntarie
fiunt: recte rephenduntᷣ/ ꝛ peccata nominā
tur. Cū aūt sequuntᷣ istas voluntarias de/
fectiones/ incōmoda/ molestias/ dolores/
aduersitates: que oīa ꝯtra voluntatē pa
timur: recte itaq̧ pctā vel supplicijs puni/
untᷣ/ vel exercitatiōib⁹ diluuntᷣ. Que si ani/
mo sereno intueri velis/ pfecto desines ac/
cusare naturas: atq̧ ipsas in crimē vocare
substātias. Si quid autē de hac re copiosi⁹
explicatiusq̧ desideras: lege tres libros no
stros qui inscribūtᷣ de libero arbitrio: quos
in campania nole poteris inuenire apud
paulinū nobilē dei famulū.

In quo differāt manichei ꝛ catholice fidei assertores: Ca. xii.

A Unc vero meminisse debeo epistole
n mee: tue q̄ȝuis multo lōgiore/ tamē
eple rñdere. Ideo q̄ppe in alijs nō
tacui/ ne vbiq̧ cogar eadē dicere. Sȝ pmise
rā ex lris tuis tibi psuadere/ q̄ȝ falsa credide
ris: ꝛ q̄ȝ vera sit fidei catholice assertio. Cer
te eñ oīs inter nos discretio ē/ ꝙ vos sub
stantiā quandā malū esse dicitis: nos vero
nō substantiā/ sed inclinationē ab eo quod
magis ē/ ad id quod minus ē/ malū esse di/
cimus. Audi igitᷣ idipsū. Ponis eñ in epi/ B
stola ꝛ dicis de aīa/ ꝙ carnis pmixtione du
catᷣ ad pctm̄ nō ppria volūtate: atq̧ ibi sta
tim credo cū videres si ita ē/ subueniendū
esse ab oīpotēte deo prius oī aīe/ nullā
q̧ oīno debere damnari: qm̄ nō volūta/
te peccaret. Quo cōstituto euerteretᷣ sentē
tia quā maniche⁹ de supplicijs animaꝝ eti/
am de lucis parte venientiū terribiliᷣ pso/
nat: vigilātissime subiecisti dicēs: At si cū
seipsā cognouerit/ ꝯsentiat malo: ꝛ nō se ar
met cōtra inimicū/ volūtate sua peccauit.
Ubi q̄dē ꝙ aliqñ cōfiteris fieri posse vt sua
voluntate aīa peccet. Sed cui tandē malo
si consentiat volūtate sua peccat? Ei certe
quod substantiā dicis esse.

Tria inesse anime peccāti ostēdit: ꝛ que sint ꝛ qualia: Ca. xiii.

Et ego iam tria quedam video: tu A
a quoq̧ vt opinor mecū vides. Aīa
eñ consentiens malo: ꝛ ipsū malū
cui cōsentitur duo sunt: tertia est autem
ipsa consensio. Non eñ ꝛ hanc esse animā
dicis/ sȝ anime. Horū igitur triū: ecce ani/
ma substantia ē: malū etiam illud cui ani/
ma consentiendo voluntarie peccat/ ex ve/
stra opinatione substātia ē. Quero igitᷣ q̄d
sit ipsa cōsensio? Utrū ipsā substātiā/ an in
substātia esse dicatᷣ? Si eñ substantiā esse
dixeris: nō iam duas substantias/ sed tres
opinaberis: An pptcrea ꝙ anime ꝯsensio:
quia cōsentit malo eiusdem substantie est
cuius ipsa anima? Iam ergo quero: mala
ne an bona sit ista consensio? Si bona est:
non vtiq̧ peccat anima/ cum consentiat
malo. Non solum autem veritas clamat:
sed tu quoq̧ scribis tunc eam voluntate
peccare. Mala est igitur ista consensio: ac
per hoc etiā anime substantia si ꝛ aīe sub/
stantia est: ꝛ vtrūq̧ vna substātia. Uidēs
ne quo actus es animam: et illud malum B
non iam vnam substantiam bonam/ al/
teram malam: sed duas malas esse perhi/
beas. Hic fortasse conaberis cōsensionem
culpabilem non anime tribuere que con/
sentit malo: sed ipsi malo cui consentit: vt
hoc modo possint esse due substantie: vna
bona/ altera mala: cum anima de parte bo
ni esse dicitur: consensio vero eius qua cō/
sentit malo: et malū ipsum cui cōsentit/ si/
mul ex alia parte cōstituitᷣ: et anima male

substantie vtrūq; deputatur. Quis absur dius delyrauerit? Nō enī anima consentit/ si nō est eius consensio: ipsa autē cōsentit: eius est igitur. Porro si eius est cōsensio: et mala est ista consensio: eius est hoc malum: Nam si et hoc malū illius mali est cui anima consentit: non habebat necesse hoc malū priusq̃ ei consentiret anima. Quale igiẜ bonum est anima/ cuius aduentu vel duplicatur illud malū/ vel vt mitius dicamus/ augetur?

Q ex bono et malo principiis tertiū pduci non possit/ qd alterū eoꝝ sit: ōndit exemplo: Ca. XIIII.

A Deinde si substantia est ista consensio/ quā malā esse constat: inuenimus esse in anime potestate vt aliqua substantia mala vel sit vel nō sit: quādoquidē ista consensio in anime potestate est: Nam si nō est: nō ergo sua volūtate cōsentit. Tu autem ꝓ hac consensione voluntate sua peccare dixisti. Habet ergo anima vt dixi/ in potestate vt quedam mala substantia vel sit vel nō sit. Quid est autē aliud substantia q̃ natura? Erit ergo aliqua natura que nec anime naturalis sit: quoniam si nolit/ nō erit: nec illi malo cui anima voluntate consentit. Nō enī potestis dicere naturale malū esse gentis tenebraꝝ: qd ibi aliena voluntate instituiẜ: hoc est anime voluntate: Cui ergo nature deputabitur ista natura. i. ista consensio/ si natura ē que neq; anime neq; tenebrarū gēti naturalis est: nisi vt contra manicheum dispu-

B tes/ nō duas sed tres esse naturas. Que et si aliquādo nō fuerunt: nūc tamē iā postea q̃ exorta est ista consensio/ tres vtiq; facte sunt: quā sane tertiā que nata est ex anima consentiente/ ꝛ ex malo cui consentit/ quasi vtriusq; filiam cogeris dicere. Sed cum ex duabus naturis nata sit/ quarum altera bona est/ altera mala: quero cur non aliquod neutrū natum sit? Sicut enī ex equo et asino quod nascitur/ nec equus nec asinus est: ita qd de bona natura et mala natum est: si et ipsa natura est/ nec bona nec mala esse debebat. Tu autem consensionē malā esse confiteris: Dicis enī tunc animā voluntate sua peccare/ dum consentit malo: An forte naturā bonā ꝛ naturā malā quasi duos sexus/ masculinū et femininū esse arbitraris? Ut quemadmodū ex masculo et femina non aliquid neutrū/ sed aut masculus aut femina gignitur: sic ex bono et malo nō aliquod tertium/ quod nec bonū esse nec malum: sed alterum malū esse cōtendas natum? Quod si ita est/ vbi est illa victrix anime natura? Ita ne separata est vt

C nō alterum bonum potius nasceretur? Deinde nō vides sexus diuersos iam dicere nō naturas? Nā si iter bonū ꝛ malū naturaꝝ esset diuersitas/ nō oriret ex vtroq; nisi aliquod tertium qd nec bonū posset esse nec malum. Aut certe sterilis esset ipsa cōmixtio/ nec inde tertia substantia pareret. Si enī ex illis animalibus que supra cōmemoraui: cum sibi miscerētur/ nihil aliud q̃ mulus vel mula gignitur: quod neq; hoc neq; illud sit: quāto magis ita fieri oportuit in tam magna et summa diuersitate boni et mali: aut si nulla ex eorū cōmixtione noua natura existeret: mala non esset/ etiā si bona esse nō posset: Restat igitur vt tā incredibilia delyramenta vitare nequeamus/ nisi illam consensionem quam constat malam esse atq; culpabilem/ fateamur nō esse substantiam/ sed in aliqua substantia esse dicamus.

Q aia peccādo deficit/ ꝛ qualiter: et q̄s defectus sit culpabilis et quis non/ pulchro ostendit exemplo: Ca. XV.

A Deinde in qua substātia sit/ diligētissime requiramus: q̃q; cui non manifestū sit: vt sicut suasio nō sit nisi in suadente: ita consensionē nō esse nisi in cōsentiēte natura. Aia ergo cū ꝯsentit mala ipsa substantia est: ꝯsensio vero eius non est substātia. Jam cernis vt arbitror in qua substātia sit: id est in aia esse istam ꝯsensionē/ ꝑfecto vides/ quā ꝯsensionem ꝑ peccatū esse/ ac ꝑ hoc malum esse nō dubitas. Ex quo iam intelligis fieri posse/ vt in bona substantia/ sicuti est anima sit aliquod malum quod nō est substantia: sicuti est cōsensio/ ex quo malo appelletur etiā anima mala: Peccatrix enī vtiq; mala est. Peccat autem cum consentit malo. Una igiẜ eadēq; res: id est anima: inquātū substa est/ bona est: inquantū autē habet aliquid mali quod non est substātia: id est cōsensionem istam/ intantum mala est: Non enī

ex profectu sed ex defectu habet hanc con-
B sensionem. Deficit quippe cum consentit
malo: minusqꝫ iam esse ac ꝓpterea minus
valere incipit ꝙ valebat/ dum nulli cõsen-
tiens in virtute consisteret. Tanto vtiqꝫ
deterior: quãto ab eo quod summe est ad
id quod minus est vergit/ vt etiam ipsa mi-
nus sit. Quanto autem minus est: tanto
vtiqꝫ fit propinquior nihilo. Quod enim
minus quoqꝫ fit/ eo tendit vt non sit om-
nino: quo quãuis non perueniat vt peni-
tus pereundo nihil sit: manifestum est ta-
men quemlibet defectum exordiũ esse pe-
reundi. Aperi ergo iam cordis oculos/ ⁊ in-
tuere si potes/ bonum aliquod esse quam-
libet substantiam: ⁊ ideo malum esse defe-
ctum substantię: quia bonum est esse sub-
stantiam. Nec tamen omnẽ defectum esse
culpabilem/ sed solum voluntarium: quo
anima rationalis ad ea quę infra illã sunt
condita/ conditore suo deserto declinat af-
fectum: Hoc est enim quod peccatum vo-
catur. Ceteri autem defectus qui nõ sunt
volũtarij: vel pęnales sunt/ vt peccata pu-
niant̃ moderatrice sũma atqꝫ ordinatrice
iusticia: vel mẽsuris rerũ infimaꝝ interue-
niunt/ vt pręcedentia succedentibus cedãt
addita/ om̃is temporalis pulchritudo vi-
C cibus suis atqꝫ suo genere peragatur. Si-
cut em̃ sermo peragitur/ quasi moriẽtibus
atqꝫ oriẽtibus syllabis/ quę per morarum
certa interualla tenduntur: et spacijs suis
impletis ordinata consequentium succes-
sione decedunt/ donec ad finem suum tota
perducatur oratio: nec in ipsis decurrenti-
bus sonis/ sed in loquentis moderatione
positum est/ quantum producatur/ corripi-
aturve syllaba: vel qua specie litteraꝝ sin-
gulę suorum locorũ momenta custodiant:
cum ars ipsa quę sermonē facit/ nec sonis
perstrepat/ nec peruoluatur varietureqꝫ tẽ-
poribus: sic ortu et occasu/ decessu atqꝫ suc-
cessu rerum temporalium/ certis ac defini-
tis tractatibus/ donec recurrat ad terminũ
pręstitutũ/ tẽporalis pulchritudo contexit̃.
Quę nõ ideo mala est: qꝛ in spiritalibꝰ cre-
aturis possumus intelligere mirariqꝫ meli-
ora: sed habet ꝓprium in suo genere. decꝰꝫ
atqꝫ insinuat bene viuentibus summã dei
sapientiam in alto secretam/ supra omnes
temporum metas/ fabricatricem ac mode-
ratricem suam.

Quod amor deo debitus non debeat impendi creaturę/ demonstrat exemplo: Ca. XVI.

A Sed nunc attende illud quod dice-
bas malum/ cui anima consenti-
endo voluntarie peccat: vtrum sub-
stantia sit aliqua: an vero nec ibi possis ac-
cusare substãtiã. Quęro em̃ aliquem: quid
alliciat animę cõsensionẽ: an irruat illa cas-
satim/ et propterea consentire dicat̃: quia
eius aliqua delectatione mouetur ad fru-
endum. Quod si ita est: nõ est consequẽs
vt propterea malum dicatur: quia non re-
cte diligitur. Si em̃ ostendero amari ali-
quem male/ vbi non amati/ sed amantis
culpa teneatur: profecto fateberis cuiusqꝫ
rei speciem nõ esse cõtinuo vitiosam: quia
vitiose in eam consensio cupientis illabi-
tur. Quod quantum me adiuuet/ post ap-
parebit. Sed vt ostẽdã qđ pollicitus sũ:
quid potius eligam/ cum me rerum copia
circũfluat? Quid inquam potius eligam
ꝙ id quod nos creaturã laudamus cęlestẽ:
vos autem vt portionem ipsius creaturę
adoratis. Quid em̃ inter cuncta visibilia
B isto sole ꝑclarius? At si quisqꝫ eius lucẽ im-
moderatius concupiscat/ infert suis oculis
bella iurgiorũ: Si aliquam potestatẽ na-
ctus qua possit implere quod appetit/ do-
mos eorũ oppositas suis fenestris apertis
intuet̃: quo minus sol penetralia eius cęlo
apertiore ꝓfundat: Nunquid ergo sol ẽ vi-
tium: quia ille lucem istam sic dilexit: vt eã
luci iusticię ꝓponere auderet: et volẽs lu-
minis oculorũ carnalium abundantiã exci-
pere in habitaculũ corporis: ianuam cor-
dis et aciem mentis contra lumen claude-
re ęquitatis? Vides ergo amari posse rem
bonã amore non bono. Quapropter cum
tu malũ dicas cui consentiẽdo anima pec-
cat: ego bonã dico in genere suo: sꝫ tale bo-
nũ cui animã quę ẽ melior cõsentire nõ de-
ceat. Cũ em̃ sit ipsa corpore supior: deniqꝫ
habeat se superiorẽ: ꝙuis in ordine suo na-
tura corpis bona sit: peccat tamẽ anima: ⁊
peccando fit mala/ si consensionẽ dilectio-
nis quam supiori deo debet/ inferiori cor-
pori adiungat.

Duo modi sũt ꝑ quos homies ad peccatũ inducunt̃: Ca. XVII.

A Quid si dicis/ nō eā vocare te cōsen-
sionem culpabilem / cum res illa
diligitur / quę non agit vt sibi con-
sentiatur: sed tunc consentire animam/ cū
illum cui consentit aliquid suadet aut ali-
quid cogit: et propterea malum esse/ quia
vt aliquid mali cōmittatur/ suadet aut vr-
get: Secunda quęstio est: et ordine suo iā
iamq; etiam ipsa tractāda. Sed memine-
rimus hoc primū peccati: de quo satis vt
arbitror disputatum est: claruitq; fieri pos-
se/ vt res aliqua in suo genere bona/ ma-
le diligatur: et dilectione culpata/ ipsa nō
reprehendatur: Quid enim si tali dilecti-
one peccatrix anima atq; vitiosa idē pec-
catum alteri persuadeat? Nōne et illa quę
persuadenti consentit: tali vitio deprauā-
ta/ quali vitio deprauata illa quam sequi-
B tur? Primum ergo peccatum est: quāuis
bonam creaturam creatori in dilectione
pręponere: secundum aūt alterum quoq;
vt id sciant vel suadendo vel cogendo tem
ptare. Nemo enim ad prauitatē vult ali-
um perducere/ qui non prior ipse depra-
uatus est. Voluntate autem peccant/ qui
alios ad peccatum perducere cupiunt/ vel
stulta beniuolentia/ vel maliciosa inuiden-
tia. Quis em̄ filios suos nisi peruerse amā
do monet/ vt nullum lucrum turpe existi-
ment: sed vndecunq; acquirant amplam
pecuniam: vtiq; non odit eos: et tamen
perniciose persuadet? Talium quippe di-
lectione iam ipse corruptus est: cū aurū et
argentum malum nō sit: quemadmodum
et ille sol de quo superius ęgimus: sed ta-
men rei bonę dilector inordinatus in cul-
pa sit. Inuidētia vero cum aliū vult quis-
q; peccare: honorem diligit immoderata
superbia: et in eo cupit excellere/ quē qui-
dem videt amplius et verius deferri vir-
tutibus: ne in eo superetur/ cupit aliquos
ad iniquitatis voraginem ex ęquitatis ar-
ce deponi. Hoc modo diabolus suadere aut
C cogere ad peccata conatur. Sed nūqd ipe
honor in culpa ē: quia cum diabolus per-
uerse atq; impie diligendo impius factus
est? Aut ipsa eiusdē diaboli angelica sub-
stantia quam deus creauit/ ideo mala est:
quia substantia est? Sed cū eius deserens
dilectionem/ et ad suam nimis conuersus/
eidem esse cupit ęqualis/ superbię tumo-
re deiectus est. Non ergo inquantum sub-
stantia est/ sed quoniā substantia facta est
inq̄tū seipsū amplius dilexit q̄ eū a q̄ factus
est/ malus est. Et ideo malus: quia minus est
q̄ esset/ si id quod summe est dilexisset: de-
fectus ergo malus est. Omnis ergo defe-
ctus ab eo quod est tendit vt non sit: sicut
omnis profectus ab eo quod minus est/ tē
dit vt magis sit. Honor quippe summus
qualem pietas religiosorum exhibet/ vti-
q; deo debetur. Qui ergo amat honorem/
deum imitatur. Sed humiles animę in il-
lo se honorari volunt/ superbi pręillo. Ad
deum autem humiles excelsiores fiunt in-
iustis: contra deum vero excelsi humili-
ores fiunt iustis: ea scilicet dispensatione
pręmiorum atq; pęnarum: quia illi deum
amauerunt supra se: illi pro deo amaue-
runt se.

Quid intersit inter consentire et suadere: Ca. XVIII.

A Iam vt arbitror/ facile est tibi in-
telligere ex ipsius verbis epistolę tuę:
quibus dixisti/ animam cum con-
sentit malo/ voluntate peccare: nullū ma-
lum esse naturam malam/ vel dilectionem
naturę malę: Sed cum omnes naturę in
suo genere bonę sunt: malum esse pecca-
tum quod fit voluntate animę/ cum dili-
git pro ipso creatore creaturam: siue suo
nutu/ cum sit mala: siue alterius persuasu
cū cōsentit malo. Et nihilominus sic quo-
q; fit mala consequentibus supplicijs/ vt p
meritis omnia disponantur a creatore sūme
bono in creatura bona: sed nō sūme bona/
quia nō eā genuit de seipso/ sed fecit ex ni-
hilo. Tu aūt cōstituisti duas naturas: qua-
rū vnā vis bonā esse/ alterā malā: vel poti
us vnā boni/ alterā mali: nā mala natura
ex bona etiā peccādo fit. Fateris tū eā na-
turā quā bonā esse dicis/ malo cōsentiēdo
male facere: hoc est volūtate peccare. At ego
ambas bonas esse assero: sz vnā earum male
B facere suadēdo: aliā male facere cōsentien
do. Sicut aūt alterius cōsensio nō ē natu-
ra/ sic nec huius suasio. Et sicut ista si non
consentiat/ bona pmanebit/ integritatem
naturę suę custodiens: sic illa si non sua-
deat/ emendatior erit. Si vero etiam pec-
catū qđ nō suadet/ nec ipsa cōmittat: pa-
riter erunt integrę/ atq; in suo genere lau-
dabiles. Et si enim vis illa peccat/ et cō-
mittit et suadet: illa autem semel si tū-

modo ad male faciendum consentiat: tantum peccatis fiunt male/ non natura sunt male: Aut si propter suasionem natura ista mala est: sic et illa propter consensionem. Sed si peius tibi videtur esse suadere quam consentire: fit ista mala/ ista peior: non tamen tanta sit acceptio personarum/ et tam iniqua in iudicando gratificatio/ ut cum ambe peccent: quamuis una grauius/ altera leuius: una dicatur natura mali/ altera boni: ac non potius aut ambe bone/ sed illa melior que peccat minus: aut ambe male/ sed illa peior que peccat amplius.

Queritur unde natura bona habeat posse peccare et decipi/ et ad malum flexibilitatem: et respondetur a voluntate: Ca. xix.

A a Et enim unde est malum quod peccatum vocatur/ si nulla est mali natura? Dic mihi unde sit illa consensio mala in ea natura quam bonam esse concedis et predicas? Quicquid enim patitur ut consentiat malo/ non utique pateretur nisi pati posset. Quero ergo unde habeat ipsum pati posse? Melior enim esset si non haberet: Non ergo natura summi boni/ qua posset esse aliquid melius. Deinde si habet in potestate vel consentire vel non consentire: non ergo victa consentit: Quero igitur unde habeat istam consensionem malam/ nulla contraria cogente natura? Si autem cogitur consentire/ ita ut non sit in eius potestate aliter facere: non ergo ut dicebas voluntate peccat/ quando non voluntate consentit. Sed ego adhuc quero/ unde in illa sit posse decipi si decipitur? Antequam enim deciperetur/ nisi esset in ea ut hoc pati posset: nunquam utique pateretur: quamquam nullo modo nisi voluntate consentit. Si autem cogitur/ cedere potius quam consentire dicen-
B da est. Sed quolibet nomine istud appelles: quero abs te acuto et sollerti viro/ et a tuo romano ut gloriaris ingenio/ unde habeat ista boni natura pati posse quod patitur/ ut consentiat malo? Sicut enim in ligno antequam frangatur inest fragilitas: que nisi inesset/ frangi omnino non posset: nec ideo non est fragile lignum/ si nullus fractor accedat: Sic quero in ista natura/ unde sit quedam vel fragilitas vel flexibilitas antequam ad malam consensionem vel ui frangatur/ vel suasione flectatur: Aut si mali vicinitate iam fragilitas erat: sicut solent corpora vicine paludis exhalatione corrumpi: iam ergo corruptibilis erat/ si potuit eam vicinitatis illius contagio pestilentiosa corrumpere. Quero igitur unde illa corruptibilitas: queso attende quid loquor et cede perspicue veritati: non enim quero unde corruptio: respondebis enim a corruptore: eundemque corruptorem nescio quem principem gentis tenebrarum esse contendis: ut etiam fabulosis tegminibus inuolutum euoluere/ ac teneri vix possit: Sed quero unde corruptibilitas etiam antequam corruptor accederet: que nisi esset/ aut nullus existeret/ aut nihil noceret cuiuslibet corruptoris accessio. Cum er- C
go tu inueneris unde in bona natura ista corruptibilitas/ antequam natura contraria corrumpatur: aut si non vis eam dicere corrumpi/ unde certe ista mutabilitas/ antequam hostili aduersitate mutaretur? Non enim non mutatur natura in deterius/ que fit ex sapiente stulta: et que obliuiscitur sui. Tu enim ista verba apposuisti/ dicens: Si cum seipsam cognouerit/ consentiat malo: Mutatur ergo in deterius cum obliuiscitur: si ut seipsam rursus commemoratam cognoscat. Nullo autem pacto mutari potuisset/ nisi antequam mutaretur esset mutabilis. Cum ergo tu inueneris unde ista mutabilitas in substantia summi boni/ antequam esset ulla boni et mali facta commixtio: profecto desines a me querere unde sit malum: Quamquam in natura summi boni/ si eam recte cogites: nullam prorsus mutabilitatem temporis inueniri/ nec a seipsa nec alterius cuiuslibet accessu possit. Si tu in ea natura quam manicheus fingit et summe bonam esse arbitraris: vel etiam sibi credentibus persuadet: quere atque responde si potes/ unde ista mutabilitas: que non inuenta sed prodita est/ cum mora accederet. Mutari enim nec ab ho- D
ste posset/ si mutari omnino non posset. Cum autem potuit non fecisse incommutabilem demonstrauit. Hec ergo mutabilitas cum esset in substantia summi boni: hoc est in substantia dei credis: si contentiosus non es: vides quanta insipientia blasphemas. Cum vero de creatura tale aliquid dicitur/

quam deus nec genuit nec ꝓtulit de ſubſtantia ſua/ ſed fecit ex nihilo: nō de ſummo bono agitur: ſed tamen de tali bono/ quod niſi a ſummo qui deus eſt/ non poſſet inſtitui. Deus quippe ſūme bonū atqꝫ incōmutabiliter/ horum omnia nō ſumme nec incōmutabiliter bona/ ſed tamē bona fecit/ ab angelis cęlorum vſqꝫ ad extremas beſtias/ herbaſqꝫ terrarū/ pro ſua cuiuſqꝫ dignitate naturę/ omnia locis congruis ordinata.
E Uerum in his rationalis creatura/ cum creatori/ hoc eſt factori et inſtitutori ſuo deo/ dilectionis obediētia cohęret: naturam ſuam in illius ęternitate/ veritate/ charitate cuſtodit: cum vero eum contumaci inobedientia deſerit/ et per ſuum liberū arbitrium peccatis ſe inuoluit: per illius iuſtum iudiciū/ ſupplicio miſera efficit̄. Et hoc eſt totum malum: partim qđ iniuſte facit: partim quod iuſte patitur. Hoc tu a me non quęras vnde ſit: cum tibi iam ipſe reſponderis/ qui dixiſti: ꝙ cum ſeipſā cognouerit aīa/ ſi malo conſenſerit: voluntate ſua peccat. Ecce vnde eſt malū: a propria ſcꝫ voluntate. Non autem iſta natura ſed culpa eſt/ ac per hoc etiam contraria naturę: cui vtiqꝫ nocet priuando eā bono/ quo beata eſſe poſſet/ ſi peccare noluiſſet. Hanc tu peccati voluntatē moueri nō putas in anima/ niſi ex alio malo quod credis eſſe naturam/ quā non fecerit deus: eāqꝫ aīam naturā dei eē cōtendis: ac ꝑ hoc iſta mali/ neſcio quę natura/ ſi hāc in anima peccati ſuadendo facit/ in peccatū vict⁹ deijcit̄ deus.

Arguit aug⁹ ꝯtra blaſphemias manicheorū: et hortatur vt eas anathematizent: Ca. xx.

A Ecce quanta impietate/ ꝙ̄ nefarijs horrendiſqꝫ blaſphemijs te nō vis exuere/ ponendo in natura quam non fecit deus/ vitam/ ſenſum/ ſermonem/ modū/ ſpeciē/ ordinē: et alia innumerabilia bona: ⁊ ponēdo in ipſa dei natura ante vllam cōmixtionē mali/ ipſam mutabilitatē qua capi poterat/ et cui timere cogebatur: videns magnā labē ac vaſtitatē aduerſus ſua ſancta ipēdere ſecula: niſi aliqđ eximiū ac ꝑclaꝝ ⁊ ꝟtute potens numē opponeret. Et vt quid hoc totū: niſi vt illa dei natura atqꝫ ſubſtantia ſic implicatū teneat hoſtē ſubiectū vt peccans perſerat et ligatum: nec totum euadat purgata iam victum: et vt damnata ſeruet incluſum? O pręclarā vero excluſionē bellicę neceſſitatis in deo veſtro inueniſtis/ cōtra illud qđ vobis ꝓponitur: vt reſpōdeatis quid factura erat in deo gens tenebrarum/ ſi cūm ea pugnare noluiſſet: quaſi dixeritis aliquid fuiſſe nocituram: fatebimini corruptibilem ⁊ violabilem deum. Si autem dixeritis/ ꝙ ei nocere non poſſet: queretur a vobis: Cur ergo pugnauit? Cur ſubſtantiā ſuam corrumpendam atqꝫ violandam/ et ad peccata omnia cogendam hoſtibus tradidit?
B Contra iſtam ergo complexionem nunqꝫ exire potuiſtis. Magnum aliquid vobis et tutum inueniſſe videmini/ vt reſpondeatis/ dicētes: Magna eſt iniqtas appetere aliena/ cui deus iniquitati prębuiſſet aſſenſum/ ſi eam gentē quę hoc auſa fuerat expugnare noluiſſet. Haberet iſta reſponſio qualemcunqꝫ iuſticię colorem/ ſi ſaltem in ipſo bello natura dei veſtri ſe itegrā impollutamqꝫ ſeruaſſet: et permixta hoſtilibus membris/ nihil iniquitatis vel coacta vel ſeducta feciſſet: Cum vero tantis facinoribus et flagitijs eam captiuam conſentire dicatis: Cum deniqꝫ ab illa impietate tam immani/ ꝙ̄ etiā lumini ſancto/ cuius portio eſt/ extitit inimica: nec totam perbibeat/ poſſe purgari: vnde illi merito retribuere creditis horrendi illius globi ęterna ſupplicia: Quāto ſatius erat inimicum hoſtem in ſua iniquitate relinquere inania molientem/ ꝙ̄ tradere partem dei/ cuius vires hauriret: cuius decorem corruptum ſuę iniquitati ſociaret: quis non videat? quis nō tanta obſtinatione cęcetur/ vt nō ſentiat: nō attendat?
C Quāto minore iniquitate gens tenebrarum fruſtra naturam inuadere conaretur alienam: ꝙ̄ deus inuadendam/ et ad iniquitatem cogendam/ et ad pęnam/ ex aliqua etiam parte damnandam traderet ſuam? Hoccine tandem eſt iniquitati conſentire voluiſſe: ⁊ tā ingentē iniqtatē ſine vlla neceſſitate feciſſe. An erat neceſſitas qđ ipſū manicheū dicere nō puduit ⁊ vos pudet? Ille qppe ait/ vidiſſe deū magnā labē ac vaſtitatem aduerſus ſua ſancta ipēdere ſecula: niſi aliqđ eximiū et virtute potēs numē opponeret:

Vos aūt acutius videlicet ratiocinamini:
quasi deū dixeritis ea necessitate pugnas-
se/ne noceret ei gens tenebrarum: violabi
lem et corruptibilē dicentes deū/cui noceri
D aliquid posset si pugnare noluisset. Abigi-
te ergo et expellite a cordibus vestris et a fi-
de vestra/ etiā ipsam pugnā/totāq3 illā fa-
bulam impiaꝝ et immundissimaꝝ blasphe
miaꝝ horrore contextā/ tandē aliquo mo-
do anathematiꝫate atq3 dānate: Nā qua-
le est/ obsecro te/ꝙ vt ante dictū est/viola-
bilē illam naturā et corruptibilem deū di-
cere nō timetis: vt natura dei vestri si for-
titudinē qua nō caperetur nō potuit exer-
cere? Nō potuerit saltē iusticiā captiua ser
uare/ quod daniel potuit/qui leges omes
ausus est irridere eorū/a quibus captiuus
ductus fuerat: iniquitati etiā pietate sua
nullo cōpulsus terrore consensit: nec in cō-
ditione corporalis seruitutis equitatē ac li
bertatem animi patientis et sapiētis ami-
E sit: Natura vero dei captiua ducta est: ini-
